quelibet ei9 cathegorica eſt neceſſaria. ergo nul=
la eſt incompoſſibilitas. ſi in reflexiuis poſſet eſſe
ſophiſtica inſtantia: non curo: non aũt in ꝓpoſito
vllo modo. nõ valet illud qȯ aſſignatur ꝓ ſimili.
poſſibile eſt omnẽ lapidẽ portari ab iſto. illa eniȝ
eſt modalis cõpoſita nõ ꝓbanda ꝑ aſcenſum ſin=
gularium: quẽadmodũ eſt hic: poſſibile eſt omne
aſtrũ eſſe ſupra nos: q̃ eſt mere impoſſibilis ꝑ na=
turam. et quelȝ ſingularis / ſicut tu capis poſſibi=
lis et vera. poſſibile eſt hoc aſtrũ eſſe ſupra nos:
quocũqȝ demonſtrato. omne aſtrũ eſſe ſupra nos
ſtat materialiter pro propõne ei correſponente.
et quacunqȝ tali ſingulari data: poſſibile conue=
nit ei. propterea concedo hãc ꝓpoſitionẽ: in oẽm
ſuam partẽ continuũ poteſt eẽ diuiſum. cui9 veri
tatem copulatiua compoſita ex neceſſitate con=
ſtantie et ſingulariũ oſtendit. Sed illa non venit
ponenda in eſſe ꝑ hanc vniuerſalem: in oẽm ſuã
partẽ continuũ eſt diuiſum. ſed per plures ſingu=
lares inconiũcti ſumptas quarũ quelibet eſt poſ=
ſibilis. et hoc ſufficit ad veritatẽ vniuerſalis mo=
dalis diuiſe. noſti hanc eſſe verã in lumine natura
li: quilȝ homo poſſibiliter non eſt aĩal: quilȝ ho=
mo poſſibiliter eſt in bibliotheca mea. 7 tamen
vniuerſales ſeparato modo ſunt impoſſibiles na
turaliter loquendo. illud dictũ prioriſticũ: poſſibi
li poſito in eſſe nullũ ſequitur inconueniens: ha=
bet verũ in modalibus compoſitis capiendo to=
tum qȯ remanet dẽpto modo pro de ineſſe. pro=
pterea hec eſt falſa ſcȯm oẽm viã de continuo: in
oẽm ſuam partem continuũ eſſe diuiſum eſt poſ=
ſibile: vel poſſibile eſt continuũ eſſe diuiſum ĩ om
nem ſuam partem: vt pȝ per falſitatem de ineſſe:
ſcȝ: continuũ eſt diuiſum in omnẽ ſuam partem.
¶ Cõtra hoc arguitur. iſta eſt vera: a / cõtinuũ po
teſt eſſe diuiſum in omnẽ ſuã partem in ſenſu di=
uiſo: vt patet aſcendendo ſub termino diſtributo
poſito a parte p̄dicati. 7 tñ ſua de ineſſe erit hec:
a / continuũ eſt diuiſũ in oẽm ſuã partem. totũ qȯ
ponitur a parte predicati in modali diuiſa debet
poni in ſua de ineſſe. alioquin iſte nõ eſſent falſe:
ſortes põt currere ſine pedib9: terminus põt ſup=
ponere extra ꝓpoſitionẽ: q2 falſitates iſtarũ mo
daliũ oſtẽdunt earũ de ineſſe. ¶ Reſpõdetur: hoc
argumentũ nichil cõcludit. nego vniuerſaliter q̄c
quid ponitur a parte p̄dicati in modali diuiſa de
beat poni in ſua de ineſſe. q2 ſi ſic: tunc tales eſſẽt
negande: Helena peperit decẽ filios: Ludouicus
fuit minor q̃ꝙ eſt: de9 erit cras. Scȯo dicitur: aſcẽ=
ſus ſub termino diſtributo nõ valet quando ter=
minus ipe eſt determinatio accepta vnica acce=
ptiõe cũ ſuo determinabili. quẽadmodum hic: a.
cõtinuũ põt eſſe diuiſum in oẽȝ ſuã partẽ. Tertio
dicitur: qñ aſcenderetur et concederetur vera: cõ
ſequenter negabitur ꝙ poneretur ꝑ vnã de ineſſe
in propriis terminis: ſed ꝑ plures de ineſſe incon
iuncti ſumptas: quẽadmodum eſt qñ eſt determi=
natio accepta nõ vnica acceptione cum ſuo deter
minabili: vt in hac: in oẽm ſuã ꝑtẽ cõtinuũ põt eẽ
diuiſum: vel a continuũ in oẽm ſuã ꝑtem põt eſſe
diuiſum. vides ergo hoc argumentum ſolũ ex ne
xibus logicalibus dependet: et nõ cõcludit reali=
ter. ¶ Propterea aliter arguitur: et ſecũdo ſic: a /
continuũ diuiditur in hãc partem: et idẽ cõtinuũ
diuiditur in hanc partẽ: et ſic de ſingulis. ergo cõ
tinuũ diuiditur in oẽm ſuã ꝑtem ꝑ aſcenſum. añs
eſt poſſibile. nulla pars alteri repugnat. ergo tota
copulatiua eſt poſſibilis. ¶ Confirmatur / poſſibi
litas illius copulatiue ꝑ diſiunctiuã cõpoſitam ex
ꝑtibus ꝯdicentibus: q̃ nõ eſt neceſſaria. ergo nec
illa copulatiua eſt impoſſibilis. cõſequentia ẽ cla=
ra logicã intelligenti. Sed dices / ꝙ tota copula=
tiua eſt impoſſibilis: licet quelibet cathegorica cõ
patiatur alias tres: et ſic de quibuſcunqȝ finitis:
cũ hoc vna cathegorica eſt incõpoſſibilis infini=
tis: hoc eſt illi ꝑticule / ſic de ſingulis. 7 ꝑ ꝯñs vna
pars eſt alteri incõpoſſibilis. eodẽ modo dicatur
de neceſſitate diſiunctiue cõpoſite ex ꝑtibus con
tradicentibus huic copulatiue: ꝙ illa diſiunctiua
eſt neceſſaria nec compoſita ex ꝑtib9 ꝯdictoriis

vel cõtrariis. ſed ipa diſiunctiua ꝑticipat natura
liter legem ſubcõtrariarũ: quẽadmodũ eſt de hac
diſiunctiua neceſſaria / ſortes nõ currit vel ſortes
mouetur. ¶ Propterea tertio arguitur ad idẽ: et
hoc ſic. dato vno corpore vitreo poſito ſuꝑ corp9
ſolidũ et planũ: ſuꝑ qȯ ponatur graue ĩfinite gra
uitatis vel finite cadens directe ſuꝑ corp9 vitreũ.
tunc ſic: illud corpus diuidetur in oẽm ſuã partẽ:
et eſt cõtinuũ: igitur. cõſequentia tenet cũ mino=
re. 7 arguitur maior. ĩ aliquas ꝑtes diuidet: com=
probante experiẽtia. et equalis eſt ratio de aliis.
ergo in oẽm ſuã ꝑtem diuidetur. ¶ Et confirma
tur hec ratio: ab omi ꝓportiõe inequalitatis ma
ioris fit actio: ſeptimo Phiſicoꝝ. nulla ꝑs corpo=
ris vitrei põt ſufficiẽter reſiſtere illi corpori gra=
ui ne diuidat. magna ꝑs magis reſiſtit q̃ꝙ parua.
citius lapillus frangitur a graui cadenti ſuꝑ ipſuȝ
q̃ꝙ exiſtens in molari. et ſi corpus minus q̃ꝙtitati=
ue magis reſiſtat: cũ ponatur infinita grauitas in
finite actiuitatis: ipm diuidetur. non iuuat dicere
corpus planũ erit poroſum: 7 alique ꝑtes corꝑis
vitrei poros ingredientur / vel ꝑtes imediate nõ
tãgẽtur a corpore. hoc inquã nõ valet. ponim9 de
potentia dei illud corpus eſſe ſolidũ: et naturali=
ter argumẽtũ currit de ꝑtiali vitro poſito ſuꝑ pla
num totaliter ſolidum. illud corpus planũ nõ eſt
totaliter poroſum: etiã mediatio ꝑtium nõ impe=
dit. enſis craneũ frangit tangendo durã matrẽ et
piam matrẽ: et nõ craneũ immediate. Inſuꝑ: ar=
gumentuȝ currit de ꝑtibus ſuꝑficialibus corpori
graui eque immediate applicatis. Rurſus: ꝑs ſu=
perior fracta pellit mediatam partem. Si dicas:
argumentũ debet cõcludere de corꝑe parue gra=
uitatis cadente ſuꝑ corp9 fragile: et equaliter mi=
litaret contra me ſi nõ ſingula cõcludant. ſic eſt ſi
oĩa hec poſitionẽ colorent. Inſtare non eſt ſolue
re. ſufficit nobis ꝙ argumẽtuȝ equaliter ducit ad
vtrũqȝ. et põt applicari argumentũ de leui aſcen
dẽte in vacuo: quo ad oẽm partẽ celi 7 ſpacii ĩter
medii aſcẽdit. ſimiliter potus aque in hyeme ple
nus vniformiter fortis diuidetur: alioq̄n aqua cõ
gelabit. et ſic minorem locũ occupabit q̃ꝙ antea.
et ſic dabit vacuũ: qȯ natura abhorret. ¶ Quar=
to arguitur: deus põt ponere ꝑtes ſortis penetra
tiue in loco: ſic multi exiſtimant de corꝑe xp̄i ĩ ſa
cramento euchariſtie: ſaltẽ illud eſt deo poſſibile.
poteſt facere duo corpa ſe penetrare: vt pȝ de cor
pore chriſti aſcendentis ad celos in die aſcenſio=
nis. eodẽ modo põt facere duas medietates eiuſ=
dem corꝑis ſe penetrare: et ſic de tribus tertiis:
q̄ttuor quartis: 7 de mille milleſimis: 7 tũc ſic: ali
quis põt trahere cultelluȝ ſuꝑ illas ꝑtes: nec ille
partes infinite reſiſtunt. et qualitercũqȝ reſiſtãt:
deus põt cũ potentia ſua cũ illo diuidente cõcur=
rere taliter ꝙ erit aliqua diuiſio. et oĩs ille ꝑtes
ſunt in eodẽ loco. ergo ſortes diuidetur in oẽm ſu
am ꝑtem. ¶ Quinto arguitur. capiat deus corp9
quadrupedale: in ꝑma ꝑte ꝓportionali vni9 ho=
re diuidat deus illud in quattuor pedalia: in ſecũ
da ꝑte proportionali illius hore quodlȝ illoꝝ pe
dalium diuidat deus in quattuor equales: in ter=
tia ꝑte ꝓportionali eiuſdẽ hore quãlibet illarum
ꝑtiũ diuidat deus in quattuor ꝑtes equas. et ita
faciat deus ꝑ oẽs ꝑtes ꝓportionales illius hore:
ita ꝙ quodlibet integrũ erit ſubquadruplũ in ſe=
cunda ꝑte ꝓportionali illi9 hore ad partẽ p̄ceden
tẽ: cõſeruando oẽs illas partes in fine illius hore:
tunc ſic: in infinitũ parua erit aliqua iſtaꝝ partiũ
ante finẽ hore. et in inſtanti terminante horã q̄li
bet erit minor q̃ꝙ erat integrum in quacũqȝ parte
proportionali illius hore. ergo infinite paruita=
tis eſt quodlibet illoꝝ qȯ remanet in fine illi9 ho=
re. ergo nullum tale eſt diuiſibile: 7 eſt: ergo eſt in
diuiſibile: qȯ reſtabat ꝓbandũ. ¶ Septimo ar=
guitur de9 põt eſſe in loco pũctali vt ita loquar:
et pertrãſire vnicã lineã ſemper manẽdo in loco
pũctali. ergo talis linea ꝯponitur p̄ciſe ex pũctiſ.
aſſumptũ ꝓbo. corp9 ſphericũ p̄t deſcribere line
am in corꝑe plano: 7 ſemꝑ tanget planũ adequa
te in pũcto. q2 ſcȯm ponẽtes pũcta ĩ cõtinuo: cor
pus ꝑfecte ſphericũ tangit corp9 planũ p̄ciſe in
pũcto: nec p̄t planũ corp9 aliter tangi. ſit angel9
ſꝑ ĩ pũcto cõtact9. tũc ſic: corp9 ꝑfecte ſphericum
ꝑtranſibit vnã lineã in corꝑe plano: 7 ſemꝑ tan=
git planũ in pũcto. 7 in ſimili loco continuo ẽ an
gelus. ergo angelus ꝑtranſit a. lineã ſemꝑ manẽ
do in loco pũctali: et q̄cq̄d eſt ĩ a / linea ꝑtrãſit. er
go a / linea cõponitur p̄ciſe ex punctis: qȯ reſta=
bat probandũ. ¶ Octauo arguit. deus p̄t facere
oẽ illud qȯ nõ includit ꝯtradictionẽ. ſed p̄t defen
di ꝙ poſſit corp9 ex imꝑtibilib9 cõponi. 7 ſi illȯ
p̄t defendi abſqȝ cõtradictiõe: eodẽ modo p̄t nũc
defendi. ¶ Nono arguit. deus videt duas medie=
tates a. quãti: tres tertias: quattuor quartas eiuſ
dem quãti: 7 ſic in infinituȝ ꝑuas ꝑtes videt. nec
terminat viſ9 ei9: hoc ẽ noticia ĩtuitiua ei9: citra ĩꝑ
tibilia. ḡ ĩ ꝯtinuo ſũt ĩꝑtibilia ex q̄b9 ꝯtinuũ ꝯflat
¶ Scȯa cõcluſio. cõtinuũ nõ cõponit ex pũctiſ fi=
nitis. probatio: quia dato oppoſito: nõ q̄lȝ linea
p̄t diuidi ĩ duas ꝑtes equas: qȯ eſt incõueniẽs. pȝ
de linea ex tribus pũctis cõpoſita: vel ex aliquo
alio numero impari finito. ¶ Tertia ꝯcluſio. qȯ=
libet cõtinuũ cõponit ex infinitis. ptȝ. cõtinuũ cõ
ponitur ex pũctis ꝑ primã cõcluſionẽ: et nõ ex fi
nitis ꝑ ſecũdã. ergo ex infinitis. ¶ Cõtra ꝑmã cõ
cluſionẽ q̃ eſt potiſſima in hac materia arguitur
ſic: ex ea cũ tertia cõcluſione ſeq̄tur ꝙ pars conti
nui eſt equalis ſuo toti. cõſequens eſt falſum et cõ
tra vnam cõem animi cõceptionẽ ꝑmi elemento
rũ. 7 ꝙ ſequatur ꝓbatur ſic: totũ continuũ et ſua
medietas habẽt ꝑtes equas. tot habet pũcta me
dietas / ſicut totũ cõtinuũ. ¶ Reſpõdetur negan=
do ſequelã. et cõcedit ꝙ medietas hȝ ꝑtes equas
ſicut totum. hoc diſiunctũ equale vel inequale / ẽ
paſſio quãtitatis. in p̄dicameno quantitatis dicit
philoſophus: propꝛium eſt quãtitati ſcȯm eã equa=
le vel inequale dici. modo punctũ nõ eſt quantũ.
accipito analogiã in alia materia. tot ſunt inſtan
tia in medietate hore ſicut in tota. 7 ſcȯm aduer=
ſarios nõ ſunt plura inſtantia in tota hora q̃ꝙ ĩ ei9

medietate.⁊ ſcd̄m opinionē quorūdā (fortaſſe nō
improbabilē) in quolꝫ tpe acq̄ſitiōis forme acq̄=
rūtur infiniti gradus.nullus gradꝰ ī acq̄ſitiōe plꝰ
durat q̄ꝫ ꝑ inſtans.et tamen maior forma acq̄rit
in illo toto tpe q̄ꝫ in pte.ſic dicetur in ꝓpoſito.et
nō reſpiciendū eſt ad pūcta q̄ integrant cōtinuuꝫ
ad ꝓbandū magnitudinē vel puitatem continui:
ſed penes ptes quātas.illud cōtinuū eſt alio ma=
ius qḋ plures ptes certe quātitatis habet. ⁋ Sꝫ
cōtra illud arguitur.vel vnū pūctū cōſtituit q̄tū.
et pꝫ ꝙ nō ſicut loq̄mur de puncto ip̄ſentiarū.
eodē mō nec duo pūcta cōſtituūt ꝯtinuū:nec tria
puncta:nec quattuor:et ſic ſine ſtatu. Sed dices:
et dicendū eſt cōſequenter:nulla finita cōſtituere
cōtinuū:ſed infinita. Sed cōtra iſtud arguit̄: ex il
lo ſequitur ꝙ aliquod nūc eſt cōtinuū : et in nullo
inſtanti ante hoc fuit cōtinuū:⁊ nullū cōtinuuꝫ in
hoc inſtanti ꝓducitur:imo nec aliquid.hoc corre
lariū eſt abſurdū.ergo et añs.ꝓbo cōſequētiam.
ponamus ꝙ deus in qualibet pte ꝓportionali ho
re p̄cedentis ꝓduxiſſet vnuꝫ punctum : et nichil
ꝓducatur in hoc inſtanti terminãte horã. Jam in
hoc inſtanti eſt vnū cōtinuū:et in nullo inſtāti vel
parte ꝓportionali hore ante hoc inſtans fuit con
tinuū ꝓductum.⁊ nichil ꝓducitur in hoc inſtāti.
⁋ Reſpōdetur cōcedēdo cōcluſionē / ſicut ī.xliiii.
diſtinctione p̄mi cōcedimus ꝙ aliquid nūc eſt in
finitum et in nullo inſtanti ante hoc fuit ens infi=
nitum:tamen nichil ꝓducitur nūc de nouo.ſimile
habetur ibidem diſtinctione.xvii. q̄ſtione.xviii.
de corpore infinite remiſſionis qḋ nullius calidi=
tatis eſt in quacūqꝫ pte ꝓportionali hore vel in=
ſtanti:⁊ tñ in inſtanti terminante horã corpꝰ erit
calidū:vt quattuor / vel vt octo / vel vt centū / vel
vt mille ſi volueris.et nulla caliditas addit̄ de no
uo. ⁋ Propterea ſcd̄o argumentator inq̄rēdo de
iſtis pūctis.ſi aliqua puncta poſſunt cōſtituere ali
quod cōtinuū:ſeq̄retur ꝙ deus p̄t ex infinitis ani
mabus vel angelis creare continuum.conſequēs
nō eſt admittendū:ergo nec añs.et ꝙ ſequat̄ pꝫ:
aliqua indiuiſibilia ſubſtantie cōponūt cōtinuū:
et non eſt maior ratio de aliquibus q̄ꝫ de aliis.
⁋ Reſpondet̄ refellēdo illud argumētū.ſcd̄ꝫ do=
minos reales puncta ſunt accidentia habētia po
ſitionem in cōtinuo:queritur ab eis quare anime
vel angeli non habent poſitionē in eodē ſicut ſua
puncta. Reſpondebunt illud prouenire ex natura
rei.ſic dicā eis.ſunt aliqua ſubſtãtie indiuiſibiles
nō potētes cōponere cōtinuū:vt angeli et aīe in=
tellectiue.aliqua ſunt indiuiſibilia cōtinuū cōſtan
tia.vbi ip̄i dicunt poſitionē habentia in cōtinuo:
cōtinuū componūt. ⁋ Sed cōtra iſtud arguitur.
vel oīa puncta ſunt eiuſdē ſpeciei.⁊ ſi ſic:ſubſtan
tia et accñs cōponūtur ex ptibus eiuſdē rōnis. et
ſi nō:in eodē cōpoſito dabūtur plura compoſita
ſpecie diſtīcta. ⁋ Reſpōdet̄. nō oīa ſunt eiuſdem
ſpeciei:aliqua ſunt accidētia:aliqua ſubſtātia.illa
differunt genere:et inter ſubſtantias:aliqua pun
cta cōponūt materiam:et illa oīa ſunt eiuſdeꝫ ſpe
ciei ſpecialiſſime.tenēdo materiā celi eſſe eiuſdeꝫ

ſpeciei cū materia inferiorū.puncta formas cōpo
nentia differūt ſpecie a pūctis cōſtantibꝰ materi
am.et quot ſunt forme ſpecifice diſtincte:tot ſunt
puncta ſpecifice diſtincta.⁊ ſic dicatur de pūctis
cōponentibus albedinē et nigredinē ꝙ ſpecie dif
ferant. ⁋ Tertio arguitur.ſi poſitio eēt vera ſeq̄=
retur ꝙ cōtinuū et punctū eēnt eiuſdē ſpeciei.hoc
eſt incōueniēs:ꝙ īdiuiſibile et diuiſibile ſunt eiuſ
dem ſpeciei.et ꝙ ſequatur patet.nichil eſt in con=
tinuo niſi punctū vel puncta.ergo a.continuū nō
eſt alterius ſpeciei a.puncto vel pūctis. ⁋ Reſpō=
detur cōcedendo ſequelā.duo puncta cōponentia
materiā vel eandē formā et vnū punctū ſunt eiuſ
dem ſpeciei.et per idē tria pūcta et duo:⁊ ſic ſine
ſtatu.nō incōuenit aliquod pūctum et aliqḋ conti
nuum eſſe eiuſdē ſpeciei.ſed vnū falſum aſſumit̄ i
argumento:ꝙ nō eſt in cōtinuo niſi pūctū.cuiuſlꝫ
continui cōtinuū eſt ps.modo nullū continuū eſt
punctū.ſed aſinus non eſt eiuſdē ſpeciei cū pun=
ctis cōponētibus materiā.bene aūt cū duobꝰ pū
ctis quorū vnū cōponit materiā et aliō formā.di=
catur punctū ps materie et nō materia: ⁊ punctū
ps forme et nō forma.ſi cuipiam placeat illā ad=
mittere in recto:cū illo nō contendimus:cū ē ha=
bendus ſolum ſermo de noīe.quo fit:duo puncta
in aſino ſunt eiuſdē ſpeciei cū materia. imo vnuꝫ
punctū in aſino eſt eiuſdē ſpeciei cuꝫ forma aſini.
ſed nullū vnū punctū eſt aſinus: nec oīa eiuſdem
ſpeciei cū aſino ſunt aſinus :patet de pūcto ī ma=
teria et de puncto de forma.ſicut aīa ⁊ materia ſe
parata ſunt eiuſdē ſpeciei cū forte:et tamē nō ſūt
fortes vel homo. ⁋ Quarto arguit̄.ſi dicta eēnt
vera ſequeretur ꝙ poſſent auferri infinita ab vno
pedali abſqꝫ hoc ꝙ ipſum eſſet minus:et loquor
de continuo finito.conſequens eſt falſum.ergo et
antecedens.cōſequentis falſitas ꝓbat̄.illa infini
ta puncta ſufficiunt cōſtituere continuū: immo ſi
ſimul addantur cōtinuū cōſtabitur: cōſequētiã ta
men ꝓbo.auferat deꝰ a p̄ma pte ꝓportionali vnū
pūctū.vnū pūctū a ſcd̄a pte ꝓportiōali eiuſdē cō
tinui.vnū pūctū a tertia pte ꝓportiōali eiuſdē.et
ſic auferat vnū pūctū a q̄libet pte ꝓportiōali:vel
potiꝰ a qualibet pte ꝓportionali auferat vnū pū
ctum.tūc erunt infinita puncta ablata. patꝫ.p̄ma
ps proportionalis eius manebit ita magna ſicut
ante ablationē illius puncti.ſcd̄a ps ꝓportiona=
lis manebit eque magna puncto ablato ſicut an=
te eiꝰ ſubſtractionē:⁊ ſic de qualibet alia pte pro=
portionali.⁊ ſi oēs ptes proportionales remane
bunt ita magne ſicut p̄us:totum manebit ita ma
gnum ſicut ante erat. Inſup:p̄ma ps proportio=
nalis manebit equaliter magna:quoniã ſemipe=
dalis.ip̄a eſt equalis aggregato ex oībus ſequē=
tibus.ergo aggregatum ſequentiū eſt ſemipeda=
le.ergo totū manebit pedale. ⁋ Reſpōdet̄ conce
dendo ſequelā.nec hoc eſt incōueniens. immo ſi
adhuc auferrētur tria puncta: mille : de qualibet
pte proportionali:totū eſſet ita magnum ſicut in
p̄ncipio. ⁊ ſi auferrentur infinita interſcalariter.
ſecus eſt ſi continue auferrent̄.et ne tibi illō oīno

peregrinum videatur.ſit tibi analogia : auferen=
do infinitos aureos interſchalariter a congerie
infinita aureorū:infiniti ſuperant.vel auferendo
infinita pedalia equalia a linea īfinita interſcha
lariter:remanebit infinita multitudo vel ſufficiēs
ad tantā extēſionem infinitatis ſicut p̄us erat.et
eſt tota ratio:q2 infinite erunt tales ptes in linea
īmo infinities infinite tales.ſic eſt in cōtinuo q̄ꝫ=
tūcūqꝫ puo:ſunt infinita puncta: et infinities infi
nita. ⁋ Sed cōtra totū iſtud arguitur.ſequeretur
ꝙ ex corpore pedali poſſet fieri bipedale / tripeda
le / quadrupedale / ſecluſa rarefactione / vel ꝙ idē
ponatur in variis locis. iſtud nō eſt intelligibile.
ergo et fons de quo iſte riuus ꝓcedit.ꝙ ſequatur
patet:ſeparentur infinita puncta ab a / corpe pe=
dali ſcd̄m imaginationē p̄fatā:tūc ex illis p̄t com
poni vnū.ſit illud quantitatis quātūlibet puevo=
lueris.inumere tales magnitudines a / pedali nō
exhauſto:īmo nec diminuto:extrahi poſſunt : ex
quibus quadrupedale / īmo infinitū corpus cōpo
netur. ⁋ Reſpōdetur cōcedēdo ſequelā:nec cōſe=
quens eſt impoſſibile.modus auferēdi multū fa=
cit.iſtud nō eſt ſitum in facultate creature. agens
naturale corrumpit ordinate ⁊ cōtinue. et agens
creatū neſcit iſta pūcta ſegregare a cōpoſito.ſicut
deus ex corpe pedali p̄t facere lineã īfinitã: ⁊ nul
la creatura. Ex iſto ſequitur cū adiūctione cōiter
conceſſorū in philoſphia:cū ignis corrūpit lignū
oīa puncta q̄ erant in forma ligni corrūpit: ita ꝙ
nullū illorū manet in rerū natura.pūcta materie
nullo mō corrūpit.illa ſunt ingenerabilia et īcor=
ruptibia naturalit̄:ſicut philoſophi nō abs re di=
cunt.cū corruptis ſtraminibus maneāt cineres:
quos de rerū natura tollere nequis / quin aliqua
materia ſuccedat. Si petas quare agēs naturale
nō p̄ōt corrūpere vnū punctū nichil aliud corrū=
pendo. Reſpondetur ꝑ maximam phiſicam.oīe
agēs equaliter agit in duo paſſa equaliter appro=
ximata.modo nullū eſt vnū punctū ſine duobus
et infinitis equaliter applicatis agenti. ⁋ Quin=
to arguitur.ſi poſitio eſſet vera ſequeretur ꝙ pari
ratione forma intenſibilis et diuiſibilis cōpone=
retur ex indiuiſibilibus ſcd̄m intēſionē. ſed hoc ē
incōueniens.ergo.ꝙ ſequatur pꝫ. eſt eadem ra=
tio. Similiter tp̄s cōponeretur ex inſtantibus:et
motus ex mutatis eſſe. ⁋ Reſpondet̄ concedēdo
oīa illa aſſumpta.forma accidens indiuiſibile (vt
calor) inhereret puncto ſubſtãtie:⁊ diuiſibilis intē=
ſiue inheret.et ꝓportionabiliter eſt dicenduꝫ de
forma intenſibili et remiſſibili ad quantū. Iſtud
nō eſt oīno improbabile qḋ dicimus de forma:vt
pꝫ ꝑ vnam ſolēnē opinionē inter antiquos ꝙ for
ma intenſibilis nō habet ptes.quid mirū ergo ſi
nos dicamꝰ (opinionē cōem tenentes) ꝙ aliqua
ps eius eſt indiuiſibilis.ex iſto nō ſequitur ꝙ ca=
lor pūctualis eēt infinite remiſſionis. dicimꝰ illō
non eſſe intēſum.ſiue debeat dici ps caloris ſiue
nō:eſt difficultas ſimilis. ⁋ Sexto arguit̄ ex po=
ſitione predicta ſequit̄ ꝙ diameter quadrati non
eſſet incōmēſurabilis coſte eiuſdē.ꝯſequēs eſt fal

ſum:vt patet ex quinta decimi Euclidis.dicit eñ
illa quinta ꝙ q̄titatum cōmenſurabiliū ꝓportio
eſt adinuicē / ſicut alicuius numeri ad aliquem nu
merū.et ꝑ ſeptimā eiuſdē ſequit̄:ſi linee aliq̄ ſint
cōmēſurabiles quadrata illarū linearum ſe habe
būt adinuicē / ſicut vnꝰ numerꝰ quadratꝰ ad aliū
numerū quadratū.quadratū aūt diametri non ſe
habet ad quadratū coſte / ſicut numerꝰ aliq̄s qua
dratꝰ ad aliū numerū quadratū.igit̄ nec diame=
ter erit commēſurabilis coſte.minor patet ex pe
nultima p̄mi:eo ꝙ quadratū diametri eſt duplū
ad quadratum coſte:ꝓ eo ꝙ eſt equale quadrato
duarū coſtarū.⁊ hoc intueri potes:ī margine de
ſcribēdo quadratū maiꝰ a / ſuꝑ cuiꝰ diametri me
dietatē cōſtet̄ minꝰ quadratū:cuiꝰ diameter erit
coſta maioris.nullꝰ aūt numerꝰ quadratꝰ eſt du=
plus ad aliū nūerū quadratū: vt patet de nouē /
ſexdecim / vigintiq̄nqꝫ / et ita diſcurrēdo ꝑ oīes
quadratos ex q̄buſcūqꝫ radicibꝰ in ſe ductis. cō=
ſequētiam tñ ꝓbo ſic.q2 pūcta diametri ſe habēt
ad pūcta coſte in aliqua porportione numerali.
Etiam aliter patet capiēdo duo pūcta īmediata
in coſta:et alia duo oppoſita in alia coſta : et ab
iſtis ad illa ducant̄ due linee recte eque diſtantes
ip̄i baſi.iſte ſecabūt diametrū.⁊ ſi in pūctis īme
diatis:nō erūt plura pūcta in diametro q̄ꝫ in co=
ſta.ſi in pūctis mediatis:tūc capio pūctū mediū
in diametro a quo duco lineam rectam in conti=
num et directū duas coſtas verſus. illa cadit ex=
tra vtrãqꝫ lineã datã.alioq̄n cōcurrit cū lineis il=
lis cū quibꝰ ponitur eq̄ diſtãs:qḋ eſt cōtra diffini
tionem eque diſtantiū. ⁋ Reſpondet̄ ꝯcedēdo ꝙ
eſt ꝓportio irrationalis inter diametrū quadrati
et ſuã coſtã.q2 nō eſt aliqua vna mēſura:qua mēſu
rari poſſint. Sed nego ꝙ oppoſitū ſequat̄ ex di=
ctis. Cōtinuū eñ nō ſolū cōponitur ex pūctis:ſꝫ
ex quantis.maior eſt quātitas cōtinua in diame=
tro q̄ꝫ in coſta:vt patet ad ſenſum. et nego caſum
ꝙ poſſint dari due linee recte a duobus pūctis ī=
mediatis vnius coſte ad duo pūcta īmediata alte
rius coſte.ſcd̄m reales inter quecūqꝫ duo pūcta
ꝯtinuatīa mediat pūctū ⁊ q̄tū.ſcd̄o:nō pono line
as indiuiſibiles quo ad latitudinem et ꝓfundita
tē. Tertio:caſu admiſſo ad imaginationē: nō ſe=
cabunt diametrū in duobus pūctis īmediatis:cū
diameter ſit coſta longior.nec erit poſſibile duce
re ab vno pūcto medio diametri lineã eq̄ diſtan=
tē aliis duabꝰ lineis:īmo cōcurrit inter coſtas cū
aliis duabꝰ lineis.et ſic nō erit eis paralella . nec
mirū ꝙ abſonū ſequatur ex diſſono caſu admiſſo.
⁋ Septimo arguitur.ex dictis patet ꝙ finita pū
cta non conſtituunt continuum:ſed ſolū infinita.
q̄ro quante quātitatis erit illud cōtinuū p̄mo pro
ductū:poſito ꝙ deus in qualibet pte ꝓportiona=
li vnius hore producat vnū punctū.in inſtāti ter=
minãte horam p̄mo verū erit dicere illic eſt quā=
tum: q̄ro quãte quātitatis eſt:pedalis vel tripeda
lis.et reſpōdere rationabiliter nō potes.ergo po
ſitio nulla. ⁋ Reſpōdet̄:hoc argumētū nō nichil
coloris ſecuꝫ affert. Ad qḋ breuiter dico. ſuffici

mihi erit quãtũ: licet neſciã quãte magnitudinis preciſe erit. ¶ Queſtio ſexta.

Queritur ſexto an puri cõtinui detur minima ps? ¶ Reſpondetur negatiue/ ſiue exponatur affirmatiue ſiue negatiue. Probatio cõcluſiõis. qꝛ da eiꝰ oppoſitũ ꝙ a/ ẽ minima ps huius cõtinui: ⁊ tũc vel a/ eſt impartibilis vel ptibilis. Si ſcdm. iã a/ nõ eſt paruũ: qꝛ magnũ ⁊ puũ ſoli quanto ꝯueniunt. ergo nõ eſt minima. Iſta cõſequẽtia ẽ nota ex expoſitiõe ꝓpoſitionũ de minimo. Si a/ ẽ ptibilis: iã habet duas medietates/ tres tertias/ quattuor quartas/ quarũ quelibet eſt minor a. ergo a/ nõ ẽ minima ps ipſius cõtinui. Eodẽ modo argumẽtabor de qualibet alia pte. ¶ Sed cõtra iſtã cõcluſionẽ arguitur ſic. In ĩfinitũ pua ẽ aliqua ps huius cõtinui. ergo aliqua ps cõtinui eſt infinite paruitatis: ⁊ illa nequit eſſe diuiſibilis. ergo eſt ĩdiuiſibilis. aſſumptũ patet: alicuiꝰ paruitatis ẽ aliqua ps huius cõtinui. et minoris puitatis eſt aliqua pars huius cõtinui. et illa minoris/ et ſic in infinitum. ¶ Reſpõdetur. in infinitũ pua eſt ps cõtinui: ſed nulla ps ẽ infinite pua. ſicut in ſimili: qualibʒ pte magnitudinis dabilis eſt aliqua ps minor. ⁊ qualibet pte magnitudinis dabilis eſt aliqua ps maior: ſed nulla ps magnitudinis eſt minor pte magnitudinis: ſicut nulla ps magnitudinis eſt maior pte magnitudinis. ¶ Si q̃ras cũ ĩ infinitũ pua eſt ps magnitudĩs: vel illa ẽ diuiſibilis vel ĩdiuiſibilis. Queris montes ſine vallibus. ¶ Scdo arguitur. datur vltia ps ꝓportiõalis ĩ cõtinuo. ⁊ illa nõ ẽ diuiſibilis ergo ĩdiuiſibilis. ¶ Forte dices: fm dicta in q̃ſtione p̄cedente: datur pũctuʒ terminatiuũ qd ẽ ps eius. ¶ Dico non eſt neceſſe ponere pũcta terminatiua cõtinuorũ: tenendo poſitionẽ p̄cedentem. et ſic quolibet puncto dato in continuo datur vnuʒ poſt ipſum. Sed quicq̃d ſit ſi detur vltima ps proportionalis in cõtinuo quacũqʒ diuiſione capta multipli/ ſimplici/ ſupparticulari/ vel ſuppartiẽti/ vel ex his mixta: neceſſe eſt dare minimũ. Capto quadrupedali ipſum diuidendo proportione dupla. pma ps ꝓportionalis erit bipedalitas/ ſecunda pedalitas/ tertia ſemipedalitas/ q̃rta q̃rta ps pedis. ⁊ ſic ſine ſtatu ꝓcedendo ſcdm ꝓportionẽ ſubduplã: cũ quodlibet cõtinuũ cõponitur ex cõtinuo. et ĩfinitis cõtinuis ĩequalibus: ſi detur vltima ps proportionalis oportet ꝙ illa ſit quanta. patet: per ꝓportionẽ partis p̄cedẽtis. ⁊ ipſa ſe habebit in tali ꝓportione ad ptem ſubſequenteʒ in quali ſe habebat ad ptem precedentẽ. ergo ſcdm hanc poſitionẽ implicat dare vltimã ptem ꝓportionalẽ/ ſicut ſcdm oppoſitã. probatur tamen aña. datur pma ps ꝓportionalis in cõtinuo: ergo datur vltima: patet: illi termini relatiue opponuntur: et aña eſt lucidũ. ¶ Reſpõdetur: ꝙ illa cõſequẽtia non valet. nec illi termini relatiue opponũtur. ſicut ſcʒ ariſtotelẽ datur vltimus hõ: ⁊ nõ pmus. ⁊ ſi deus perpetuaret mũdũ a pte poſt (ſicut eſt poſſibile) daretur primꝰ hõ: ⁊ nõ vltimus. ¶ Ex iſto pʒ: ꝙ iſta cõſequentia ẽ nulla. a/ eſt pma ps ꝓportionalis b/ cõtinui. ergo eſt pma ps b/ cõtinui. licet oĩs pma ps ꝓportionalis ſit ps: tñ vnũ cõplexũ ſcilicet pma ps ꝓportionalis nõ ẽ inferius ad aliud. ſicut nõ ſeq̃tur: albedo eſt nobiliſſimꝰ color/ ergo eſt nobiliſſima qualitas. tñ oĩs color eſt qualitas. ſicut vulgo dicitur: Oĩs magiſter eſt homo. ſed non oĩs magiſter pariſienſis eſt hõ pariſiẽſis: vel animal pariſienſe. ¶ Tertio arguitur cõtra hãc cõcluſionẽ p Achillẽ zenonis qui niſus eſt improbare motũ: ſed nõ credo hunc doctũ virũ voluiſſe dirigere hoc argumentũ ad hoc ꝓpoſitum tanq̃ cõcludens: cũ hoc eſſet cõtra ſenſum. licet themiſtiꝰ in paraphraſi ſexti phiſicorꝫ dicat iactabũdus zeno verbis ampulloſis in fine cõcludit ꝙ equus velociſſimus limacẽ capere nequit. Admittamꝰ motum/ accipiẽtes eiꝰ argumẽtũ ſentẽtialiter. Sint duo mobilia a/ ⁊ b/ poſita ſup vnũ quadrupedale. a/ in pncipio pme ptis ꝓportionalis: b/ in pncipio ſcde. ſic ſcilicet qñ a/ ptranſit ſuã primã ptẽ ꝓportionalẽ: b/ ptrãſeat ſcdam. ⁊ hoc ĩ pma pte ꝓportionali hore. In ſecũda pte ꝓportionali hore ptrãſeat b/ tertiã ptem ꝓportionalẽ illiꝰ ſpacii: et in eadẽ ſcda pte ꝓportionali ptrãſeat a/ ſcdaʒ ptem proportionalẽ illiꝰ ſpacii: ſcilicet pedale: ſic ſcilicet ꝙ cõtinuo moueãtur p partes proportionales hore cõtinuo ſup ſingulas ptes proportionales reſpondentes illius ſpacii: qñ b/ erit in fine ptis proportionalis ſequentis a/ erit in fine ptis proportionalis precedẽtis p̄ciſe. a/ erit mobile velox. qꝛ cõtinuo velocius mouetur q̃ b. Tunc ſic. interdũ vtrũqʒ iſtorꝫ mobiliũ erit extra illud ſpacium. Qd patet: in inſtanti terminanti horã p̄terierũt infinite ptes proportionales hore reſpõdentes illis infinitis ptibus proportionalibꝰ ſpacii: ⁊ in inſtanti terminãti illã horã b/ mobile tardum erit pmo extra illud ſpaciũ in pũcto terminatiuo illius ſpacii: ponẽdo punctũ: ⁊ a/ mobile tũc erit ſuper vltimã ptẽ proportionalem. Qd probo: vel a/ in illo inſtanti eſt ſuper illud ſpaciũ vel extra illud ſpaciũ cũ ipſo b/ nõ ſcdʒ. quãlibet ptẽ proportionalẽ pertrãſiuit b/ mobile tardũ ante a/ mobile velox. nõ loquaris de pma parte proportionali quã b/ nõ ptrãſiuit. vel adde caſui ante motũ a/ b/ complete pertranſiuit pmã partẽ proportionalẽ. tunc hanc partẽ proportionalẽ (demonſtrãdo primã partẽ proportionalẽ) pertrãſiuit b/ mobile tardũ ante a/ mobile velox. ſic de ſecũda parte proportionali/ tertia/ quarta/ et ſic ſine ſtatu. ergo quãlibet partẽ proportionalẽ pertrãſiuit mobile tardũ ante mobile velox. ⁊ per cõſequẽs oẽs ptes proportionales pertrãſiuit ante mobile velox. ⁊ q̃ primũ oẽs ptes proportionales huiꝰ ſpacii ſunt ptrãſite totũ ſpaciũ eſt ptranſitũ. ergo totum ſpaciũ eſt ptranſituʒ/ b/ mobili tardo ãte a/ mobile velox. et tũc ſic a/ mobile eſt ſup illũ ſpacium: vel ergo ſup vltimã ptẽ proportionalẽ: vel in pũcto intercepto inter ptes proportionales/ et ſi

illa pars non eſt vltima iam infinitas partes proportionales lucratũ eſt b/ mobile ſuper a/ cõtra ypotheſim. relinquitur ergo ꝙ a/ eſt ſuper vltimaʒ partem proportionalẽ qd remanebat probandũ. ¶ Reſpondetur p propoſitiones. ¶ Prima. Quãlibet partẽ proportionalẽ ſcdm hanc diuiſionẽ ptrãſiuit mobile tardũ ante mobile velox: hec propoſitio probata eſt interarguendũ. ¶ Scda propoſitio. Nõ quãlibet partẽ illius ſpacii ptrãſiuit mobile tardũ ante mobile velox: pʒ: nõ ptranſit ſcdam medietatem ante mobile velox. q̃ primũ ſecunda medietas eſt pertranſita tota eſt pertrãſita. ¶ Tertia propoſitio. Nõ oẽs ptes proportionales (capiendo omẽs collectiue) ptranſit b/ ante a/ patet. q̃ primũ oẽs collectiue ſunt ptranſite totũ eſt ptranſitum. ¶ Quarta propoſitio. Non oẽs ptes proportionales (capiendo oẽs diſtributiue) ptranſit mobile tardũ ante mobile velox. patet de duabꝰ vltimis quartis. ¶ Quinta propoſitio: in inſtanti terminanti horã verũ eſt dicere immediate ante hoc fuerunt infinite partes proportionales ptranſeunde a b/ ⁊ nunc oẽs ſunt ptranſite a b/ et b/ nunc nec mouetur nec mutatur: ⁊ ordinate et ſucceſſiue ptranſiuit illas oẽs. ¶ Sexta propoſitio. In hoc inſtãti a/ mobile eſt primo extra totum ſpaciũ: p hoc demonſtrãdo inſtãs terminatiuum hore. Probatur. in hoc inſtanti primã ptem proportionalẽ ptranſiuit ſcdam/ tertiã/ et ſic de qualibet alia. igitur. ¶ Ad formaʒ ergo argumenti reſpondendo concedo ꝙ quãlibet partem proportionalem illius ſpacii ptranſiuit b/ mobile ante a/ et ratio in qua lepus argumenti iacet ẽ. Cum a/ mobile velocius moueatur continuo q̃ b/ ſemp magis et magis appropinquat ipſi b. in pncipio hore inter ea diſtabat bipedale. in fine pme ptis proportionalis hore p̄ciſe diſtabat pedale. ⁊ ſic in pma pte proportionali hore a/ lucratur ſup b/ vnũ pedale. in fine ſecũde ptis proportionalis hore diſtat inter illa mobilia ſemipedale. cũ in inſtãti terminãti illã ptem b/ eſt ĩ fine tertie ptis proportionalis ſpacii. et ſic conſequenter minus et minꝰ mediat. ⁊ ſic in infinitũ propinque a/ mobile accedet ipſi b/ ⁊ in nulla pte proportionali vel inſtanti illius hore capit b/ ſed in inſtanti terminanti horã/ immo egreditur ſecũ. ¶ Sed cõtra iſtud arguitur ſic. Seq̃retur ꝙ ſi b/ mobile p̄ceſſiſſet a/ per centum partes ꝓportionales: per mille: vel p quaſcũqʒ finitas: ꝙ a/ eque cito ptranſiſſet illud ſpaciũ: qd eſt falſum. falſitas cõſequentis patet. ſemp b/ tenet ſuũ antipodiũ mille partium precedendo. Et cõfirmatur hec ratio. Sequeretur eodẽ modo ſi ſuper quãlibet ptem proportionalẽ illius continui poneretur vnus angelus. ⁊ ꝙ quilibet illorũ in prima pte proportionali hore pertranſiret ſuã ptem proportionalem: et in ſcda pte proportionali hore ſequentẽ. ⁊ ſic ſine ſtatu: ꝙ eq̃ cito oĩa iſta mobilia pertranſirent iſtud ſpaciuʒ: ſed hoc eſt falſum. ¶ Reſpondetur cõcedendo illata tanq̃ correlaria. Et vbi dicebas vnũ mobile tenet antipodiũ ſuũ in mille partibus proportionalibus. licet teneat in quantitate diſcreta: nõ tamen in quantitate continua. licet centum poſteriores ſint centũ ſicut priores: ſemp tamẽ ſunt minores. ¶ Sed cõtra iſtud arguitur. Si eſſent infinita mobilia ſuper infinitas ptes proportionales huiꝰ cõtinui: vnꝰ angelus ſup pmam ptem ꝓportionalẽ: aliꝰ ſup ſecundã: tertiꝰ ſup tertiã ptẽ proportionalẽ: ⁊ ita ſup quãlibet partẽ ꝓportionalẽ ponatur vnus angelus. in pma pte ꝓportionali hore future ptrãſeat q̃libet illorũ partẽ proportionalem ſup quã eſt. ſimus nos in vltimo inſtanti non eſſe illius ptis proportionalis hore. tunc p te in inſtanti terminante horã totũ ſpaciũ erit ptrãſitum a quolibet iſtorũ angelorum in illo inſtanti. Sed hoc oppugnatur: ex illo ſequitur ꝙ immediate poſt hoc ſpaciũ totũ erit pertrãſitũ a quolibʒ iſtorũ angelorũ. conſequens eſt manifeſte falſum: immo nullus iſtorum angelorum immediate poſt hoc pertranſibit totum iſtud ſpaciũ. patet inducendo per ſingulos. Primus non immediate poſt hoc pertranſibit totum iſtud ſpacium: nec ſecundus immediate poſt hoc pertranſibit totum iſtud ſpacium: et ſic de quolibet alio. Sʒ ꝙ ſequatur arguitur ſic. immediate poſt hoc verum erit dicere q̃libet ps proportionalis huius ſpacii eſt pertranſita. q̃ primum quelibet pars proportionalis huius ſpacii eſt pertranſita totum erit ptranſitum. igitur: cõſequentia tenet cum minore. probatur maior. quia prima ps proportionalis erit pertranſita a ſuo mobili. idẽtidem ſecũda a ſuo mobili. ⁊ ſic de tertia/ quarta/ quinta/ et ſic de qualibet alia. ¶ Inſup: ſi hoc eſſet verum ſequeretur ꝙ ſi eſſent duo mobilia quorum vnum a/ in qualibet parte proportionali hore pertranſiret vnã ptẽ ꝓportionalem illius ſpacii/ et aliud b. in qualibet parte ꝓportionali hore pertranſiret mille partes proportionales/ immo miliones partium: ꝙ illa duo mobilia eque cito pertranſirent illud ſpaciuʒ. hoc conſequens eſt falſum. ergo et antecedens. conſequẽtia ꝓbatur. in inſtãti terminãti horã totũ ſpaciũ erit ab vtroqʒ illorum mobilium pertranſitũ. patet ex theorica cui innitimur. falſitas conſequentis probatur. quando a/ in prima parte proportionali hore pertranſit vnam partem proportionalem: in eadem parte proportionali hore b/ pertrãſit mille primas partes proportionales illius ſpacii: et ſic in inſtanti terminanti primam partẽ proportionalem habebit. ix.c. xcix. in lucro ſuper a. mobile. In ſecunda parte proportionali nihil de lucro amittit: ſed eidem addit. igitur. ¶ Reſpondetur concedendo ꝙ eque cito omnia illa mobilia pertranſibunt illud ſpacium: quia in inſtanti terminanti horam primo ſpacium erit ab omnibus illis pertranſitum. et concedo ꝙ immediate poſt hoc verum eſt dicere quelibet pars proportionalis eſt pertranſita: immo in illo inſtãti q̃libʒ pars eſt pertranſita ab aliquo iſtorũ mobiliũ: ſed a nullo illorum mobilium quelibet pars ẽ ptranſita. ſed hanc nego: q̃ primũ q̃lʒ ps ꝓportiõalis ẽ ptranſita ab aliquo iſtorũ mobiliũ totũ eſt ptran-

ſitū.ſed illa eſt vera/ꝙ̄ primū ab aliquo iſtorū mo
biliū quelibet pars eſt pertranſita totū eſt pertrā
ſitum.¶Ad aliud concedo ꝙ mobile qđ ꝑtrāſit
in qualibet ꝑte proportionali hore mille ꝑtes nō
citius attiget terminū ad quē ꝙ̄ mobile:qđ ī qua
libet ꝑte proportionali ꝑtranſit vnā ꝑtē propor=
tionalem tm̄.et ſic occiditur Achilles zenonis.
¶Quarto arguitur.capio quantū diuiſum ꝑ par
tes proportionales minoribus pedē meū verſus
terminatis:⁊ ipſum tangentibus.tota multitudo
iſtarū partiū proportionaliū eſt immediata pedi
meo.ergo aliqua eſt īmediata pedi meo.vel inci=
piat vnum mobile per remotionem de preſenti
pertranſire illas partes incipiendo a partibus
minoribus.illud mobile ſuper aliquam partem
incipit moueri.et non niſi ſuper vltimam.
¶Sed hic dices(et ſic dicendū eſt)tota multitu
do iſtarꝫ ꝑtiū ꝓportionaliū(⁊ nulla illarꝫ)eſt īme
diata pedi meo.¶Ad aliđ admittit caſus.de illo
mobili.dicit ꝙ nullam ꝑtē ꝓportionalē īmedia=
te poſt hoc pertrāſibit:ſed īmediate poſt hoc per
tranſibit vnā partē ꝓportionalē:⁊ īmediate poſt
hoc ꝑtranſibit duas:⁊ infinitas:ſꝫ ordinate mo=
uendo.primo ſuper vnā et poſtea ſuꝑ aliā ſequen
tem.et ſic eſſet ſi oēs ille ꝑtes proportionales eſ=
ſent diuiſe remanētes in eiſdē ſitibꝰ in qbꝰ erant:
puta ꝙ p̄ma ꝑs proportionalis maneat vbi priꝰ
erat.⁊ ſecunda ꝑs proportionalis ſeiuncta ab il=
la maneat vbi prius erat: et ſic de qualibet alia.
iam nullum eſt cōtinuū immediatum pedi meo.
¶Accipito analogiā:ſi ſuꝑ quālibet partē ꝓpor
tionalem huiꝰ pedalis tangentis parietem mino
ribus partibus parietē verſus terminatis pone=
retur vnus angelus:iā hec tota multitudo ē īme=
diata parieti:⁊ nullus illorꝫ angelorꝫ eſt īmedia=
tꝰ parieti.Prima ꝑs eſt lucida:nihil mediat inter
parietē et totā multitudinē.Scđa ꝑs patet:nullꝰ
angelus eſt immediatꝰ huic parieti.nō primꝰ:nec
ſecūdꝰ:nec tertiꝰ:nec quartus: et ſic de quolibet.
¶Sed arguit paulo apparentiꝰ ſic mutando ter
minos.ponat ex tranſuerſo prime partis propor
tionalis vnꝰ aſſer:et cū hoc ponatur oculꝰ ſortis
in fine minorꝫ ꝑtiū proportionaliū : ſic ꝙ aſſer ſit
viſibile viſum a ſorte.In ſcđe partis ꝓportiona=
lis fine ponat alius aſſer ex tranſuerſo īpediens
ſortē ne poſſit videre p̄orē:⁊ ita locet deus infini
tos aſſeres ſuꝑ infinitas ꝑtes proportionales/et
eos tenuiter faciat ſcđm capacitatē ꝑuarū partiū
proportionaliū:ſaltē in radice cōtactus:ſuperiores
aſſeres cōdēſando quo adſint opaci viſum ſortis
impediētes a viſiōe ꝑtiū precedētiū.Tūc ſic.ſor
tes in fine videt vnū aſſerē:⁊ nullū niſi aſſerē ſuꝑ
vltimā partē proportionalē exñtē:īmediate ante
inſtans terminatiuū iſtiꝰ hore ſortes vidit vnum
aſſerem:et nunc nullū ponit impedimētum inter
oculum ſortis et illos aſſeres.ergo videt aliquem
illorū aſſerum.¶Similiter:ſi ſortes tangat con=
geriē illorꝫ aſſerū(⁊ potiſſimū ꝓpe ſe)non eſt in=
telligibile qn tāgat vnū p̄mo:et nō niſi ꝓpe finē.
¶Sꝫ hic rñdet.in qualibet ꝑte ꝓportionali illiꝰ
hore ſortes vidit vnū aſſerē.et in inſtāti terminā
ti horā nullū aſſerē videt.nō primū: qꝛ ille occul=
tatur a ſcđo:nec ſcđꝫ: qꝛ ille occultat a tertio:nec
tertium:quia ille occultatur a quarto.⁊ ſic conſe=
quenter:ſic ſcꝫ ꝙ viſionē precedētis aſſeris:aſſer
ſubſequēs ſubripuit. ergo in inſtāti terminānte il=
lā horā nullū illorꝫ aſſerū videt.¶Et qñ dicis.i=
mediate ante hoc videbat vnū aſſerē.⁊ nūc nihil
īpedimēti ꝓducit.ergo nūc videt vnū aſſerē:ſup=
poſito ꝙ applicet potentiā bñ diſpoſitā.¶Dicit
ꝙ cōſequentia eſt nulla.ſed opꝫ dicere ī añte:nul=
lū īpedimentū eſt ꝓductū.cuiuſlibꝫ viſionis que
habet de aliquo aſſere:īpedimētū iā eſt ꝓductum
ꝑ infinitos aſſeres:quorꝫ ſemper poſterior occul=
tat priorem.¶Et ſic de tactu digiti dicatur.ſor=
tes nullū aſſerē tāgit.nō p̄mū/qꝛ impedit a ſcđo.
nō tertiū:qꝛ impedit a quarto.et ſic conſequēter.
Sꝫ totū aggregatū tāgit.¶Et ſic dicat de cōti=
nuo cuiꝰ p̄ma pars ꝓportionalis eſt alba:ſcđa ni
gra:tertia alba.⁊ ſic alternatim.⁊ ſi ſortes acce=
dat ꝑtes minores verſus nullā partē albā tangit:
nec aliquā ꝑtē nigrā tangit.Rō:cum q̄libet nigra
ſit alba poſterior:et ecōuerſo:ſed cōgeriē partiuꝫ
albarꝫ ⁊ nigrarū tangit.Iſta nō aſſueto videntur
difficilis imaginationis.

¶Queſtio ſeptima.

IN ſuperiori queſti
one diximus ꝙ pure continui
non datur ꝑs minima: eſto ꝙ
continuum ex punctis conſla=
tum ponatur.nūc cōtinuando
eandē materiam:querit ſepti
mo talis queſtio:an detur mi
nimū naturale.¶Pro ſolutione q̄ſtionis ponunt
cōcluſiones ſequentes:quarū prima eſt.datur mi
nimū naturale totale in etherogeneis.ꝓbat hec
concluſio.nuſq̄ et nūq̄ viſus eſt elephas vel hō
tante ꝑuitatis ſicut culex vel granū millii.et hoc
nō niſi qꝛ forme elephātis vel anime intellectiue
repugnat naturaliter informare materiā ita par=
uam tanq̄ totalē ſicut eſt materia culicis.iſtđ ptꝫ
auctoritate philoſophi.ii.de aīa.t.cōmenti.xli.
dicentis:oīm natura conſtantiū determinata eſt
ratio magnitudinis et augmenti.et cōtra anaxa=
gorā primo Phiſicorꝫ ponit minimam carnem.
¶Scđa concluſio.datur minimū naturale in ho
mogeneis.ꝓbatur hec cōcluſio.datur mīmus hō
totalis ⁊ minimus elephas totalis ex p̄ori cōclu
ſione.ergo dat minimū naturale aque.tꝫ cōſequē
tia.vnū eſt eque homogeneū entitatiue ⁊ ſubſtan
tialiter ſicut aliud.ptꝫ.q̄lꝫ ꝑs integralis hoīs eſt
homo:ſicut q̄libet ꝑs integralis aque ē aqua.nō
ponitur niſi vna forma in hoīe: ſcꝫ aīa intellecti=
ua:vt in diſtinctiōe.xvi.huiꝰ poſthac dicet.ergo
quelibet pars integralis ē eiuſdē ſpeciei eēntialis
cū q̄libet alia parte :et cū toto.ergo totū ē ſubſtā
tialiter homogeneū.ſed homo nō ē homogeneū
qualitatiue et accidentaliter ſicut aqua.q̄lꝫ pars

integralis aque in naturali diſpoſitione eſt frigi=
da et humida.non aūt eſt ſic de qualitatibꝰ hoīs.
cor eſt calidū.cerebrū frigidū.⁊ varie ꝑtes varia
habent accidētia naturalia.Inſuꝑ/quelꝫ ꝑs inte
gralis hoīs eſt ſubſtātia corꝑea aīata aīa rōnali.
ergo eſt ſubſtantia rōnalis:ergo hō.⁊ ſi in termi
nis luctari volueris:q̄lꝫ ꝑs ītegralis hoīs ē eiuſdē
rōnis entitatiue cū toto:cū habeat ꝑtes eiuſdem
ſpeciei ſpecialiſſime cū toto ētitatiē.Inſuꝑ aucto
ritates ariſtotelis ⁊ cōmētatoris equaliter appli
cātur ī homogeneo et etherogeneo.ꝙ̄ ſi ponatur
vnū:ſicut oꝫ ꝑ experiētiā ⁊ rōnē:debet idē poni in
alio.¶Tertia concluſio.dat minimuꝫ naturale
caloris/frigoris/⁊ hmōi accidētiū corporalium.
probatur cōcluſio auctoritate ariſtotelis ī de ſen
ſu et ſenſato.t.commēti.lx.lxii.⁊.lxiiii.ꝙ qualita
tes ſenſibiles ſunt determinate ſcđꝫ ſpecies.hāc
cōcluſionē ꝑ varios paſſus cōmentatoris deduxi
q̄ſtione ſextadecima diſtinctionis.xvii.p̄mi ſen=
tentiarꝫ.et propterea eos hic relinquo.Inſuper
datur minimū in aīalibus in etherogeneis ⁊ ho=
mogeneis.et auctoritates philoſophorꝫ equali=
ter applicantur in accidētibus ſicut in ſubſtātiis.
ergo hoc non eſt negandū ab accidentibꝰ corpo=
ralibus.¶Cōtra has cōcluſiones arguitur ſic.ac
cidentis ſpiritualis nō dat remiſſiſſima ꝑs per ſe
potens eſſe.ergo nec qualitatis corporalis.cōſe=
quētia tenet conuenienti ſimilitudine.añs patꝫ.
hō poteſt pure partibilit elicere vnū actū volun=
tatis a nō gradu ad certū gradū vſqꝫ.ergo quacū
qꝫ remiſſione actꝰ data pōt dari actus remiſſior
ꝑ ſe exiſtens.ꝓbatio aſſumpti:alioqui hō poteſt
taliter peccare ꝙ nō pōt ſufficienter ꝓportiona=
biliter puniri pena ſenſus.Peccatū pōt eſſe tante
paruitatis.et actus vitalis aīe non pōt eſſe in in=
finitum remiſſus ꝑ te:cū datur minimū naturale
in actu.igitur.¶Reſpondet negando cōſequētiā.
alie ſunt leges qualitatum corporaliū ⁊ ſpiritua=
lium.⁊ ſi negaretur añs:non eſt ſufficienter pro=
batū ex aſſumpto.licet detur minimꝰ actꝰ potēs
naturaliter ꝑ ſe exiſtere:nō tñ de potentia dei ab
ſoluta.dato mīmo naturali etherogeneo vel ho=
mogeneo deꝰ pōt partē eius ponere extra totū:
cū hoc ꝙ materia informetur eadē forma qua an
te informabatur.dato ergo quocūqꝫ pctō quātū=
cūqꝫ puſillo:deus pōt ꝓ illo penā proportiona=
biliter infligere.et actus:quantūcūqꝫ paruus fu=
erit:potentiam cui ineſt vitaliter immutabit.
¶Contra hoc arguit.ſi in infinitū ꝑuum actū po
teſt intellectus vel voluntas habere:ſequitur hec
cōcluſio.ꝙ voluntas infinitos actus poteſt ſimul
habere circa varia obiecta cū tanta facilitate ſi=
cut habendo vnū actū vt octo circa vnū obiectū
qđ eſt cōtra cōem experiētiā.ꝙ ſequatur patet.nō
eſt difficilius habere duos actus circa duo obie=
cta latos:q̄rꝫ q̄lꝫ ē vniꝰ gradꝰ:q̄ hr̄e actū itenſuꝫ
vt duo circa idē obiectum.et ſi ſic:potes remiſſio
res actus capere plures circa plura obiecta.⁊ ſic
cū non det actus remiſſiſſimꝰ totalis:ſeq̄t illatū.
¶Ad hoc argumentū latius alibi reſpōdi.dico
nūc breuiter ipſum nichil cōcludit.difficiliꝰ eſt ha
bere plures ꝑuos actus latos in obiecta imꝑtinē
tia q̄ actū vnū eis oībus paruis equalē in gradu
circa vnū obiectū.¶Scđo arguitur.ignis produ
cit ſucceſſiue ī materiā ſtupe q̄ fuit formā ſubſtātia
lem ignis.ergo non eſt dabile minimuꝫ naturale
ignis.cōſequentia liquet.añs patet.ſucceſſiue diſ
ponitur materia ad ſuſceptionē ignis: qꝛ ꝑs pro=
pinquior citius diſponitur q̄ remotior.Oē agens
naturale citius agit in ꝓpinquū q̄ in diſtans.ſed
q̄ primum qualitatiue diſpoſitiōes(vtpote calidi
tas et ſiccitas)ſunt introducte in paſſum a: gens
corrūpit formā precedentē et generat nouā.igit.
¶Diſtinguo añs.vel illa ſtupa proiecta fuerit in
igne ſic ꝙ reddidit vnū totū cum ipſo igne : ⁊ ſic
cōcedo.ex illo habes minꝰ minimo naturali ī ſuo
toto:⁊ nihil cōtra dicta.ſi ſtupa fuerit remota ab
igne:ſic ſcꝫ ꝙ non conſtituat aliquod vnū ſecum:
tunc minimum naturale ignis ſubito producitur.
quia ſi ſucceſſiue:daretur minus minimo natura=
li per ſe exiſtens.reliqua ꝑs producitur pure par=
tibiliter:q̄uſqꝫ deueniat ad mīmū naturale vltimū
ſtupe corrumpende:quod ſubito corrūpitur : qꝛ ſi
ſucceſſiue corrūperetur:daret minus minimo na
turali.⁊ ad illā ſtupe corruptionē ſequit ignis ſu=
bitā generationem de per accidēs.⁊ ſi pars ſtupe
date citius diſponeret ꝑ qualitatiuas diſpoſitio=
nes in parte ꝓpinqua q̄ remota:hoc non ſufficit
ad generationē ignis .qꝛ req̄ritur determīata ꝑs
in magnitudine diſpoſita ad hoc ꝙ introducatur
forma ignis in illā materiam.ergo nō p̄oritate tē
poris vel inſtantis ignis generat ꝑtem ignis in
parte ꝓpinqua illius materie minimi naturalis
q̄ in parte remota illius.imo ita cito ꝓducit for=
mam ignis in partem remotā minimi naturalis
ſicut in ꝑtem vicinam.reliquas ꝑtes ꝓducit ſuc=
ceſſiue.licet nō ſit ſucceſſio ex ꝑte intenſionis for
me ſubſtantialis:cū taliū partiū ſit expers:ſucceſ
ſiue quo ad extenſionē ꝓducit.ſi tamen deus de=
ſtruat minimū naturale ſubito:ſic ſcꝫ ꝙ nō duret
niſi ꝑ vnum inſtans: tunc ignis generabit vnum
minimū naturale ſubito.ſed ſi agens ꝓducat mi=
nimū naturale caloris et minimū ſiccitatis ꝑ tan
tam diſtātiā ſicut eſt minimū naturale ignis : iam
q̄ primum eſt diſpoſitio in paſſo/ ita cito ꝓducit
forma ignis.¶Ex illo patet:licet agens ꝓducat
ſubito primū minimū naturale caloris/frigoris/
vel ignis:non tamen reliquas partes ſimiles et
eiuſdē rationis.et ratio eſt:cū detur minimū na=
turale:ipſum nō pōt ſucceſſiue ꝓduci.reliqua au=
tem ꝑs pōt partibiliter ꝓduci ſcđm ꝙ paſſum eſt
agenti applicatum.ergo ꝑ accidēs eſt ꝙ vnā ꝑtē
ſubito ꝓducat:et aliā ſubito corrūpat:et nō reli=
quas ꝑtes.¶Secundo ſequit.nullus eſt color in
hac cōſequentia:agens ꝓducit a/ignem vel calo
rē ſubito(ſit a/minimū naturale)et agēs nō ē de=
bilitatū ī ꝓductiōe b/qđ ē eiuſdem ſpeciei cum a/
et eſt ipſi a/coniunctum.ergo producit b/ ſubito.
¶Tertio ſequitur.male loquitur quidam doctor
conſequenter ad poſitionem ꝙ producitur maxi

conſequens argumentũ aſſumit falſũ/ꝙ terminꝰ eo dr̄ cõis quia naturã cõem ſignificat. Uniuerſale dicitur.qꝛ eſt vniuocũ incomplexũ foꝛmaliter cõe.vel reliquẽdo foꝛmalr̄ ſi volueris. ſoli termini ſunt cõmunes/vniuerſalia/et pꝛedicabilia : et potiſſimũ mẽtales.iuxta illud cõmẽtatoꝛis cõmẽto.viii.pꝛimi de anima: intellectus facit vniuerſalitatem in rebus:ſoli tales ponunt in pꝛedicamẽto:ſoli termini poſſũt ſubiici et pꝛedicari. ¶ Sed contra illud arguitur. omnes termini vocales et mentales ⁊ aliqui ſcripti ſunt qualitates.ergo nõ ponũtur in pꝛedicamẽto ſubſtãtie.ſimiliter multe ſcripture ſunt ſubſtantie.ergo omnes tales reponunt in pꝛedicamẽto ſubſtãtie. ¶ Reſpõdetur ad has obiectiones ſi mente tenes que in pꝛima diſtinctione huius diximus:et adhuc dico:nõ omnis terminus ſubſtantiã ſignificans ponitur ĩ pꝛedicamento ſubſtantie.nec qualitas omnis(vt q̈litatem capis)ponitur in pꝛedicamẽto qualitatis ſed termini habẽtes modũ ſignificandi talis pꝛedicamenti in tali pꝛedicamento ponuntur:ſecũda intentio non eſt reſpectus rationis cauſatus ꝑ actum cõparatiuũ intellectus vel alterius potentie.qꝛ ſic nulla entitas eſt . Scđa intentio eſt terminus pꝛeciſe ſecunde intentionis:qui terminus dicitur ſecunde intentionis apud realẽ (ſi bene ſecundum ſua pꝛincipia diffiniat) Terminus ille ſolus eſt ſecunda intentio. ſic ergo diffinitur ſecunda intentio.eſt terminus ſignificans rem que eſt ſignũ ea rõe qua eſt ſignũ: vel rem ſignificatam ea ratione qua eſt ſignificata ſub aliqua pꝛopꝛietate triuialis artis. ¶ Sed cõtra illud arguitur. tũc vniuerſalia aliqua erunt accidẽtia anime: aliqua accidentia aeris:aliqua ſubſtantie ſcripte:aliqua rubedo vel nigredo eis ĩherẽs:et aliqua coꝛpoꝛalia:aliqua incoꝛpꝛoalia:et per cõſequens nõ erit altiſſimũ huiuſmodi negociũ:cuius oppoſitũ dicit poꝛphirius in iſagogarum fronte. ¶ Reſpõdetur cõcedendo illata:et res eſt captu facilis dũ modo homo in his parum verſatus fuerit. ſed in diebus poꝛphirii grauis erat queſtio:qui platonicus erat. licet in pꝛedicabilibus dicat ſe velle imitari parapateticos:et potiſſimũ Ariſtotelem . et varie erant tunc opiniones inter philoloſophos ſicut hodierno die ſunt.ſed tenendo hunc nomialiũ modũ(quẽ ſolũ verũ opinoꝛ)nõ eſt magna difficultas. ¶ Epilogando ex induſtria dicam que ĩ hac q̄ſtiõe dr̄e cõcipio. nec quãtitas nec materia eſt pꝛincipiũ indiuiduationis: et ſine trepidatiõe opinoꝛ ꝙ tres vel tot quot vult angelos in eadeꝫ ſpecie ſimul põt creare deus.vlterius dico:quelibet res mundi eſt ſingularis pꝛime intentionalr̄ loquendo.quelibet res mũdi eſt vna et nõ plures (niſi loquendo de re habente partes) in creaturis eſſentia diuina realiter eſt tres perſone. ſolus terminus ſingularis eſt ſingulare ſecunde intentionaliter. nulla eſt natura cõis realiter in pluribus ſuppoſitis creatis. Delira ẽ poſitio oppoſitũ tenens. Pariformia.nulla eſt ſubſtãtia cõis cui nõ repugnat eſſe in pluribus. dico.cuilibet ſubſtãtie create repugnat eſſe in pluribus ſuppoſitis. Ulteriꝰ dico.quelibet res diſtinguitur ab alia ſeipſa. humanitas ſoꝛtis realiter eſt ipſe ſoꝛtes.humanitas ſoꝛtis ⁊ ſoꝛtes conuertuntur.quicquid ſignificatiue dicitur de vno/dicit de reliquo . ſoꝛteitas realiter eſt humnanitas ſoꝛtis:et nullo mõ diſtinguitur ab hũanitate ſoꝛtis.quicquid eſt humanitas ſoꝛtis ẽ ſoꝛteitas.quid opus eſt currere ad ꝑegrina:cum veritas pꝛe manibus habeatur.hec q̄ artes ſapiũt nullo mõ hic interſeruiſſẽ niſi ꝓpter extraneos ab hoc ſtudio:in hoc pariſiano ſtudio omnes(duobus conuentibus demptis)hunc modum nomĩaliũ ſequunt: et aliq̄ vniuerſitates matrẽ alie vniuerſitatẽ imitãtes: ſed alique alie vniuerſitates hec non capiunt:pꝛo quibus hec ſcripſimꝰ et vt alioꝛum obiectionibus reſponderemꝰ.

In ſecũda parte huius diſtinctionis magiſter loq̄tur de noticia angeloꝝ. Circa quã materiã quero duodecim queſtiones. ¶ Pꝛima erit/an cognitio angeli diſtinguit ab angelo. ¶ Scđo ĩquirã/an noticia actualis diſtinguatur ab habituali in angelo. ¶ Tertio/an ſunt ponende ſpecies in medio ¶ Quarto/an angelꝰ poſſit ſe ĩtelligere ꝑ eſſẽtiã ſuã. ¶ Quinto/quomodo cognoſcit deũ in via. ¶ Sexto/an angelꝰ habeat pꝛopꝛias ſpecies rerum quas cognoſcit. ¶ Septimo/an angelꝰ poſſit ſpecies acq̄rere. ¶ Octauo/an angelus põt habere tot noticias actuales quot habet habituales. ¶ Nono/an noticia intuitiua põt eſſe de obiecto nõ exiſtente naturaliter. ¶ Decimo/ an põt eſſe de obiecto nõ exiſtente ſupnaturalit̄. ¶ Undecimo/an noticia intuitiua producatur ab obiecto vel a ſola potentia. ¶ Duodecimo/an aĩa noſtra cognoſcat immediate ſe ⁊ alias ſubãs extra ſe.

¶ Pꝛo ſolutione q̄ſtionis pꝛime pono duas ꝯcluſiones:quarũ pꝛioꝛ eſt.ãgeli cognoſcũt. Secũda cõcluſio.cuiuſlꝫ angeli cognitio diſtinguit ab angelo cognoſcente:et eſt accidens ei inherens.

¶ Pꝛioꝛ cõcluſio pꝛobatur.qđ eſt ꝑfectiõis in nobis nõ eſt negandũ ab angelis q̇ ſunt ſupꝛa nos. ſed nos cognoſcimus.ergo noticia nõ eſt neganda ab angelis. ¶ Scđa cõcluſio ꝓbat. qđlibet intelligibile diſtincte põt angelus cognoſcere. pꝛꝫ. hoc poteſt aĩa ſeparata:q̄ cognoſcit deũ intuitiue res imperceptibiles/materiales / ⁊ hmõi. ergo et angelus.et ſi de aliquo cognoſcibili inſtare volueris:nõ impedies ꝓpoſitũ.albedinẽ quãcũqꝫ diſtincte cognoſcere põt:qꝛ hoc põt aĩa noſtra ꝑ hoc ſtatu moꝛtali.ergo et angelus. et tunc ſic.quãlibet albedinẽ diſtincte cognoſcere põt angelus.ergo ſua eſſentia nõ eſt ſua noticia . pꝛobatur. Da oppoſitum:intellectus angeli vel eiꝰ eſſentia eſt eiꝰ noticia qua poteſt quodlibet cognoſcibile diſtincte cognoſcere.infero:ergo angelus q̄libet eſt infinite perfectionis entitatiue.cõſequẽs eſt falſum.ergo et antecedẽs.ꝯñam tamẽ declaro

Intellectum angeli repreſentare a. obiectū diſtin
cte: arguit ipſum eſſe aliquāte perfectionis. ⁊ co-
gnoſcere tam a. q̄ b. eque diſtincte: arguit ipſum
eē in duplo maioris perfectiōis q̄ ſi intelligeret
ſolum vnum obiectum diſtincte. cognoſcere diſti
cte tria obiecta: arguit intellectū i triplo eē maio
ris perfectionis q̄ ſi cognoſceret preciſe vnū ob
iectum. et ſic aſcendendo in infinitū. ergo cogno
ſcere infinita diſtincte: ſufficienter arguit intelle-
ctum angelicū eſſe infinite perfectōnis: qđ erat ꝓ
bandū. propterea arguimus deum eſſe infiniti vi
goris. ¶ Scđo arguitur ad idem. ſequitur ꝙ om-
nes angeli eſſent equaliter btī: et ꝙ omnes ſemꝑ
intelligerēt omnia que vnq̄ intelligere poſſunt: ⁊
ꝙ non poſſent vno tempore perfectiꝰ intelligere
et in alio īperfectius: quod non eſt dandū. Q̄ ſe
quantur hec omnia patet ſic. ꝙ vnus angelus ſit
alio beatior: hoc eſt quia habet actū intelligēdi ⁊
diligendi intēſiorem q̄ alius. hoc non poteſt dici
per oppoſitū. ſubſtantia non ſuſcipit magis neq̄
minus ex vna proprietate ſubſtantie. ſecundū ꝙ
ſemper intelligerent. patet. ſemper angelus ītelli
git quando ſua intellectio eſt. ſed ſua eſſentia ſiue
intellectꝰ ſuus eſt ſua intellectio: per te. igitur. ter
tiū ſequitur ex dictis. ¶ Tertio arguitur ad idē
ſi noticia angeli idemptificaretur cum angelo ſe-
queretur pari ratione ꝙ volitio angeli idēptifica
retur cū ipo angelo. cōſequēs eſt falſū. cōſequētia
patet pari ratione. diſcrimē dare non potes qua
re ita eſt in vno et non in alio. falſitas conſequen
tis patet. voluntas nunc vult a. poſtea habet nol
le reſpectu a. et tam velle / q̄ nolle a. eſt ipſa eſſē-
tia angeli: licet ſucceſſiue: per te. ergo idem crea-
tum ſucceſſiue eſt duo contraria: quod nō eſt dan
dum. ¶ Quarto arguitur. ſi iſtud illatum non ha
beas pro inconuenienti: ſequitur ꝙ voluntas ſem
per equaliter vult: nec pōt vnq̄ intenſius vel re-
miſſius velle vel nolle: cum ſubſtantia ſua non ſit
intenſibilis et remiſſibilis. ¶ Quinto ar̄. ſequit̄
eodem modo ꝙ noticia noſtra volitio et nolitio
idemptificaretur cum ſubſtantia anime nr̄e. et pa
ri ratione: ſequeretur ꝙ anima noſtra eſſet ſuus
habitus: et per conſequens actus eſſet habitus.
īmo ſequitur. ꝙ ſuperfluit ponere habitus: cū no-
ticia actualis ſemper manet. patet. ipſa anima.
hoc eſt contra Ariſtotelem ſecūdo Ethicoꝝ dicē
tem in nobis eē actus habitus et paſſiones: ⁊ eſt
contra experientiā. ꝯn̄a patet. licet ſimus ange-
lis inferiores: ſubſtinebit̄ equa facilitate ꝙ aīma
noſtra eſt ſua noticia actualis ⁊ habitualis. ſi nō
reputes illata inconuenientia et omni via negan
da: pari facilitate ſubſtinebo tibi omnia illa indu
cta in nobis. Eodem modo ſuſtinebitur ꝙ eadē
noticia eſt reflexa et directa: et non ſunt ponende
plures noticie in nobis: et nulla eſt diſtinctio ſpe
cifica noticiarū: complexa eſt incomplexa. et tot
abſurditates ſequuntur / vt non ſit ſcolaſtici viri
eas audire conceſſas. ¶ Sexto arguitur aucto-
ritatibus: dicit Auguſtinus. ix. de trinitate capo.
xii. liquido dicit tenendum eſt: ꝙ omnis res quā-

cūq̄ cognoſcimus congenerat in nobis noticiā
ſui ab vtroq̄ enim noticia paritur. a cognoſcen-
te et cognito. itaq̄ mens cum ſeipſam cognoſcit
ſola parens eſt noticie ſue: et cognitum et cogni
tor ipſa eſt. erat autem ipſa ſibi noſcibilis: et ante
q̄ ſe noſſet. ſed noticia ſui nō erat in ea: cum ſeip
ſam nō nouerat. ⁊ capo. iiii. eiuſdē libri dicit: ſicut
duo quedā ſunt mens et amor eius cum ſe amat:
ita quedā duo ſunt mens et noticia cum ſe nouit
¶ Septimo Ariſtoteles tertio de anima dicit: ꝙ
intellectus eſt intelligibilis ſicut et intellgibilia:
quod cōmēto. xv. exponit cōmētator. i. intellectꝰ
per ītellectionē ī eo ſicut alie res ītellecte: et duo
decimo Methaphiſice cōmento. li. dicit: ꝙ eſſen-
tia intellectus nō eſt eadē cum intelligere quod ē
actio intellectus in nobis. et intellecto in nobis
intelligere non eſt idem oībus modis. Ex hac cō
cluſione probata ſequitur: ꝙ noticia in nobis di-
ſtinguitur ab intellectu noſtro cum interdū intel
ligit / interdum vero nō: tam ſe q̄ alia obiecta ex
trinſeca. ¶ Contra probationē primā ſecunde cō
cluſiōis arguitur ſic. viſio beatifica repreſentat ſe
cundum multos nūc vnam rem nūc aliam: et in-
finita repreſentare pōt diſtincte. ⁊ nō ꝓpterea cō
cluditur ipſa infinita. ergo ꝓbatio prima eſt nul-
la. ¶ Scđo per auctoritatē cōmentatoris nupri-
me inductam: qui ſtatim poſt verba allegata ī cō
mento. li. ſic ait: et cauſa in hoc eſt: q̄r intellectum
in nobis eſt aliud ab intelligere: in eis autē q̄ non
ſunt in materia conuenit: vt intellectum et intel-
lectus et actio intellectus ſint idē. ergo vult dice
re: ꝙ in ſeparatis a materia: vt ſunt angeli: intelle
ctio idemptificatur cum intellectu. ¶ Ad primū
non recipio illud dictum antiquorum: videre in
verbo nō eſt ꝙ noticia beatifica verbi nūc repre-
ſentet vnam creaturā nūc aliā. vt in diſtinctione
xlix. quarti. diximꝰ. Scđo dici pōt. noticia btīfica
eſt noticia reflexa: et habet vnam ſolā noticiam
directam tanq̄ obiectum eius primariū quod re
preſentat primo: et ex conſequenti repreſentat ſe
cundario illa que per noticiam directam repre-
ſentantur. nō eſt ſic hic. ſed in priore ſolutōne ſto.
Ad cōmentatorē dr̄. ꝙ ipſe errauit et pure genti-
les in intelligentiis ſeꝑatis: dando eis plus virtu
tis et excellētie q̄ habeant. Ariſtoteles dicit. iii.
de anima: in his que ſunt ſine materia: idem eſt i
tellectus et quod intelligitur. per intellectū intel
ligit intellectionē actualem more loquendi vten-
do: vt patet per cōmētatorē cōmēto. xii. ¶ Ter-
tio arguitur. anima nr̄a ſemꝑ ītelligit ſe. ergo vna
probatio eſt nulla: et correlariū in fine probatio-
nū illatū eſt nullū. antecedēs patet per Auguſti-
nū. x. de trinitate. ⁊. xiiii. de trinitate dicit: ꝙ mēs
ſemper ſe nouit et intelligit. ¶ Quarto arguitur.
angelus intelligit ſe: vt poſt hec dicemus. ergo ta
lis noticia idemptificatur cum angelo. ergo ꝓba
tiones oēs corruūt. cōſequētia patet. nō minꝰ cō-
uenit mediū cum extremis q̄ extrema iter ſe. pa-
tet. diſcurrendo cum extremis vicioꝝ et medio.
obiectū intellectū et potētia intellectiua ſunt ex-

trema. ergo ſi ille realiter coincidant: intellectio
que eſt mediū coincidet cum vtroq̄: puta tā cum
potentia intellectiua q̄ cum obiecto cognito.
¶ Ad tertiū nego antecedēs: vt patet per experi
entiam. et ad probationē que conſiſtit in auctori
tate beati Auguſtini: dico ipſe intellexit hituali
ter et in potentia propinqua: eo ꝙ obiectū eſt p̄-
ſens potentie: cum eſt idem potētie. et nō intelle-
xit de noticia actuali. vtitur indifferenter noſcere
ad noticiam actualem et habitualē: cogitare ve-
ro applicat actuali noticie. patet. x. ḋ trinitate. c.
v. loquens de perito in multis doctrinis dicit: dū
de vna ſolum cogitat: vt de medicina: grāmaticā
etiam dicimus eum noſſe. et. xiiii. de trinitate. ca
pi. v. et. viii. dicit. q̄uis mens ſemꝑ ſe nouerit. nō
tamen ſemꝑ ſe cogitat: nec oportet capere habi-
tualiter in auctoritate predicta pro qualitate al-
terius ſpeciei ab actu emergēti. ſed pro prompti-
tudine et facilitate ad faciendū: cum mēs eſt ſibi
ſemꝑ preſens. ¶ Ad quartū dicitur. ꝙ noticia nō
eſt mediū ſicut argumentū imaginatur: loquēdo
de medio et extremis vicioꝝ. bene eſt mediū quo
coniūgitur obiectū cum potentia. ſed de tali me-
dio ꝯn̄a non habet apparentiā. ¶ Quito arguit̄.
deus eſt ſua noticia ſicut dicit Ariſto. xii. Metha
phiſice. ⁊ poteſt ſuſtieri hoc pari facilitate de cre
atura. ⁊ qđ perfectiōis ē: non ē negādū ab angelo
cum eſt creatura tam excellens. ergo angelus eſt
ſua intellectio. ¶ Sexto arguitur. ſi noticia ange
li eſſet accidens: ſequitur ꝙ viſio beatifica eēt ac
cidens: ⁊ per conſequens eſſet corruptibilis: ⁊ nō
maneret perpetuo: qđ non eſt dicendū. ¶ Ad q̇n
tum conceditur maior. nego ꝙ poteſt pari facili-
tate cum colore hoc ſuſtineri de creatura. quēad-
modū nō pōt ſuſtieri de ea ꝙ ſit deꝰ. ſcio q̇s ꝓter
re pōt ꝓteruiā hic cuiꝰ ꝓteruiā tedioſum eēt eua-
cuare. dico animā non ſemper ſe intelligere: licet
anima ſit ſua intellectio. ſicut diximus in diſtin-
ctione precedenti de motu locali quod eſt mobi-
le: et mobile non ſemꝑ eſt motus localis: ſed cum
talit̄ ſe habꝫ ad hoc ꝙ ſufficiat denomiare motū.
ſic diceret̄ anima eſt intellectio quando verū eſt
dicere ꝙ aliquid intelligit: nō autem alias. in ar-
ticulis pariſienſibus poſterioribus dr̄ ſic. etiam ꝓ
babiliter poteſt ſuſtineri cognitionē / vel volitio-
nē non eſſe rem diſtinctam ab anima: immo ꝙ eſt
ipſa. et ſic ſuſtinēs nō cogeretur negare propōem
ꝑ ſe notā nec negare auctoritatē: error. et aliꝰ ē:
ſcientia intelligentie non differt a ſua ſubſtantia
error. ¶ Ad ſextum argumētū reſponſum eſt in
diſtinctiōe. xlix. quarti ſnīarū: quonā pacto beati
tudo eſt perpetua vel corruptibilis. ¶ Septimo
arguitur. deus poteſt facere creaturā intellectiuā
cuius intellectus ē ſua intellectio actualis. et de
illa creatura primū argumētū nec aliquod aliud
concludit. ergo probatiōes ſunt nulle. antecedēs
patet. non implicat cōtradictionē. ¶ Octauo ar-
guitur. ſi noticia vel intellectio eſſet accn̄s ab an
gelo diſtinctum: ſequitur hec ꝯclo: ꝙ ītellectionē
deus poteſt ſeparare ab intellectu. conſequēs eſt

falſum. ipſa ſeparata non eſt intellectio cū nemo
intelligit vel cognoſcit per ipſam. ¶ Ad ſeptimū
nego maiorem: ſicut non poteſt facere deum: licꝫ
deus (vt puto) poteſt facere infinitū magnitudīe
multitudine et intēſiōe: non tamen poteſt facere
ſubſtantiam infinite ꝑfectionis entitatiue. ¶ Ad
octauū argumētū cōcedo cōcluſionē inductā: ſcꝫ
ꝙ deus intellectionē pōt ſeparare ab intellectu:
ſed nō eſt poſſibile ꝙ ſeparet intellectionē ab in-
tellectu. Aliqua ſunt accidentia que aliquā deno
minationem accidentalē amittunt ſi fuerint ſepa
rata a ſuis ſubiectis. patet de odio et accidentibꝰ
vitalibꝰ. aliqua vero ſuam denominationē vbicū
q̄ fuerint retinent: vt qualitas: albedo. in talibus
conſulēda ē loquētiū cōſuetudo. ſiue ſeꝑatū dica
tur illō accidēs noticia vel ne nō infirmat̄ ꝯcluſio
¶ Nono arguitur. ſequitur ꝙ aīa de nouo intelli
gendo mutaret̄. conſequens eſt falſum. ſcđm Ari
ſtotelē ſeptimo Phiſicoꝝ. in ꝑte intellectiua non
eſt motus nec mutatio. ¶ Reſpondetur. Ariſtote
les intelligit: non eſt actio phiſica in qua agens
et patiens cōmunicant in materia. vel non ē mu
tatio corruptiua.

SEcundo circa ean-
dem materiam queritur / an no
ticia actualis in angelo diſtin-
guatur ab hituali vel a ſpecie
intelligibili ſicut noticia actua
lis et habitualis diſtinguitur
ab eſſentia angeli. ¶ Pro ſolu
tione queſtionis ponuntur tres cōcluſiōes. Qua
rum prima eſt. ponendi ſunt habitus tam in anīa
q̄ in angelo. ¶ Secunda concluſio. habitus di-
ſtinguitur ſpecie ab actu. hoc eſt: noticia habitua
lis a. obiecti diſtinguitur ſpecie a noticia actuali
que habetur de eodem a. obiecto. ¶ Tertia con-
cluſio. noticia actualis a. obiecti eſt perfectior no
ticia habituali eiuſdem. probatur prima cōcluſio
memoramur obiecti alias intuitiue cogniti quan
do reuocatur ante cognitū actualiter in mentē.
et hoc non niſi mediante ſpecie intelligibili / vel
habitu. Inſuper: aliquoꝝ intuitiue cognitoꝝ me
moramur / et alioꝝ non memoramur. et hoc non
eſt niſi quia aliquoꝝ manēt ſpecies: aliorūq̄ nō
manent. Inſuper: doctus dormiēs habet multas
ſpecies quas non habet ignarus: alioquin in vigi
lia non poteſt exire in actum ſui habitus citius q̄
ignarus. ergo ponendi ſunt habitus. ¶ Se-
cunda concluſio probatur. actibus actualiter ten
dimus in obiecta: non autē habitibus. ergo actꝰ
et habitus ſpecie diſtiguūtur. Scđo arguitur ad
idem. habitus manet ceſſante actu quolibet: ſed
non manet actus ceſſante quolibet actu. ergo a-
ctus et habitus ſpecie diſtinguuntur. ¶ Ter-
tio arguitur. habitus intellectiui ab actibꝰ aīe ſpe
cie diſtiguūtur. ergo actus alioꝝ ſenſuū ab habi-
tibus eorūdē ſpecie diſtiguūtur. antecedens patꝫ.
habitus nullo modo remittitur niſi per contra-
rium: et non propter concurſū actualē potentie:

hoc nõ cõtingit in actu. ¶Quarto arguitur. actꝰ intẽperantie cõtrariatur actui tẽperantie: nõ aũt habitui temperãtie. ſtat aliquẽ habitualiter intẽperatum habere actũ temperãtie/ vt alibi declarari habet. ergo actus et habitus ſpecie diſtiguũtur. ¶Tertia concluſio ꝓbatur. perfectiꝰ actꝰ cõiungit potentiã ſuo obiecto ꝙ̃ habitus. ergo actꝰ eſt habitus perfectior. Secũdo arguitur ad idem actus et habitus ſpecie diſtinguũtur. ergo ſunt inequaliter perfecti. ſed habitus non eſt perfectior actu. Tertio: actu meremur: non autem habitu. ergo actus eſt habitu laudabilior. Quarto arguitur. deus nobiliori modo ſe habet actu intelligendo et volendo ſe ꝙ̃ ſi ſolum habitualr̃ illud faceret. igitur. Quinto: beatitudo cõſiſtit in actu et non in habitu/ ſed felicitas eſt quid optimuꝫ et ꝑfectiſſimũ. i. et. x. Ethicorũ. maior eſt Ariſtotelis in primo Ethicoꝝ. propterea primi Ethicorum viii. ſic inquit. intereſt autem fortaſſe non parũ in poſſeſſiõe an ĩ vſu: ac ĩ hĩtu: an ĩ opatõe ſũmũ cõſiſtere bonũ putaꝛ̃. fieri enim põt vt habitus qdẽ (et ſi ineſt) nullũ efficiat bonũ: vt in dormiente/ vel etiã alio modo quodã ocioſo facto. vt opatio aũt nichil efficiat boni: fieri nequit. qui nãqꝫ operatur agit vtiqꝫ neceſſario et bene etiam agit atqꝫ vt in olimpia nõ ij q̇ ſunt elegantiſſimi forma preſtantiſſimiqꝫ robore. ſed ij qui decertant. coronis efficiuntur. ipſoꝝ enim aliqui vincunt. ſic et q̇ bene agunt. ¶Contra primã concluſionẽ aguiꝛ̃. ponende ſunt ſpecies intelligibiles ſcd̃m multos ſed ſuperfluit cum ſpeciebus ponere habitus. ergo. ¶Secũdo arguitur. ſi ponendi ſnnt habitus ergo ponẽde ſunt due noticie in eadem potentia reſpectu eiuſdẽ obiecti: quod eſt inconueniens. qr altera noticiarũ ſuperfluit. Et confirmatur hoc: et erit tertia ratio. de ſuperfluitate. actus eſt perfectior habitu ex tertia cõcluſione. ergo eminẽter ⁊ virtualiter habitũ includit. et per conſequẽs non eſt ponẽdus habitus. tenet conſequẽtia: nõ alias non ponimus aiam ſenſitiuã ab intellectiua diſtĩctaꝫ niſi quia intellectiua eminẽter ſenſitiuam includit. ¶Ad primũ rñdetur cõcedẽdo. ꝙ ſunt ponende ſpecies intelligibiles que non ſunt habitꝰ patet de ſpeciebus multiplicatis ab obiecto ſenſibili per mediũ ad organũ vſqꝫ. ille nullo modo ſunt habitus. proprie habitus ſunt actuũ veſtigia ſi actus nõ preceſſerint nõ ſunt habitus. ſed actuum veſtigia ſiue fuerint noticiarũ ſiue actuũ voluntatis promouẽtia in actus memorandi ſunt realiꝛ̃ habitus. ab aliquibꝰ vocãtur ſpecies. nõia ſignificant ad placitũ. ergo alique ſpecies intelligibiles idẽtificantur cuꝫ habitibus. et idem eſt de aliquibus ſpeciebus ſenſibilibus actuũ filiabus: ſed vltra iſtos habitꝰ ponere alias ſpecies diſtictas poſt actus genitos ſuperfluit. nec eas pono.

¶Ad ſecundũ concedo: ꝙ ponẽde ſũt due ſpecies diuerſarũ rationũ in eadem potentia reſpectu eiuſdẽ obiecti: nec ꝓpterea altera ſuperfluit per vnã noticiã obiectũ actualiter apprehẽdere. ⁊ attingitur: per aliã habitualiter vt in dormiente: q̇ actualẽ promouet poſtea cum concurſu intellectꝰ ¶Ad tertium concedo: ꝙ actus eſt perfectior habitu. nec habitũ eminẽter includit ſicut ĩtellectiuũ ſenſitiuũ nec ſicut tetragonũ trigonũ. intellectus poteſt exercere omnes operationes anime ſenſitiue quo ad actum recordandi/ ſentiendi auditionem/ viſionẽ/ nutritionẽ/ et ceteras anime ſenſitiue operationes: q̃re ſuperfluit ſimul ponere informatiue in eadem materia duas animas diſtinctas quarum vna eſt ſenſitiua et alia intellectiua modo noticia intuitiua nõ poteſt ſupplere cauſalitatẽ noticie abſtractĩe: licet ſit ea perfectior. ipſa ſolum manet in preſentia obiecti: et obiecto remoto ipſa penitus tabeſcit ſpecies intelligibilis habitus ſequens remanet in dormiente vel non actualiter cogitante nec partialiter iuuat ꝓducere noticiã abſtractiuã recordatiuã qñ cetere cauſe reqſite ſibi applicantur. ¶Quarto arguitur. ſi actus producat ſuam ſpeciẽ: ſeqtur quot ſũt actꝰ tot erunt ſpecies vel habitus in intellectu: conſequens eſt falſum et contra experientiã. multa ĩtelleximus et ſenſimꝰ de quibꝰ nullo modo cogitare poſſumus. ergo talium intellectoꝝ et ſenſatorum non habemꝰ ſpecies. ¶Quinto arguitur. ſi actus a. producat habitum alterius rationis ſequitur ꝙ pari ratione habitus b. producit habitum c. alterius rationis. et rurſus habitus c. producit habitum alterius rationis. ⁊ ſic in abyſſum. ¶Sexto arguitur. ſi actus producat habitum ſequitur quotienſcunqꝫ iteratur actus produciꝛ̃ noua ſpecies et ſic creſcit habitus in abyſſuꝫ per reiterationẽ actꝰ. ¶Ad quartum dr̃: ſequela eſt nulla. põt dici ſola res cognita producit ſpeciem: vt quando eſt reflexa alicuius noticie illa reflexa ſpeciem noticie cognite relinquit. ſic obiectum ad extra cognitum relinquit ſuam ſpeciem. modo non quilibet actus intellectus eſt coguitus. ¶Ad quintũ etiã nego ſequelã. cum habitus eſt productus. ille partialr̃ iuuat ad producẽdã noticiã actualẽ in abſẽtia obiecti. propterea ſuperfluit habere vlteriorẽ habitum. ¶Ad ſextum etiam nego ſequelã. ſtat ꝙ ſit ſpecies ita intenſe producta: ꝙ intenſior produci non poteſt a tali agente vel ab agente eiuſdẽ ſpeciei ſi ꝓducaꝛ̃ ita magnus calor ab a. in b. paſſum ſicut c. calefactiuũ poteſt producere ſtãte illo calore in b. paſſo nichil producitur caloris ab ipſo c. calefactiuo. contra ſecundã concluſionẽ ar̃. actꝰ ⁊ hĩtus ſũt reſpectu obiecti eiuſdẽ: ğ ſũt eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſſime. tenet ꝯña. potẽtie diſtinguuntur per actus: et actus per obiecta: ſecundo de anima. ¶Reſpondetur. concedẽdo antecedẽs et negando conſequentiã. et ad probationeꝫ que ſtat in auctoritate Phi. concedo eam que ſic ĩtelligitur: quando actus/ vel qualitates alique habent obiecta ſpecie diſtincta diſtinguuntur ſpecie: modo non oportet per locũ a contrario ſenſu quando qualitates ſunt late in idẽ obiectu ꝙ ſint eiuſdem ſpeciei. patet de actu intellectus et voluntatis lato in ideꝫ obiectum. idem patet de duobꝰ actibus eiuſdẽ potentie latis in idem obiectum:

patet tã in actibus intellectus et voluntatis. noticia intuitiua et abſtractiua eiuſdem obiecti ſpecie differunt: ſimiliter volitio et nolitio ſucceſſiue late in idẽ obiectum: vel ſimul in duo obiecta eiuſdem ſpeciei. oꝫ ad idẽptitatẽ ſpecificã ſpeciei ſpecialiſſime ꝙ eodẽ modo tendant ĩ ſua obiecta: qḋ in propoſito minime cõtingit. vna actualiter tendit in ſuũ obiectũ: alia habitualiter tendit in idẽ. ¶Cõtra tertiam concluſionẽ arguiꝛ̃ ſic. habitus eſt diuturnior actu. ergo eſt nobilior actu. cõſequẽtia tenet ꝑ regulã thopicã: diuturniora ſunt p̄ſtãtiora minus diuturnis/ et propterea felicitas non eſt momentanea. i. Ethicorum. vbi (ad ꝓpoſitũ) ariſtoteles primi ethicorum ſeptimo ſic ait. Uer enim nec vna facit irundo nec vnus dies. ⁊c. beatũ eodẽ modo felicẽ nec vnus dies nec breue efficit tempus. ¶Reſpondetur. diuturniora ceteris paribus ſunt preferenda minus diuturnis/ coruꝰ ceruus et quercus diutius viuũt ꝙ̃ homo. et hoc patet apud ariſtotelẽ p̄mi Ethicoꝝ ſexto capitulo dicentẽ. at vero neqꝫ quia perpetuum eſt ideo magis erit bonũ: ſi quidẽ neqꝫ diuturnum album magis eſt album ꝙ̃ vnius album diei. ¶Secũdo arguitur. habitus producit actum: et eſt cauſa eq̇uoca reſpectu actus. ergo eſt actu perfectior.

¶Reſpondetur cõcedendo maiorem tanꝙ̃ cauſa partialis. minor eſt vera: ſed conſequentia eſt nulla. albedo partialiter producit noticiam ſui q̄ eſt perfectior albedine: licet albedo ĩ illo effectu producendo ſit cauſa equiuoca. Argumentum poteſt reduci in oppoſitum. actus habitum producit: et eſt cauſa eq̇uoca habitus. igitur huic argumento non eſt innitendum. ¶Dubitatur: cum ſint ponẽde ſpecies: an noticia abſtractiua ad ſpeciem terminetur vel ad rem ad extra ad quam terminabatur noticia intuitiua. ¶Reſpondetur: hic partite ſunt poſitiones. aliquibus tenentibus ꝙ noticia abſtractiua primo et ĩmediate terminatur ad ſpecies: mediate aũt ad rẽ cuiꝰ eſt ſpecies. Alia tenet ꝙ terminatur preciſe ad rem ipſam ad quam terminatur noticia intuitiua. Secundam partem teneo cum ita in nobis experimur et iudicamus. cũ cogito de Ediburgo aciem mentis ſuper rem ipſam: puta ſuper villam: dirigo: ac ſi intuitiue eam comtemplarer. Tum ſecũdo. video ĩmediate albedinẽ et nõ ſpecies eiꝰ. ſed licet iſte concedat ſpecies in ſenſu ⁊ intellectu: eas videtur negare ĩ medio. de hoc in queſtione ſequenti loquar. Tum rationes quas aduerſarii grandefaciunt magna verborũ mole equaliter concludunt contra eos ſicut ꝓ eis. hoc ſic patet. potiſſima eorum ratio eſt: cogito de elephanto nõ ſenſato. illa cogitatio non terminaꝛ̃ ad elephantẽ ſenſatũ: qr nullꝰ eſt ꝑ poſitum. nec ad aliquẽ aliũ elephantẽ. ergo nullo modo terminaꝛ̃ ad elephantẽ. Dico ꝙ iſtud argumẽtũ ita ſtringit in arguentẽ ſicut ꝓ eo. hoc ſic declaro. talis cogitatio terminaꝛ̃ ad ſpeciẽ ꝑ te: q̃ro ad quã ſpeciẽ: hoc eſt ad cuius rei ſpeciẽ. nõ ad ſpeciẽ rei ſenſate ꝑ caſum. ſi ad aliquã aliã alteriꝰ rei ſenſate. Dicã ꝙ terminaꝛ̃ ad rẽ illiꝰ ſpeciei. Item: noticia recordatiua terminaꝛ̃ mediate ad rem ad extra: ⁊ redit argumentũ ad quã rem ad extra mediate terminaꝛ̃. hoc ergo argumentũ eſt cõe pro vtraqꝫ via. ergo rõe illius argumenti nemo debꝫ duci ad aſſentiendũ. ad ipſuꝫ tamẽ in tertia diſtinctione primi reſpondi: propterea nunc ſubticeo. ¶Secũdo ſic arguo ꝓ eo. noticia recordatiua terminatur ad patrẽ meũ. ğ pꝛ̃ meꝰ eſt. ¶Rñdeꝛ̃ argumẽtũ eq̇liter ducã ĩ oppoſitũ. noticia recordatiua patris terminaꝛ̃ ad ſpeciẽ patris. ergo pater ẽ. ſi vna cõſequẽtia eſt bona pariter et alia erit. Dico neutrã valere. noticiã terminari ad patrẽ nihil aliud eſt ꝙ̃ patrẽ intelligi ꝑ illã noticiã. ⁊ notũ eſt hec cõſequẽtia eſt nulla. cognoſco patrẽ/ ergo pater eſt. ¶Tertio arguunt iſti auctoritate ſcti Auguſtini in de vera religione. c. lx. Si vera inq̇t roma eſt quem circa tyberim neſcio q̇s romulus dicitur condidiſſe: falſa eſt illa quã cogitans fingo. non eñ eſt ipa: nec ibi ſum modo: nã ibi quid agatur modo vtiqꝫ ſcirem. Si vnus eſt ſol: falſus eſt ille quem cogitans fingo. nam ille curricula ſua certis locis et temporibus peragit: iſtum vbi volo et quando volo cõſtituo. ſimilis eſt auctoritas in de quantitate anime capitulo octauo: vbi Auguſtinus de mediolano loquens (cuius memoriã habebat) ſic inquit. quid igitur nunc agatur ignoro: qḋ vtiqꝫ non ignorarem ſi animus meus vſqꝫ ad illa loca porrigeretur: preſentiaqꝫ ſentiret.

¶Quarto arguiꝛ̃. iſta res de qua habetur memoria non eſt. ergo nõ poteſt eẽ obiectum noticie ſingularis alicuius. alias nec per viſionem exteriorem eſſemus certi de exiſtentia ſui obiecti. ¶Ad tertiam dico: nulla auctoritas Auguſtini eſt pro arguente. vult beatus Auguſtinus dicere: fingo michi obiectum noticie mee: vtpote romam/ mediolanũ/ vel ſolẽ: hoc eſt noticia recordatiua mea terminatur ad res illas quas eſſe non oportet ad hoc ꝙ obiiciatur noticie recordatiue mee. propterea eas fingo. non autem fingo illas ſpecies: quia realiter ſunt in potentia. et licet noticia mea vult dicere terminetur ad mediolanum ſic fictum vel romam vi iſtius noticie neſcio dicere quid illic agatur. ſecus eſſet ſi preſens eſſem localiter. quia tunc haberem aliam noticiam: ſcilicet facialem vel intuitiuam virtute cuius dicere ſcirem qḋ illic agatur. ſpecies ergo illa in potentia realiter eſt et mouet potentiam ad hoc ꝙ obiectum apprehendat actualiter. ¶Ad quartum vides nullꝰ eſt color in ꝯſeq̃ntia. probatio eius ẽ nulla. ſenſus exterior non terminatur niſi ad exiſtens: potiſſimum naturaliter: ita iſte tenet et communis ſchola. ſecus eſt de ſenſu interiori intellectu et voluntate: que terminantur tam ad exiſtens ꝙ̃ non exiſtens. Modus tamen hominum eſt dicere homo conuertit ſe ad ſuas ſpecies: non ꝙ actualis cogitatio terminetur ad eas: ſed ad res quarum habẽtur ſpecies: hoc eſt vti ſpeciebus. nec per hoc nego quin ſpecies poſſint eſſe obiecta alicuius actus: patet dum angelus ſpecies intuetur/ vel anima ſeparata. et ſi cõiuncta id poteſt: nichil con

tra me/qꝛ volo dicere:noticia pontis lõdoniarũ
(quẽ ante vidi)terminat̃ ad pontem ipſum:ꝛ nul
lo modo ad ſpeciem eius quã habeo in memoria
reconditam.Ex his patet(et potiſſimũ cum dicẽ-
dis in queſtione ſequenti)ꝙ ponende ſunt ſpeci-
es preuie ad productionem noticie ĩtuitiue ab ob
iecto materiali que fortaſſe producunt partialiter
noticiam intuitiuã ſiue ſenſitiuã ſiue intellectiuã.
in noticia abſtractiua nulle ſunt ſpecies ab habiti
bus diſtincte.ſed(cum ſint reliquie actuuȝ:ꝛ act⁹
pſupponunt) realiter ſunt habit⁹.¶ Queſtio.iii.

Tertio ꝗritur : an

ſint ponẽde ſpecies ĩ medio
repſentatie reꝝ ꝗꝝ ſũt ſpẽs:
¶ Circa pſẽtẽ ꝗſtionẽ ptita ẽ
poſitio.vna ptẽ negatiuã tȝ.
aliavis ꝛ cõior ſicut vt rectior
put opinor ponit ſpẽs in me
dio et in ſenſu pariter et ĩ intellectu.nõ capio ſpe-
ciem p omni forma que eſt aliquo modo ratio co
gnoſcendi aliã rẽ:ſcõm quẽ modũ ars et alii habi
tus cognitiui dicũtur ſpecies ab ariſtotele.vii.me
taphiſice.ſed capio ſpeciẽ p illo qȯ nõ eſt noticia
actualis:ſed eſt mediũ propinquũ ꝛ rõ cognoſcen
di aliud.¶ Pro ſolutione ꝗſtionis pono duas cõ
cluſiones:quarũ prior eſt.ponẽde ſunt ſpecies tã
ĩ ſenſu ĩteriori ꝙ ĩ ĩtellectu:q̃ dicũtur ſpecies ĩtel-
ligibiles.hec cõcluſio ptȝ ex queſtione precedẽti.
¶ Secunda cõcluſio.ponende ſunt ſpecies ĩ me-
dio producte ab obiecto. Probatur hec cõcluſio.
lumen ſpecies lucis realiter ẽ.ſimiliter dãtur ſpe-
cies caloris et frigoris q̃ realiter producunt calo-
rem et frigus:vt in materia de actione et reactio
ne declarari ſolet.quare ergo ponitur peluis vel
inſtrumentũ cõcauum poſt caponẽ circũgiratum
in veru niſi vt fiat reflectio ſpecierũ caloris a pel
ui:que producent caloreȝ. ſed huic experiẽtie di-
cis:calor ĩpeditur ptranſire ꝛ dilatare ſe p medi-
um.et p cõſequens manet magis vnit⁹ prope ve-
ru.ergo pari mõ ſunt ponende ſpecies viſibiles in
medio:et ſpecies audibiles. ¶ Secũdo arguitur
ad idẽ.albedo producit ſuam noticiã in viſum di-
ſtantẽ.ſed nichil agit in remotum quin prius agat
in propinquum:ſi propinquũ ſit ſuſceptiuũ talis
actionis que producitur in remotũ.Dicis: aer nõ
eſt ſuſceptiuus viſionis.etiam ſol producit ranã ĩ
aere;ꝛ non in medio.ſaltem requiritur aliqua pre
uia diſpoſitio in medio.nec ſol vnꝙ̃ pducet ranã
in aere niſi producat aliquas qualitatiuas diſpo-
ſitiones preuias alteratiuas aeris ad ranaꝝ pdu
ctionem.¶ Tertio arguit̃.video faciẽ meã in ſpe
culo intuitiue per lineam reflexam. ꝛ hoc non po
teſt ſaluari niſi ꝙ facies mea tanꝙ̃ viſibile produ
cat ſuas ſpecies ad a/ſpeculuȝ que reflectunt̃(ad
ſenſum poſthac declaranduȝ in.xiii. diſtinctione
huius)ad oculum meum.ſimiliter video coronaȝ
capitis mei ſi ſit bene raſa ponẽdo vnũ ſpeculuȝ
oblique ſuper coronam/ꝛ aliud ante me:ſic ſcili-
cet ꝙ corona capitis pducat ſuas ſpecies ad ſpe-
culũ ſuperius ſituatũ ꝛ illȯ ſpeculũ reflectat illas
ſpecies ad aliud ſpeculum qȯ in manu teneo.Iſta
non poſſunt ſaluari negãdo ſpecies in medio.nec
loquendũ eſt de radio reflexo refracto ꝛ directo.
et breuiter tota perſpectiuoꝝ ſcientia ſtat in rui-
noſa baſi ſcõm hãc viã.¶ Quarto arguit̃.in iride
nõ ſunt veri colores:ſed ſpecies pducte ĩ medio.
igitur.¶ Quinto arguit̃.radi⁹ ſolaris trãſiẽs per
vitrũ rubeũ ad parietẽ oppoſitũ directus eſt ſpe-
cies viſibilis in medio.ſed vnus hoꝝ precipu⁹ in
hac poſitione:ſcȝ Okam: dicit ꝙ eſt ver⁹ color q̃
eſt ĩ medio.¶ Cõtra hoc argumentor.talis color
nõ eſt ĩ aere:qꝛ ſi albedo pducat verã albedinẽ in
aere:ꝛ nigredo nigredinẽ:dabunt̃ qualitates con
trarie in eadẽ pte medii ſaltẽ in gradib⁹ remiſſis:
qȯ ipſe negat.proſequor argumentũ de illa rube-
dine apparẽte.illa nõ eſt in pariete: qꝛ ſimul eſſet
cum intenſa albedine.Alteri⁹.color ver⁹ eſt pma
nens.illa rubedo apparẽs nõ eſt pmanẽs. igitur.
¶ Contra ſecundã concluſionẽ arguit̃.angel⁹ nõ
producit ſuas ſpecies p medium: ꝛ tñ vn⁹ angel⁹
intuetur alium angelũ diſtantẽ a ſe. ergo ad hoc
ꝙ aliquid cognoſcat̃ intuitiue etiã non requiritur
ſpecies in medio.¶ Secundo arguit̃.dicit̃ eẽ ſpe
cies viſibilis.ergo ſpecies videt̃.cõſequens ẽ fal-
ſum.ergo ꝛ añs.¶ Cõcedit̃ maior. angel⁹ nõ pro
ducit ſpecies ſenſibiles ꝛ extenſas: qꝛ ẽ immate-
rialis.ꝛ ſi ĩmateriales producere poteſt:aer ꝛ me
dium extenſum non eſt ſuſceptiuum talium ſpecie
rũ.nõ ergo pducit ſpecies p mediuȝ.ſecus eſt de
viſibili audibili ꝛ obiectis ſenſuum.cõcedo ꝙ ali-
quid intuitiue cognoſcitur ſine productiõe ſpecie
rum preuia.¶ Contra hoc arguitur.ex iſto ſequit̃
ꝙ aliquid agit in remotũ nihil pducendo in pro-
pinquũ.et per cõſequens ſecunda probatio ẽ nul
la.¶ Secundo ſeqtur: ſi angel⁹ a/põt videre an-
gelum b/diſtantẽ ſine ſpeciebus in medio ſeqtur
hec concluſio ꝙ a/angelus in terra poteſt videre
b/angelum vel animam in celo/vel quãtũcũq; vl
terius diſtantẽ/vel videre eũ in vacuo vel ĩ terra:
cum nõ ponat̃ ſpecies producta in medio ad hoc
ꝙ videatur.conſequens eſt incõueniens. ergo et
añs.conſequentiã tñ ſic probo.nulla cauſa impe-
dit;niſi terminatio ſpecieꝝ.¶ Reſpondetur. non
inconuenit ꝙ aliquid agat in remotum nichil pro
ducendo in propinquũ qñ propinquũ nõ ẽ capax
actionis agentis.agens naturale tñ nõ põt agere
in remotum q̃n agat in propinquũ ſi propinquuȝ
ſit capax actionis eiuſdem cum actione in termi-
no.vt ignis nõ põt calefacere lignũ diſtans q̃n ca
lefaciat aerem medium.nec aqua frigefacere ae-
rem pedaliter diſtantem q̃n frigefaciat aerẽ pro-
pinquum interceptum.nõnũꝙ̃ producit effectum
in remotum et alium alterius rationis in propin-
quum.vt ſol producit ranam in aere et influentiã
in celum et ĩ locis intermediis.Tertio modo an-
gelus vel anima ſeparata producit aliquid in re-
motum:puta partialiter obiectiue noticiã: nõ p-
ducẽdo ĩ propiquũ.ꝙ ãgel⁹ pt videre ãgelũ diſtã-
tẽ/pȝ p euãgeliſtam de aĩa diuitis epulonis que

cognouit animam lazari et animam abrahe ĩter
quas fuit magnum ꝛ firmatum chaos. Probatio
ſecunda fuit de corpore. ꝛ ſi probatio ĩpediatur:
non oẽs tollũtur.¶ Ad ſecundũ argumentũ ne-
go ꝙ angelus a.poteſt videre angelum quãtũcũ-
q; diſtantẽ.b.angelus obiectiue concurrit ad pro
ductionẽ noticie q̃ habetur de b.ꝛ intellect⁹ ipſi⁹
a.etiã cõcurrit ad illã noticiam tanꝙ̃ effectum cõ-
munẽ pducendũ.modo actiones iſtarum creatu-
rarum nõ ſunt ad quãcũq; diſtantiã:ſed ad limita
tam/ſicut Auguſtinus vult in libro de cura pro
mortuis agenda.anime dicit exiſtentes in infer-
no nichil poſſunt ſcire de his que actualiter ſunt
in mundo niſi diſcant relatione eorum qui hinc il
luc deſcendunt. Per hunc modum dicit Abra-
ham ſciuiſſe qualis in mundo fuerat diues ille et
lazarus.viſibile tñ nõ videt̃ vltra ſpeciem pirami
dis eius.angelus tamẽ põt habere noticiã abſtra
ctiuã de re quãtũcũq; diſtante.illa poteſt haberi
de non exiſtente.et concedo ꝙ angelus a/ poteſt
videre angelum b/in vacuo vel in terra.medium
denſum non plus impedit ꝙ̃ medium tranſpa-
rens:niſi impediendo productionem ſpecierum
que ſunt neceſſarie ſecundum legem communem
ad hoc ꝙ viſibile vel aliud obm̃ ſenſibile ſentiat̃.
¶ Ad ſcõm argumentũ principale dicit̃.nõ dici-
tur ſpecies viſibilis eo ꝙ videatur:ſȝ eo ꝙ eſt pñ
cipium videndi/et mediũ p qȯ videt̃.ad viſioneȝ
requiritur lumẽ in quo albedo vel aliud obiectum
videtur.ſpecies viſibilis tanꝙ̃ mediũ p qȯ videt̃.
An ſpecies viſibiles aliquo modo videri poſſunt
patebit diſtinctiõe.xiii.hui⁹.¶ Tertio arguitur.
albedo in ſe immediate videt̃.debite preſens ob-
iectiue applicat̃.ergo nichil aliud requiritur a po
tentia bene diſpoſita et bene applicata cum ꝯcur
ſu dei generali ad hoc ꝙ videat̃.ergo ſupflue po-
nuntur he ſpecies in medio.¶ Cõfirmatur hec ra
tio ponẽdo ꝙ albedo maneat in pſpectu tuo abſ-
q; hoc ꝙ producat̃ ſpẽs in medio: puta ꝙ de⁹ nõ
concurrat ad productionem illarum ſpecierum.
tunc ſic.vel illo caſu ſtante albedo videtur vel nõ
videtur.ſi primũ:inanes ſunt tue ſpecies.ſi ſcõm:
ſequitur hec concluſio.albedo eſt optime poten-
tie viſiue applicata:et ipſa nõ videtur.¶ Quarto
arguit̃.ſi viſibile pducat ſpecies in medio:vel eaſ
dem producit in qualibet parte medii.et ſic idem
accidens naturaliter eſt in duobus ſubiectis loco
et ſitu diſtinctis:imo ĩ duob⁹ ſubiectis ſpecie di-
ſtinctis:qȯ eſt inconueniens. Si dicas.in vna pte
medii eſt vna ſpecies : ꝛ in alia pte medii eſt alia
ſpecies.Contra in quacũq; pte medii oculus fue
rit videbitur idẽ viſibile:et non niſi per eãdẽ ſpe-
ciem exiſtentẽ in medio. ¶ Ad tertium concedo
ꝙ albedo immediate in ſe videt̃:qꝛ ĩmediate ter-
minat actum intuitiuum potentie viſiue.ꝛ hoc eſt
immediate in ſe videri.ſed illa albedo non poteſt
videri naturaliter niſi per has ſpecies.et quando
ponis vltra legẽ ꝙ de⁹ nõ ꝯcurrat ſua influẽtia ge-
nerali ad pductionẽ harum ſpecierum.tunc dico
ꝙ ipſa albedo non videtur ; quia deficit requiſi-
tum ad videndum ſcõm legẽ cõem:niſi de⁹ ſupple
ret cauſalitatem ſpecierum ĩ medio ad productio
nem noticie habite.videtur ꝙ ſpecies requirũtur
tanꝙ̃ cauſe ptiales effectiue reſpectu noticie. ſed
hic poſſunt cadere varie imaginationes. quarum
vna diceret:albedo non concurrit ad productio-
nem viſionis que de ea habetur:ſed ſolum cõcur
rit ad productionẽ ſpecierũ:ꝛ ſpecies ꝛ potentia
producunt viſionẽ:quã cauſalitatem deus poteſt
ſupplere.ꝛ tunc albedo ſine concurſu ſpecierũ vi
deretur. alia imaginatio dꝫ et tam albedo pſens
ꝙ̃ ſpecies effectiue concurrunt ad productionem
noticie intuitiue.in noticia abſtractiua obiectum
nõ cõcurrit.Tertia imaginatio.ſpecies reqrũtur
tanꝙ̃ diſpoſitio preuia ad hoc ꝙ cognoſcat̃ viſi-
bile:ꝛ nullam efficientiam habent reſpectu viſio
nis.¶ Ad quartum dicitur ꝙ viſibile non produ-
cit eaſdem ſpecies numero in variis partib⁹ me-
dii.Incõueniẽs reputo ponere idẽ accidẽs nume
ro in variis ſubiectis naturaliter.viſibile et quelĩ
bet ps ſupſicialis ei⁹ producit aliquas ſpecies vi-
ſibiles in hanc partem medii:ꝛ alias ſimiles ĩ ali
am partem medii.propterea oculi varii in variis
ſitibus medii vident eandem partem obiecti :
qꝛ ſpecies repreſentatiue illius ſunt in variis ſiti-
bus medii.¶ Quinto arguit̃. ſi ſpecies viſibiles
ſint mediũ p quod videtur viſibile. ergo vbicũq;
ſunt ille ſpecies oculus prope eas exiſtẽs põt viſi
bile videre.conſequens eſt contra experientiam.
patet de viſibili a tergo meo poſito : qȯ nõ video
ſine ſpeculo.et tamen a.viſibile a tergo meo pro
ducit ſuas ſpecies orbiculariter.ergo eas produ-
cit ante me:et realiter ſunt ante.¶ Ad q̃ntum ne
go conſequentiam.ad hoc ꝙ viſibile videatur nõ
ſufficit preſentia ſpẽꝝ in medio: ſed cum hoc re-
quiritur viſibile in proſpectu potentie viſiue : vel
aliquid obiciẽs ſpẽs productas a viſibili potẽtiã
viſiuam verſus:vt ſpeculum quo video ſpeculum
a tergo.de audibili illud nõ requiritur. ſpecies au
dibilis in medio ſufficienter mouent potentiam
auditiuã ad hoc ꝙ ĩmutet̃:ſiue a tergo ſiue a fron
te fuerit audibile.ſic de ſpeciebus ſenſũ tactus vel
guſtum ĩmutantib⁹.varia ſenſibilia variũ hñt mo
dum et ſitũ ĩmutandi ſuas potẽtias.

¶ Queſtio quarta.

Quarto queritur :

an angelus poſſit ſe intellige-
re p eſſentiã ſuam:non ꝙ ly p
dicat circũſtãtiã cauſe forma
lis ꝛ rationis intelligendi. qꝛ
ſua eſſentia nõ eſt cognitio ex
precedenti queſtione.ſed capi
mus put dicat circunſtantiã cauſe efficientis: ita
ꝙ nõ requiritur ſpecies intelligibilis vel aliquod
preuium inherẽs intellectui angelico ad hoc ꝙ in
telligat.ſed poteſt ſua eſſentia ꝛ intellectus eius
cognitionem eius producere cum influentia dei
generali.¶ Pro ſolutione queſtionis ponitur hec
concluſio.angelus poteſt ſe intelligere p eſſentiã

ſuam.probatur hec cōcluſio.angelus poteſt ſe intelligere vel aliū angelū ꝑ habitū ei inherētem. ergo poteſt intelligere ſe per ſuam eſſentiam. tenet conſequentia.habitus vel ſpecies intelligibilis ſolum ſupplet vicem obiecti cogniti intuitiue.
¶ Scdo arguit ad idē.angelus a/ poteſt intuitiue cognoſcere angelū b/ diſtātē a ſe pedalit/ dato ꝙ nullā ſpeciē eius intelligibilē habeat.b.angelꝰ nullas ſpecies producit in aerē ex queſtione precedenti.ergo angelus a/ pōt ſe a fortiori intelligere.tenet conſequentia.angelus eſt intellectui ſuo preſens vel magis obiectiue ꝙ alter angelus ab eo diſtans. ¶ Contra hanc concluſionē arguitur ſic.ex ea ſequit ꝙ angelus ſemper actualiter intelligeret.conſequens eſt inconueniens. per hoc impediretur habere profundas noticias aliorū: cū capacitas actius intellectus finitur:ſequela patet.angelus eſt ſemper ſibi preſens.
¶ Secundo arguit.eſſētia angeli eſt res ſingularis.ſingulare aūt nō eſt intetelligibile nec rō itelligendi. ¶ Ad primū reſpōdetur negando ſequelam.licet eſſentia angeli ſit intellectui ſuo ſemper preſens localiter:nō tñ obiectiue.pōt angelus cōuertere ſe ad alia obiecta /et eſſe ita immerſus circa aliorū obiectorū noticiā / vt nulla actiuitas angeli remaneat in intellectione ſui.etiam itellectꝰ angelicus eſt voluntas libera.poteſt ſe conuertere libere ad alia obiecta:⁊ relinquere intellectionem ſui. ¶ Ad ſecundum concedo:intellectꝰ angeli eſt res ſingularis.ſic ē ꝗlꝫ res mundi / vt dictuꝫ eſt ſuperius in hac diſtinctione.minor eſt falſa.
¶ Tertio arguit.Si angelus pōt ſe intelligere intuitiue:ſequit ꝙ cognoſcit ſe intuitiue ⁊ abſtractiue.cōſequens eſt incōueniens:ꝙ denk due noticie / quarū vna eſt intuitiua:⁊ alia ſingularis ⁊ abſtractiua eiuſdem.ꝙ ſequatur patet ſic.noticia intuitiua relinquit habitum poſt ſe:qui cōcurrit cuꝫ potentia ad productionē noticie abſtractiē de eodem obiecto de quo habetur noticia intuitiua.
¶ Forte dices.habitus producit ſolum reſpectu illius obiecti quod interdū eſt preſens interdum eſt remotū.modo eſſentia angeli eſt ſemꝑ ei preſens.propterea ſupfluit habitus reſpectu illius.
¶ Cōtra.eſſentia nō eſt ſemꝑ preſens intellectui ſuo obiectiue:⁊ licet ſit ei preſens entitatiē. ergo conducit habere habitum. Inſuper. illo dato ꝙ eſſentia eſſet ſemper preſens localiter: cū noticia actualis ꝓducat habitū in alio angelo.et ipſe eſt eiuſdem rōnis cum alio in recipiendo et actus eſt agens naturale reſpectu habitus:quare nō ꝓducitur habitus. ¶ Quarto arguitur.ſequit ꝙ intellectus noſter pari ratione poſſet ſe intelligere ꝑ eſſentiā ſuā imediate.cū eſſentia aīe eſt intelligibilis :⁊ intellectus noſter intellectiuus. ⁊ eſt preſentia obiecti ad potentiam ſcōm Aug.viii.de trini. capitulo ſeptimo.⁊.x.de trinitate.c.x.conſequēs eſt cōtra ariſtotelem. iii. de aīa dicētē / ꝙ aīa itelligit ſe ſicut ⁊ alia:⁊ ꝙ nihil eoꝝ que ſunt eſt ante intelligere:⁊ nō pt ſe itelligere aliis nō itellectis.
¶ Ad tertiū concedo ꝙ angelus pōt habere noticiā ſui ituitiuā et abſtractiuā ſingularē:ſiue de noticia i verbo et i ꝓꝓo gñe nulla ē repugnātia inter tales duas noticias actuales quēadmodū ē inter euidētiā ⁊ fidē vel opinionē eiuſdē obi ꝓpinqui.
¶ Ad quartū dicit / ꝙ aīa noſtra non pōt ſe nude intelligere ꝓ ſtatu in quo ſumus:ſicut angelꝰ vel aīa ſeparata. Dicit philoſophꝰ / intellectus nō eſt aliquod intelligibiliū ante intelligere.hoc eſt.nō pōt ſe intelligere anteꝙ intelligat ſenſibilia.et neceſſe eſt intelligentē fantaſmata ſpeculari. ille eſt ſtatus noſter mortalis:ſiue eſt ſtatus nature inſtitute:ſiue poſt peccatum ipſius ade.ſicut Auguſtinus dicit.xv.de trinitate.c.xv.inquiens.hoc tibi fecit infirmitas.⁊ ꝗ cauſa infirmitatis niſi iniquitas.ſcōm illud Sapientie.Corpꝰ qđ corrūpit aggrauat aīam. Pro hoc ſtatu aīa non cognoſcit ſubſtantiā intuitiue extra ſe ſcōm legē cōem.non eſt ſic de angelis:licet peccarunt. ſed an aīa poſſet ſe intueri:poteſt eſſe queſtio inferius ꝗrēda. ¶ Quito arguit.ſequit ꝙ idem eſſet agens ⁊ patiēs.modo agens eſt preſtantius patiente.nichil idem eſt preſtantius ſe.patet.eſſentia angeli obiectiue ꝓducit noticiam angeli quam intellectus angelicꝰ ſuſcipit.mō eadē res eſt eſſentia angeli et intellectꝰ eiꝰ. ¶ Sexto arguitur.omnis potentia cognitiua dꝫ eſſe denudata ab illo qđ eſt ratio cognoſcendi.ſed intellectus angeli nō denudatur ab eſſentia ſua.igitur.conſequētia tenet cū minore.maior probatur ꝑ philoſophum.ii.de aīa dicentem / oportet oculū eſſe extra oēm colorē vt poſſit videre.⁊.iii.de aīa vult ꝙ intellectus ſit immixtꝰ ⁊ immaterialis ad hoc vt oīa poſſit intelligere. ¶ Ad quintū cōcedo:ꝙ idem eſt agens ⁊ patiēs.⁊ nego propterea ꝙ idem ſit nobilius ſe. licet agere ſit conditio nobilior ꝙ pati:⁊ nobiliſſimū agens ſit nobilius nobiliſſimo patiente.non tñ omne agēs eſt nobilius patiente. ¶ Ad ſextū dicit ꝙ hoc eſt verum in potentiis ſenſitiuis et organicis.ad hoc ꝙ potentia bene ꝑcipiat obiectū reꝗritur ꝙ nō informetur ipſo vel ſimili.et manꝰ calida nō ꝑcipit calorem alterius manꝰ.⁊ tñ caloris expers a ſpeciebus caloris facile imutat.intus exiſ prohibet extraneū.pupilla oculi parū aut nichil coloris habet.ſed eſt corpus tranſparēs ſpecies coloris recipiens et non recipit colorēꝫ viſus terminatiuū. modo intellectus eſt potentia non organica nec ſenſitiua:que poteſt ſui recipere noticiā ſicut aliorum.intellectus angeli ſiue eiꝰ eſſentia ꝗ idem ē cum angelo non proprie informat angelū: cuꝫ eſt vna et eadem res numero. ¶ Septimo arguitur. angelus poteſt ſe intuitiē videre ⁊ habitus exiſtētes in intellectu ſuo ſine ſpeciebus preuiis. et tñ angelus eſt ſpecieꝝ ſuſceptiuꝰ.ergo ſortes poteſt videre albedinem immediate in ſe:licet nulla fuerit ſpecies preuia in medio. ¶ Reſpondetur:concedendo maiorē cū minore.ſed nego cōſequētiā. falſitatē cōſequētis docent experientie ⁊ ratiões adducte.⁊ ſi nō eſſēt ille:tenerem cōcluſionē oppoſitā.nō ita docetur in rebꝰ imꝑtibilibꝰ i qbꝰ tñ pono habitꝰ genitos poſt noticias ituitiuas rerū

angeli nos cuſtodientes non ſunt minus beati ⁊
intelligentie ſuperiorum orbium ſunt perfectio=
res ꝗ̃ motores orbium inferiorum. eodem mo=
do probabile eſt ꝙ orbis ſemper ſuperior eſt per
fectior.Hoc in elementis videmus. Terra ẽ ele=
mentorum fex:⁊ ignis eorum vertex. Licet Sa=
turnus maliuolus dicatur:eſt tamen ſuperior ſo
le in influendo.poteſt habere bonitatem reſpe=
ctu multorum: ⁊ reſpectu aliquorum maliciam
inclinatiue habere.ſicut ſaliua eſt venenum ſer=
penti et vtilis homini.dat principium vite:⁊ ſub
eo primo fit ſeminis et ſanguinis menſtrui in vte
ro cõmixtio:vt in queſtione ſeptima poſthac di
cemus. Sol dicitur rex planetarum in eoruꝫ me
dio conſiſtens.hoc intelligitur quo ad ſuum lu=
men.nec ex hoc concluditur ſaturno vel ioue ſu
perior ſimpliciter.ſtat ꝙ inferior habeat vnam
bonam qualitatem quã nõ habet ſuꝑior vbi ſupe
rior nobiliorem hꝫ.ſtat ꝙ bonꝰ grãmaticꝰ in ali
quo vltra ſublimẽ phm aliquam eminentiaꝫ ha
beat:que eum eruditiorem ſimpliciter non red
dit tali philoſopho. Poteſt quis dicere celũ ſo=
lis eſſe imperfectius celo ſaturni:licet ſol ſit per
fectior ſaturno. Sed tunc dicendũ eſſet ꝙ vnum
celum diſtinguitur ſpecie ab alio:ſicut planeta a
planeta / ⁊ ſtella a ſtella. ſunt ſolum hic ſuaſio=
nes. Probabile eſt etiam ꝙ Sol eſt perfectior
Saturno et tanꝗ̃ rex planetarum reſidet in eo=
rum medio ſicut rex in medio regni tempore pa
cis:vel cor in medio animalis. nobilitas intel=
ligentiarum orbiuꝫ motricum ſuaderi poteſt ab
officio ſuperiori : mouendo maius celum. Hoc
Ariſtoteles diceret. imaginatur ipſe ꝙ ſuprema
intelligentia:ſcilicꝫ deꝰ:mouet primũ mobile qđ
in celos inferiores ĩfluit eos mouẽdo circularit.
ſicut magnes ad ſe trahit ferrum. Propterea of=

ficium ſuum eſt nobililius.eſto ꝙ circa alios mo=
tus non occupetur in ſuo libello de mundo:cap.
10.⁊.12.ſuper hoc in lumine naturali elegantiſ=
ſime loquitur:ſic inquiens.ſicut maiores et prin
cipes non inſiſtunt diſponendo / vel operando
circa ſingula principatus ſui : ſed per quedam
precepta diſponunt ſingula mediantibus alijs
qui hec exercent:ſic erit diuiniſſimum in quiete
et ſimplici motu primo omnimodas perficere
formas:non propter impotentiam:ſed quia hoc
non conuenit diuiniſſimo. et ſicut quidam artifi
ces in quibuſdam inſtrumentis:mota vna corda
vel aliquo vno:multa conſequenter mouentur
etiam varijs motibus:et varia exercentur et o=
perantur.patet in horologio. ſic diuina natura
primo quandam vim preſtat mobili primo quod
mouetur motu ſimplici.et conſequenter median
te illo vis diuina per vniuerſum orbem tranſit:
vt ſequātur varie actiones / et diſpati effectus/
et interdum contrarij. tamen omnia exeunt ab
vno principio. Alia dat illic exempla : quorum
vnuꝫ eſt.ſi quis ex aliquo vaſe multa ſimul eijce
ret corpora:quorum vnum eſſet ſphericum:ſecū
dum quadratuꝫ / ⁊ tertium oblongum:vnūquod
qꝫ moueretur ſecundum propriam figuram. vel
ſicut ſi quis in gremio haberet animal greſſibi=
le et animal volatile et animal aquatile: ⁊ ſimul
ea exponat excutiendo gremium:tunc vnūquod
qꝫ ad proprium motum procedit. ſic ad motum
ſimplicem pmi mobilis conſequuntur exitus di
uerſorum planetarum quorum alter tardius / al=
ter velocius mouetur. Aliud exemplum.ſicut in
chorea inchoāte choraula / viri et mulieres ca=
nunt conſequenter varijs vocibus vnum concē
tum facientibus:ſic ſe habet res in deo qui cun=
cta diſponit. Nam ſecundum ſupernam infuſio=
nem a choraula mouentur ſtelle totumqꝫ celum
per choraulam intelligit ductorem chori. Aliud
ponit exemplum . cum enim belli ſonuerit buc=
cinare exercitu:tunc audito clangore / hic qui=
dam ſumit clipeum / alter coxalia / vel caſſidem:
vel baltheum / adoptat / alter frenat equum.⁊c̄.
ſic de vniuerſo ſapiendum eſt.⁊ in capitulo duo=
decimo dicit.qꝺ in naui quidem nauta / in cur=
ru vero auriga / in choreis autem choraula / ī ci=
uitate vero lex / in agmine vero dux / hoc deus
in mundo:niſi ꝙ eis eſt quidam principatus la=
boriosus mobiliſqꝫ ⁊ curioſus.huic vero leuis ⁊
illaborioſus ⁊ ſemotus ab om̄i corporali infir=
mitate. Nam inuiſus immobilis cuncta mouet
et circunfert quo vult et vt vult.et ſicut lex im
mobilis diſponit omnia:⁊ ſecundum eam ſingu
la ad ſingula ſibi conuenientia officia et opera
exeunt :ſic et in maiori ciuitate: ſcilicet mundo:
lex deus eſt nullum recipiens corruptioneꝫ aut
tranſpoſitionem . Maior autem eſt certior eis
que ſcripte ſunt:qua regitur totus decor celi et
terre diuiſus per propria ſemina et ſecūdum
proprias naturas. Hec paganorum ſapientiſſi=
mus elegantiſſime de prima intelligentia ponit:
quam alio vocabulo deum vocamus ſicut inter
dum ipſi.

¶ Sed dices.celum infimum eſt imperfectius ⁊
aſcendendo celum eſt perfectius / ⁊ ſic in intelli=
gentijs orbium motricibus.ex illo ſequitur ꝙ in
telligentia lune motrix non poteſt mouere ſphe
ram mercurij:cum ſit orbis celo lune maior.

¶ Reſpondetur.non ſequitur propter duo. Tū
primo. Forte non mouet ſecundum extremum
ſue potentie. Tum ſecundo.celum nec eſt graue /
nec leue.nec eius forma motui circulari reſiſtit.
Nam ſi reſiſteret:ad motū contrarium vel ad q=
etem inclinaretur magis q̄ ad hūc motuꝫ: quod
eſt falſum.tunc quilibet angelus poteſt quodlibꝫ
celū mouere celeriꝰ ſi vellet:⁊ poteſt ipſum muta
re in inſtanti deo cōcurrēte concurſu generali:cū
nulla eſt reſiſtentia.ſed cū eſt agens liberum:ſuc
ceſſiue ⁊ vniformiter mouet:qr hoc magis terre
naſcentibus conducit q̄ ſi ſubito circuiret.patet
ꝑ ſimile.capus lente circūgiratus in veru:melius
decoquitur q̄ ociſſime circūuerſus.ſi eſſet reſiſtē
tia ex parte ignis celo lune coniuncti vel vniꝰ ce
li alteri immediate applicati : illud nō ſequitur.
ſed hanc reſiſtentiam non oportet ponere in ce=
lis inter ſe motis. Et licet dicatur / primum mo=
bile ſuo raptu vel moto raptus rapit ſecū ab ori
ente ad occidentem ſpheras inferiores : hoc eſt
methaphorice loquutū. influentia ſua primū mo
bile ſpheras inferiores circuire facit:⁊ eſt ſimile
ac ſi diceremꝰ / ferrum adamas ad ſe rapit. Ex il
lo ſequitur ꝙ intelligentia mouens celū lune po
teſt mouere primum mobile q̄tū eſt ex parte eiꝰ
et mobilis.ſed celū lune nō ita mobile ſicut aliō
propterea non habet ita nobile officium ſicut in
telligentia primum mobile mouens . propterea
inferioris eſt ſpeciei. ¶ Sed contra hec argues
per Ariſtotelem duodecimo Methaphſice / tex
tu cōmenti.41.diceteꝫ / ſi alicui orbi adderetur
maior ſtella:motor moueret cum fatigatione.et
per conſequens non ita cito moueret. ¶ Re=
ſpondet. Ariſtoteles putabat orbium intelligen
tias celos rotare naturaliter:nec poſſe aliud.no
bis per lumen fidei cōſtat ꝙ contingenter celum
mouetur.propterea conſequenter probabiliter
dicebat in ſuo lumine:ſi ſtella adderetur orbi:in=
telligentia non poteſt ita cito mouere.ſed opor=
tuit eum ſequenter dicere ꝙ aliqua eſſet reſiſten=
tia. patet.vidit celos ſucceſſiue motos:⁊ cōceſſit
intelligentias celorum motrices agentia natura
lia in mouendo.primo celi dicit:ꝙ motus celi eſt
naturalis.⁊ agens naturale mouet ſecundum ex
tremū ſue potētie.ꝗ nō reſtabat ei alia via niſi di
cere ꝙ celū hꝫ reſiſtētiam ad motū circularem.
quia ſi nullam haberet:ſubito circuiret: ſicut di=
cit quarto Phiſicorum in materia de vacuo. et
tunc conſequenter dicendum eſt recte ſicut dicit:
difficilius eſt mouere orbem ſuperiorem q̄ infe=
riorem.et per conſequens ſi addetur alicui orbi

ſtella aliqua tardius moueretur orbis totus. Ca
pio propoſitiones in lumine naturali ſuo pro=
babiles ꝙ celum / nec eſt graue / nec leue. Hoc
ipſe cōcedit. Addo aliam propoſitionem.forma
celi non reſiſtit ſuo motui:nec celū ipſuꝫ dato ꝙ
ponatur ſubſtantia ſimplex. Ex illis duabus ſe=
quitur ꝙ intelligentia mouens celum poſſit ip=
ſum mouere ſubito:ſi ſibi relinquatur et vellet.
ſed non vrgeor concedere ꝙ ita ſiat:ſicut ipſe.cū
aliā viam apertam habeo / per libertatem mo=
toris ſemper vniformiter celum mouentis. Et li
cet Ariſtoteles poſuit in duodecimo Methaphi
ſice / ꝙ moueret cum fatigatione.improprie fati
gationem cepit pro motu tardiore. quod patet.
Fatigatio proprie eſt diminutio virtutis actiue
cognitiue propter longam eius actionem in qua
ſpiritus exalantur.ignis in calefaciendo non fa=
tigatur:nec intelligentia motrix orbis : cum illa
ſm philoſophum / duodecimo Methaphiſice / ⁊
octauo Phiſicorum / eſt impartibilis:quare non
diminuibilis / nec fatigabilis.nec anima ſepara=
ta.licet bene ſenſus propter alterationem eius ⁊
ſpirituum exalationem.⁊ licet concedam intelli
gentiam quālibet quodlibet celū poſſe mouere
vel mox mutare:non tamen ꝯcedo ꝙ poſſit hoc
facere reſpectu corporis grauis.illic eſt reſiſten=
tia.⁊ datur aliquod corpus quod poteſt mouere
et aliquod quod primo mouere non poteſt:ſcili=
cet minimum graue quod non poteſt mouere.

¶ Ad ſecundum argumentum qꝺ probare niti=
tur ꝙ ſimul moueatur ad occidentem. Dico ꝙ ē
de per accidens:eo ꝙ circuit redeundo ad pun=
ctum a quo motus exiuit.ſed cum motus a prin=
cipio mobile ab oriente in occidentem pellebat:
talis denominatur motus.hoc declaro per ana=
logias de mola fabri que dicitur moueri contra
mouenteꝫ eo ꝙ ab illo motor incepit:licet mobi
le ex altera parte redeat. Alia analogia de ver=
tente veru.iuuenis ignem verſus veru girat : qr
illuc primo tendit motū ſue manus:licet ab igne
ad ſcānum in quo alius ſedet manus redeat.et ſi
oppoſito modo iuuenculus vertere inaſſuetus in
cipiat:eum docemus quatenus aliter manum di
rigat. ¶ Tertio arguit. vel intelligentia mouet
celum per voluntatem et intellectum ſolum. et
hoc non.requiritur potentia executiua. oppoſi=
tum in articulis Pariſienſibus eſt reprobatum.
ſed hoc non:potentia exequutiua realiter eſt po
tentia volitiua:cum angelus non habeat partes

¶ Reſpondetur. Potētia intellectiua / volitiua /
et exequutiua / in angelo ſunt vna ⁊ eadem res.
et hec eſt pma propoſitio. ¶ Secunda propo=
ſitio. Angelus potentia volitiua mouet celum.
Probat.hac potētia exequutiua angelꝰ mouet
celum.hec potētia exequutiua ē potētia volitīa.
ergo angelus potentia volitiua mouet celum.

¶ Tertia propoſitio. Voluntas angeli non ſuf=
ficit mouere celum ſine potētia exequutiua. hoc
eſt dicere. Volitio in angelo non ſufficit celum
mouere ſine potētia exequutiua. Hoc eſt:niſi po
tentiam motiuam exequutioni demandet vim
ſuam applicando.quēadmodū ſortes manū ſuaꝫ
applicat ad leuandum lapidem.per hoc angelꝰ
differt a deo.dei volūtas efficax:dato ꝙ ꝑ īpoſſi
bile non eſſet vbiqꝫ:ſed extra vniuerſum: quācū
qꝫ rem ſine vlteriore potentia executiua produ=
cit.non ſic in angelo . ſi angelus velit vnuꝫ cor=
pus mouere localiter:oportet ꝙ motum localeꝫ
in motum cauſet:⁊ ipſum continuet quo mobile
mouetur.vel ſi non ponatur motꝰ localis diſtin=
gui a mobili:oportet ꝙ ſuā vī motioni applicet:
hoc eſt ipſi mobili:ꝑ quā ipm de loco trāſmutet.

¶ Quarto arguitur. Motus celi eſt difformis.ī
ſuo motu vna pars celi tarde mouetur : vt pars
prope polum. Alia pars celeriter:vt punctuꝫ in
equinoctionali circulo. ¶ Pro ſolutiōe argumē=
ti ponam aliquid ad materiaꝫ.poſtea aliquid ad
formam. Aliqui ponunt diſcrimen inter motū re
gularē ⁊ vniformē.ſed de terminis non eſt luctā
dum.dicitur:motus dicitur regularis dupliciter
Vno mō q̄ ad tempꝰ.et eſt motus quo equale ꝑ=
tranſitur in equali tempore.vt ſi ſortes pertran
ſiret vnam leucam in vna hora ſemper pro eodē
gradu velocitatis. ¶ Secūdo modo motus dici
tur regularis quo ad ſubiectum: quando omnes
partes eque velociter mouentur. vt in deſcenſu
grauis.motus irregularis per oppoſituꝫ quo ad
tempus.eſt motus quo in equali temporis parte
in equale ſpacium pertranſitur.vt in graui deſcē
dente cuius motus eſt velocior in fine q̄ in prin=
cipio.ita eſt in omni motu naturali: ſaltē recto.
Motus irregularis quo ad ſubiectū eſt ille cuius
non omnes partes eque velociter mouent.⁊ ea=
dem eſt diſtinctio de motu vniformi.idem eſt di=
ctu vtrobiqꝫ de motu regulari ⁊ vniformi.de dif
formi ⁊ irregulari. ¶ Iſta diſtinctione ſtante re=
ſpondeo ad argumentum ꝙ motus celi eſt regu=
laris quo ad tempus.ſi propter eccentricos vel
alios motus in ſpeciali aliqd oporteat: poſthac
queſtione proxima vna dēpta patebit . ſemper
dicta generalia generaliter ſemꝑ intelligo:⁊ cuꝫ
ſpecialibus exponēda.ſed non eſt regularis ſecū
dum tēpus.talis non eſt poſſibilis in orbe / ſphe=
ra / vel circulo.pars circūferentialis rote celeriꝰ
mouetur q̄ pars prope centrum.ſic in celo:vt ar
gumentum tangit. ¶ Quinto arguit. polus celi
non mouetur:patet.eſt pūctꝰ īmobilis axem ter=
minans ſuꝑ quam mouetur ipſum mobile circu=
lariter.cui alludit illud Alani. Ethereꝰ motꝰ oīa
ſydera preter vnum.⁊c̄. ¶ Reſpondetur.ponen=
do puncta impartibilia:tranſeat ꝙ non mouet
illud octaui Phiſicoruꝫ:motis nobis mouentur
oīa q̄ ī nobis ſunt:intelligitur de illo qꝺ ē ps ī to
to / vel accidens in ſubiecto ⁊ nō ṫminꝰ ī ṫmīato.

¶ Secundo dico. Punctus ille mouetur.ſed cuꝫ
eū in eodem continuo ſitu adequato: non deſcri
bit circulum ex eius motu ſicut alia pūcta.videꝫ
ex polo zodiaci circa polū mūdi moti deſcribit
circulꝰ articꝰ ꝓpe nos.⁊ ex altā pte eq̄toris circu
lꝰ ātarticꝰ ¶ Tertio dico.nō ē aliqs pūctꝰ ī celo

ſed totum celum pars eius ⁊ accidens eius mo-
uetur ad motum ſui ſubiecti.ſed quia in infinitū
tarde mouetur pars eius tranſeundo ad polos
vel pꝛope cētrum rote : mathematice loquendo
imaginamur vnum polum impartibilē in extre-
mo tarditatis.ſed de facto phiſice loquendo(q̃-
cūq; fuerit illa pars accepta)ipſa mouet̃ aliqua
tarditate finita. cuius tarditas penes punctum
medium totius:vel punctum velociſſime motū
menſuratur.pꝛo nunc non refert.

¶ Sexto arguitur contra vtrãq; concluſionem
ſimul:⁊ hoc ſic:motus ab occidente in oꝛientē
et contra/ſunt motus contrarij. ergo ſunt incō-
poſſibiles eidem coꝛpoꝛi.Dicis.ſi eſſent ſup eiſ-
dem polis:illi motus realiter eſſent contrarij.
Sol ſub zodiaco oblique ab occidente ſuo ꝓpꝛio
motu mouet̃ ſup polos zodiaci.et in q̇cūq; pun
cto zodiaci ipſum offendit in oꝛiente ipſū rapit
ſecum motu raptus.modo motu pꝛimi mobilis
mouetur ſuper axem ⁊ polos mundi.⁊ patet per
ſimile.ſi fialam aque plenam contra te agitaue-
ris:⁊ mox fialam ad te conuertas:aqua pꝛioꝛe ī-
petu adhuc non extincto mouetur cōtra te. ⁊ ad
te mouetur cum giratione fiale ad te mox cōuer
ſe.motis nobis mouentur oīa que in nobis ſunt.
ſic mota fiala ad te:ſic contentum in ea.ſic vides
de muſca aſcendente ſuper lanceam deſcendētē:
que deſcendit cum lancea ad eius deſcenſum: et
aſcendit ſuo pꝛopꝛio motu pꝛogrediendo/vł vo
lando/nichil intereſt. ¶ Cōtra.licet muſca com
paratiue ad lanceam aſcendit:ſi ipſa maneat in
eadem diſtantia in oꝛdine ad centrum mūdi:nec
aſcendit nec deſcendit ſimpłr:nec localitet mo-
uetur:licet fatigetur pꝛogrediendo.ſi magis di-
ſcedat a cētro mundi:qualitercūq; ſe habeat re-
ſpectu lancee : ſimpliciter aſcendit.ſi ecōuerſo:
ſimpliciter deſcendit. ¶ Reſpōdetur.dato ꝙ pꝛi-
mū mobile ſpheras inferioꝛes rapiat ad annū
cōmunē completum:ſufficit ꝙ ſol motu ſub zo-
diaco integrum zodiacum compleat.⁊ illo com
pleto:eſt annus ſolaris.⁊ ſufficit ꝙ illum cōpara
tiue compleat.quēadmodū ſi vna muſca moue
atur continuo in diametro quadrati.⁊ illa dia-
metro complete pertranſita:dato ꝙ alio motu
alio moueatur a varijs punctis diametri obliq̃
cadentis: eſſet annus cōplete acquiſitus. ¶ Ha
ctenus vidimus quomodo terra a motu circula
ri quieſcat circa quam pꝛimum mobile ſolo mo-
tu ab oꝛiente ad occidentem in vigintiquattuoꝛ
hoꝛis circuitionem facit:ſua influentia reliquas
ſpheras ſubiectas oēs ad eandem poſitiōis dif
ferentiam ſecum trahit.īferioꝛes nouem ſphere
ab occidente ad oꝛientem tardioꝛi motu ꝯtinuo
pꝛocedunt.et quia motus illi ſunt ſuper varios
polos ⁊ varias vias:pugnā nullam inter ſe ha-
bent.Diximus cum celum nec ſit graue/nec leue
nec motus circuitiōis ei naturalis:poteſt a qua-
cūq; ītelligētia ſubito mutari.ſi deꝰ īfluētia ſua
gñali ad hoc ꝯcurreret.ꝓpt̃ea auēpace dt̃ Ariſt.
non dicere ꝯſeq̃nter dicendo ꝙ mobile ſimplex
in vacuo poſitum ſubito mutabitur ⁊ non celū.
et diximus Ariſtotelem ſufficiētia motiua ī ſuo
lumine habere.in lumine fidei edocti pꝛopoſitio
nes phiſicas accipientes non vꝛgemur ita dice-
re:ſed potius oppoſitū dicere debemus. Nouiſ
ſime ſcito:hic modus de duplici motu nouē oꝛbi
um inferioꝛum ab oꝛiente in occidentē/⁊ cōtra:
licet ſit cōmuniſſimus:ſolum eſt pꝛobabilis:⁊ op
poſitum defendi poteſt. Pꝛo cuius intelligentia
queſtio ſequens mouebitur. ¶ Queſtio tertia.

Tertio circa hanc diſtinctio-
nem queritur/ an ſit neceſſe
dicere pꝛo motibus in celo
apparentibus qd̃ idem celū
moueatur ab occidēte in oꝛi
entem et contra. ¶ Reſpon
detur pꝛobabilit̃ ꝙ nō. hāc
ꝑtem tenet Alpetragius in
libello ſuo quē ꝯpoſuit de q̄litate motuū celeſtiū
dicit ꝙ pꝛimum mobile complet reuolutionem ſu
am ab oꝛiēte ad occidentem in vigintiq̃ttuoꝛ ho
ris adeq̄te :⁊ alie ſphere inferioꝛes retardantur a
tali complemento:aliq̃ magis ⁊ aliq̃ minꝰ:ſcđm
ꝙ magis vel minus diſtant a pꝛimo mobili:⁊ mi
nus de ſua influētia accipiunt.verbi gratia. octa
ua ſphera non complet vnam reuolutionem ab
oꝛiente in occidentem in vigintiquattuoꝛ hoꝛis.
ſed modicū deficit:ita ꝙ in trigintaſex mille an-
nis ipſa facit vnā reuolutionem minꝰ q̃ꝫ pꝛimum
mobile:ita'ꝙ in toto illo tempoꝛe ſolū vnam re-
uolutionem amittit.poſtea Saturnꝰ magis defi
cit a tali reuolutione completa q̃ꝫ octaua ſphera
et intantū ꝙ facit in triginta annis vnam reuo-
lutionē minus q̃ꝫ pꝛimū mobile. ¶ Poſtea Jup-
piter magis deficit q̃ꝫ ſupioꝛes: intm̄ ꝙ in duode
cim annis facit vnā reuolutionem minꝰ q̃ꝫ pꝛimū
mobile.⁊ vnā reuolutionē in duodeci anis amit
tit quam ſuperioꝛes in maioꝛi tempoꝛe amittūt
Saturnꝰ in tredecim annis ſolū vnā reuolutio
nem amittit. Poſtea Mars magis deficit : intm̄
ꝙ in duobꝰ annis vnam reuolutionem minꝰ fa-
cit q̃ꝫ pꝛimū mobile. Poſtea Sol magis deficit:
intantū ꝙ in vno anno vnā reuolutionem facit
minus. Uenus ⁊ mercuriꝰ ſe habent vt ſol. Lu-
na vero inter omnes ſpheras magis deficit: itā
tum ꝙ in menſe lunari deficit ab vna reuolutio-
ne. Quid ſit menſis lunaris in.13.diſtinctione q̄r
ti diximus . ergo ſm̄ eius imaginationem nos
ponimꝰ aliquam ſpheram complere reuolutio-
nē ſuā quando reuertitur cū pꝛimo mobili ad idē
punctum amiſſa vna reuolutione. Ecce imagina
tionem Alpetragij q̄ re vere ingenioſa eſt ⁊ nō
ſpernenda.pꝛopterea conaboꝛ alioꝝ rationes ꝯ
eam obiectas eluere. ¶ Contra hanc opinionē
arguitur.nam tunc ſm̄ pꝛopoꝛtionē diſtantie oꝛ-
bium planetarum a pꝛimo mobili debet eſſe ꝓ-
poꝛtio incurtationis vt dicūt.quod eſt falſū. cū
ſol/venꝰ/et mercurius equalit̃ mouent̃. ⁊ tñ īeq
liter diſtant a pꝛimo mobili. Luna multū tarde
mouetur:cum tamen eſt Mercurio immediata.

¶ Reſpondetur:nego ſequelam.⁊ ratio eſt.opoꝛ
tet dicere:nō ſola īfluentia hoc facit:vel ipa īeq̄-
liter recipit̃.neſcis dare michi cauſā quare luna
mouetur contra motū ſui epicicli pluſq̃ꝫ alij pla
nete. ⁊ tamen pꝛopt̃ aliq̄ motiua dicere opoꝛtet
ꝙ ſic:ſic dicā ī pꝛopoſito ꝑ hāc imaginationē ꝙ
celi inferioꝛes nō hn̄t niſi vnū motum ab oꝛiēte
in occidentē:et nō ecōtrario.⁊ tñ ꝑ experientias
cōſtat dicere:hoc eſſe a natura rei vel tenere viā
cōem ꝙ nō eſt neceſſe. ¶ Secundo arguitur. nō
eſt neceſſe ponere hoc modo tot ītelligētias q̇t
ſunt ſphere celeſtes:qd̃ eſt ꝯ Ariſtotelē.12.Me-
thaphiſice.cū ſufficiat vna intelligentia hac via
pꝛimi mobilis motrix.q2 pꝛo motibus raptus nō
opoꝛtet ponere cōfoꝛmiter intelligentias:ſed ſo
lū pꝛo motibꝰ pꝛopꝛijs oꝛbiū. ¶ Rn̄detur.nō eſt
hic multū auctoꝛitati īnitendū.licet Ariſtoteles
ſcđo celi poſuit celū ſtellatū pꝛimū mobile alr̃ opi
natus eſt Ptholomeus ponēs nonū mobile pꝛi-
mum:⁊ etiam de ſacrobuſco:quē cōis ſchola īſe-
quitur:et cū hoc vltra eū ponēdo celū. ¶ Inſuꝑ
ſm̄ Ariſtotelē/nō eſt neceſſe dare intelligentias
oꝛbiū inferioꝛū motrices alias ab intelligentia
pꝛimi mobilis motrici.ḡ nec eodē mō dabit̃ in-
telligentia mouēs eas ab occidente ad oꝛientē.
ſufficit ꝙ pꝛimū mobile motū ab occidēte ſua in
fluentia inferioꝛes ad oꝛientē rapiat. Alpetragi
us bꝛeuiter ſicut cōmuni ſchole aſtronomoꝛū cō
trahit in pluralitate motuū:q̇d mirū ſi tot intel-
ligētias negaret. Nūq̇d dicebā antea pōt defen-
di pꝛobabiliter in lumine naturali ꝙ foꝛma celi
celū moueat dato ꝙ nichil intelligat. ¶ Tertio
arguit̃.hac via nō ſaluatur motꝰ acceſſus ⁊ receſ
ſus nec motꝰ in eccētrico ⁊ epiciclo.ergo oꝫ da-
re plures celoꝛū motꝰ. ¶ Rn̄det̃. Multe ſunt vie
alpetragio euadendi.erit difficile ei ꝓbare illū
motum:licet thebit circa hoc multum inſudauit
Ulteriꝰ dicit̃.poteſt hoc ſaluare per polos octa-
ue ſphere ex tranſuerſo circa polos pꝛimi mobi
lis motos:ita ꝙ circulus deſcriptus a polo zo-
diaci octaue ſphere circa polum mundi non erit
paralellus polo mundi:ſed in aliquibꝰ locis ma-
gis declinabit ad ſeptētrionē:in alijs aūt magis
ad meridiē.⁊ ꝑ hoc ſaluare pt̄ aliq̄s ſtellas octa-
ui celi nunc pꝛopinq̄oꝛes polo īmobili nunc ve-
ro remotioꝛes.de motu in eccentris optꝫ illum
ponere. ¶ Ecce ergo modū alpetragij quē gra-
tia diſputationis pōt q̄s apparēter tueri.⁊ ex il-
lo patebit:pꝛobabilitates ſolū ī multis q̄ de ce-
lo dicuntur capimus:⁊ hoc ſufficit.in rebꝰ etiam
arduiſſimis maluimus aliquid(licet topice) co-
gnoſcere q̃ꝫ demonſtratiue in abiectioꝛibꝰ. ¶ Dubi
tatur.an omnes oꝛbes equaliter moueātur. Se-
cūdo dubitatur/an ſtelle ſint eiuſdem ſpeciei ſpe
cialiſſime cū oꝛbe ⁊ inter ſe. ¶ Ad pꝛioꝛem du-
bitationem dicitur pꝛimum mobile inter oīa
mobilia velocius mouetur. Ratio.in equali tem
poꝛe maius ſpacium lineale deſcribit q̃ꝫ aliquis
oꝛbis inferioꝛ.ergo velociꝰ mouetur. Tenet cō-
ſequentia/ex ſexto Phiſicoꝛum.⁊ ſic conſequen
ter:oꝛbis quanto eſt ſuperioꝛ(loquendo de mo-
tu diurno)tanto velocius mouetur. loquēdo de
motibus ab occidente in oꝛientem:non opoꝛtet
ſuperius mobile velociꝰ moueri.ſtat ꝙ mercuriꝰ
non velocius moueatur ab occidente in oꝛientē
q̃ꝫ oꝛbis lune.patꝫ.licet oꝛbis mercurij ſit maioꝛ
oꝛbe lune:q2 ipſum circūdat oꝛbiculariter: tamē
mercurij oꝛbis ſolum in anno facit circuitū vbi
luna facit.13.menſes lunares.⁊ cū luna velocius
circueat q̃ꝫ mercurius:ſtat in velocitate circuitio
nis et motus repetendo circuitionē ꝙ velocius
moueat̃ q̃ꝫ Mercurius.ſicut ſi lōgus ⁊ bꝛeuis ho
mo tranſeundo mutuo circa puteum ⁊ equaliter
circueant:tunc longus velociꝰ mouetur: ⁊ tamē
bꝛeuis pōt totiēs circuire.ꝙ nō ſolū pluries cir-
cuiret puteum q̃ꝫ alter:ſed velocius mouetur. pe
nes aliud ⁊ aliud attenditur velocitas circuitio-
nis ⁊ velocitas motus localis.velocitas ſecūdi
attenditur penes ſpaciū lineale maius deſcriptū
in equali tp̄e:ſiue penes punctum mediū vel ve-
lociſſime motū:ꝓ nunc non inq̇ro.ſed velocitas
circuitionis intelligitur penes angulū deſcriptū
in tanto vel tanto tempoꝛe circa centrū vel axē.
quare vnum pūctum in boete eque velociter cir
cuit ſicut punctum in pleade vel in equatoꝛe:licꝫ
multo tardius mouetur.quo fit/ſi duo oꝛbes:ſu-
perioꝛ ⁊ inferioꝛ:ſic ſe habeant ꝙ inferioꝛ pluri-
es circuit circa axē ſui motus q̃ꝫ oꝛbis ſupioꝛ:ſed
linea pꝛotracta ab oꝛbe ſuperioꝛe in vna circui-
tione(ſi extenderetur in longum)eſt ita longa ſi
cut omnes linee ſimul iuncte pꝛotracte ab infe-
rioꝛe:tunc iſti duo oꝛbes equaliter mouentur . ſi
inequaliter:tunc cuius linea deſcripta eſt lōgioꝛ:
oꝛbis ille velocius mouetur. ¶ Ad aliam dubi-
bitationem dicitur.veroſimiliꝰ eſt ꝙ planeta q̇-
libet pariter ⁊ ſtella differūt ſpecie ſpecialiſſima
a ſuo oꝛbe:⁊ aliā foꝛmam ſubſtantialem habet.⁊
planete omnes inter ſe ſpecie differunt.per eoꝝ
influentias/⁊ apparentes coloꝛes hoc pꝛobabi-
liter deduci poteſt. Aliam influentiam habet ſa-
turnus:aliam Juppiter.planetas nominibꝰ cō-
munibus appello:loquendo vt plures . putabat
delirum vulgus perditiſſimum illum virū in de-
um tranſlatum.et planetam illum pꝛopterea io-
uem appellarunt.quomodo loquendi vtimur re-
cte intelligentes:Hoc velle videtur Ariſtoteles
libꝛo de ꝓpꝛietatibus elementoꝛum.ſubſtātia coꝛ
poꝛis oꝛbis eſt alia a ſubſtantia coꝛpoꝛis ſtellaꝝ
non eſt loquutus de ſola alietate numerali. aliq̃
ſtelle per eadem media poſſunt concludi differ-
re inter ſe.ſed non eſt veroſimile ꝙ omnes inter
ſe differant :ſicut non omnes herbe in hoꝛto tuo
immo oppoſitum poteſt ſuaderi per coloꝛem
apparentem equalem et ſimilis effectus.ſic om-
nes partes oꝛbis lune dempta luna ſunt eiuſdē
rationis inter ſe:et ita in quolibet oꝛbe . et foꝛte
oꝛbis lune eſt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime cum
alio oꝛbe ſuperioꝛe.

¶ Sed dicis.ergo ſtella non conſtituit aliquod
vnum cum ſuo oꝛbe : nec planeta cum ſuo oꝛbe.

concedit̄ur.forma orbis lune ⁊ corpus lune non
continuātur:vt in q̄ſtione ſeq̄nti patebit. Stelle
tū ſunt magis fixe in ſuo orbe ꝙ planete in ſuo:
vt q̄ſtio ſequens docebit.materia ſtelle et mate-
ria orbis ſui ſunt eiuſdem ſpeciei:⁊ poſſunt vnū
cōſtituere.⁊ ita opinor:licet forma ſtelle ⁊ forma
orbis cōtiguētur:⁊ nō cōtinuātur.vt videre eſt in
virga cuius altera medietas eſt mortua:⁊ altera
adhuc viridis ⁊ viua vita plāte tūc forma plāte
cōtiguatur forme illius corporis mortui.

¶ Queſtio quarta.

Quarto queritur circa hāc ma
teriā an ſufficiat vnū vni pla
nete. ¶ Rn̄detur. aliq̄ nobis
ꝯſtat eſſe in celo.⁊ triplex eſt
diſcrimē in planetis ⁊ ī eoꝝ
motibus. Unū in latitudine.
qꝛ nō ſemꝑ planeta equaliter
diſtat a polis: vt ſuperius di
xim⁹ de motu trepidatiōis. Aliō eſt diſcrimē in
longitudine.quia varij planete non equalit̄ per-
agrāt ſub zodiaco. Tertiū diſcrimē eſt in exalta
tione ⁊ depſſione.hoc eſt.idē planeta interdū eſt
terre vicinior:nōnūꝙ remotior.⁊ illud facile ex-
perimēto dephenditur in luna:qꝛ ipſa ⁊ ſole exi
ſtentibus ī capite drachonis:vel eq̄ propinque:
interdum diſtant a capite ⁊ cauda:⁊ tū vna ecli-
ſis diutius durat ꝙ alia.⁊ hoc eſſe non poteſt ni
ſi latiorē terre vmbrā ingrederet̄ luna qn̄ eſt lon
gū deliquū.⁊ quādo eclipſis ē breuis:circa conū
vmbre terre ingreditur.et ad hoc eſt neceſſariū
terre appropinquare et ab eadem ſe elongare.
et luna non mouetur: ſicut piſcis ī aqua aſcēden
do ⁊ deſcendendo ī ſuo celo.ergo illa nō poſſunt
ſaluari per idē celū. ¶ Preterea. Planeta inter-
dū apparet paruus nonnūꝙ magnus ſtante ea-
dē ſerenitate medij ⁊ diſpoſitione oculi. ⁊ nō po
teſt hoc ſaluari niſi planeta interdū ſit ꝓpinqor
nōnūꝙ ſit remotior.propinquus videt̄ ſub maio-
re piramide ꝙ remotius:propterea iudicat̄ ma-
ior Jacobus pīnaculi ſctē Genoueſes exn̄ti ī tur
re circa verticē pīnaculi iudicat̄ magnus q̄ exn̄ti
ſuper montē martyrū iudicat̄ paruus. Pro hac
difficultate Pitagoras ſani⁹ excogitauit eccen-
tricos:cuius modū Ptholomeus in almageſti la
te aperuit:qui eſt cōmunis ⁊ ponēdus. Alioquī
nō poſſumus ſaluare apparentia ī ſublimiorib⁹.
pro q̄libet planeta ad minus ponendi ſunt tres
orbes:non continui:ſed contigui. notanter pro
planeta. pro ſtellis hos orbes ponere non opor
tet.duo orbes extremi:quoꝝ ſupremus eſt mun-
do concentricus ſm ſuperficiē cōuexā : ⁊ infim⁹
eidem ſm ſuperficiem concauā cōcētricus.⁊ or-
bis medius eccētricus egreſſe cuſpidis aut egre
dientis centri:qui etiam deferens dicitur : ſicut
eccentricus equans appellatur.⁊ per conſequēs
totus orbis cathegoreumatice planete deſerui-
ens eſt cōcentricus mundo.orbes extremi ſꝫ ſu
as duas ſuperficies mundo concentrici:ſunt dif
formes ſpiſſitudinis:ſic ordinati:vt ſemper par
ti ſpiſſiori vnius pars tenuior alterius reſpōde-
at:vt in figura intueri potes:eodem modo quo
ſphericū in plano deſcriptū contemplari libet.
fac in pomo hanc diſformitatem ⁊ oīa clarius
eluceſcent ad oculū. ordo ſpiſſitudinis ſituatur
vtrobiqꝫ ſub tenuitate:vt corpoꝝ penetratio et
vacuū ī orbibus euitetur. ⁊ cū planeta ſemꝑ eſt
in deferēte:qd mirū ſi interdū a terra elōgetur:et
et ſit ī ſua auge:terre nōnūꝙ notabilit̄ appropī
quat qn̄ ē in oppoſito augis.hoc tibi ſic declaro.
orbis infimus ſolis ī aliqua ſui parte in ſpiſſitu
dine hꝫ decē pedes(exēplariter pedes pro pluri
mis leucis pono)ergo illa pars eccentrici q̄ eſt
ſuper decē pedes partem ſpiſſiorē:multū a ter-
ra elongatur.⁊ pars eccētrici q̄ hꝫ duos pedes
ſolū orbis infimi ſolis ſub ſe:minus a terra di-
ſtat.ergo nō eſt mirū ꝙ ſol vel alius planeta in-
terdū ſit terre propinquior nōnūꝙ remotior.et
per ꝯn̄s apparet interdū maior nōnūꝙ minor.⁊
vna eclipſis erit alia longior data equali interca
pedine luminarium prope caudam ⁊ caput dra-
chonis: propt̄ magnam vmbram vno tempore
et alio minorem pertranſeundam. ¶ Ecce quo-
modo per eccētricos ⁊ concentricos ſaluatur ap
parens maioritas et minoritas planetarum. et
ex hoc habetur prima concluſio ad queſtionem
reſponſiua:ſcilicet ꝙ ſunt ponendi pro planetis
orbes concentrici et eccētrici. Patet hec conclu
ſio:ratione cuius vis in iam dictis eſt imbibita.
per eccentricos ⁊ concentricos ſaluātur illa que
apparent in planetis tam quo ad magnitudinē/
paruitatem/breuem eclipſim/⁊ longam: ⁊ qua-
re terra non eſt ita bene habitabilis īter tropi-
cum capricorni ⁊ circulum antarticum ſicut inter
tropicum cancri et circulum articum:quia ſol eſt
in oppoſito aug̃ quando eſt nobis hyems ⁊ ter
re vicinior.in eſtate noſtra ſol ē in auge. ergo nō
calefacit terram noſtrā exceſſiue.omnia iſta ſal-
uantur ponendo hos tres orbes:⁊ non ſaluātur
aliter.ergo iſti tres orbes dicti ſunt ponendi.cō-
ſequentia tenet cum maiore. ⁊ minor patet. det
eam negans alium modum.ſi eque apparentem
det:non colliditur modus cōmunis a probabili-
tate. ¶ Tertio ⁊ vltimo diſcrimen noto:ſecūdā
differentiam aggredior:tangendo paucis quo-
modo hoc eſt ꝙ vnus planeta nunc celerius nūc
tardius ſub vno ſigno ſuam viam peragrat:cum
equale ſpacium habeat pertranſeundum.hoc nō
pōt ſaluari per hec que iam retulimus:ſꝫ per epi
ciclum. eſt enim epiciclus quidam paruus cir-
culus(potius ſphera parua) in ſuperficie defe-
rentis exiſtens illi orbi non continuus ſed conti
guus.quia mouetur alio motu ꝙ motu deferen-
tis.in hoc epiciclo corpus planete eſt infixū. in
hoc epiciclo quattuor ſūt pūcta:⁊ eodē mō ī de-
ferēti:ſcꝫ aux epicicli ſiue apogiū:hoc eſt maxia
epicicli eleuatio ⁊ pars a terra remotiſſima op-
poſitū aug̃.ſiue perigiū oppoſitū mō capiendo
et ſtationes due equaliter ab his diſtantes.pro-
portionabilit̄ ī eccentrico dicat̄. Aliqn̄ planete

Mō.iiij. Diſtin.xiiij. Secūdi ſniaꝝ

dicuntur directi:interdū retrogradi/ et ſtationa
rij. directi quādo ob motus tarditatē videtur ſta
re.licet de facto planeta actualiter moueatur.ſi
cut ſagitta in altum proiecta a principio impi-
gre mouetur. poſtea ante reflexionē iudicat̄ ſta-
re ob motus tarditatē.quia impetus ſurſum mo
tiuus eſt remiſſus:et reſiſtentia tanta ſicut erat a
principio:et propterea tardatur motus. ſic in ꝓ
poſito.quādo planeta mouetur in epiciclo ſcdm
ſucceſſionē ſignorū et ad motum deferētis et ad
motū ſui epicicli:tunc celeriter mouet̄.quādo ve
ro epiciclus mouetur contra deferentē tardatur
motus.punctū a quo incipit motus eſt ſtatio pri
ma.aliud ſtatio ſecūda. velocitas ⁊ tarditas iſta
exemplo tibi declarabitur:moueat̄ tabula vel na
uis ab oriente ad occidentē. interea tēporis fa-
ciat ſortes circulū ſuper tabulā occidentē verſus
vniformiter circueūdo abſolute. hoc ſecluſo mo
tu tabule.tunc occidentē verſus impigrius mo-
uetur ꝙ quādo giratur ad orientē:qꝛ iuuatur mo
tu tabule ſuus motus quo circuit. vel hanc ana-
logiā capias de muſca mota ſuper cippam.mo-
ueatur circulariter cippa ad orientē.et muſca cir
culū etiā faciat ſuo proprio motu ꝓgreſſiuo ſuꝑ
cippam.ipſa velocius mouebit̄ quādo ad orien-
tem mouet̄ ꝙ quādo ad occidentē contra motū
cippe.⁊ ſic planeta in parte ſuperiore eſt direct⁹:
in inferiori retrogradus.in aſcenſu et deſcēſu ſta
tionarius appellat̄. ¶ His p̄miſſis ponit̄ ſecun-
da cōcluſio.ponēdus eſt epiciclus ad ſaluāda illa
que apparēt in motibus planetarū. Probat̄. cū
epiciclo ſaluat̄ quonam pacto planeta vno tem
pore celerius decurrit ſub vno ſigno ꝙ ſub alio.
planeta inquā equaliter diſtās a centro terre.qn̄
planeta eſt in auge trāſeundo ſub vno ſigno:ha
bet maius ſpaciū percurrere ꝙ quādo eſt in op-
poſito augis.vt patet ducēdo duas lineas a cen
tro terre ad extremitates planete. quando ma-
gis elongātur ille due linee:tāto magis diſtant:
et mai⁹ ſpaciū imbibūt.ſed illa nō poſſunt ſalua
ri ſine epiciclo.igit̄ ſecūda cōcluſio vera. ¶ Ter
tia cōcluſio.oīa que dicunt̄ de ſole poſſunt meli⁹
ſaluari per eccentricū ꝙ per epiciclū.patet aſcen
ſus ſolis et deſcenſus varietas eclipſis in longi-
tudine poſſunt ſaluari per eccentricum.et ſi ei aſ
ſignet̄ epiciclus : erit ei inutilis. et licet hec cum
epiciclo ſaluari poſſent : epiciclus non habet̄ ſi-
ne eccentrico.alter ſuperflueret. ¶ Quarta con
cluſio.q̄libet alius planeta a ſole habet tam epi
ciclum ꝙ eccentricū. probatur de eccentrico. ta
lis planeta interdū aſcēdit ⁊ plus diſtat:interdū
min⁹ diſtat.hoc ꝑ eccētricū ſaluat̄ ex prima ꝯclo
ne huius q̄ſtionis. 2.pars patet de epiciclo.quili
bet alius planeta a ſole eſt interdū directus non
nunꝙ retrogradus et ſtationarius. hoc per epi-
ciclum et non eccentricū ſaluatur. ¶ Quinta cō
cluſio.nullius alius planeta preter lunam habet
motū condiſtinctū a motu deferētis et epicicli.
Probat̄ hec exceptiua quo ad duas partes am-
biguas.de tertia exponente non ambigit̄. alios
planetas habere aliū motū eſſet ſuperfluum. cū
omnia ſaluātur ſine tali motu. Et ratio eſt. Alie
planete habēt partes oīno ſimiles. ergo licet in
motu epicicli pars ſuperior ſit inferior et cōtra:
in idem redit.pars extracapta patet.de luna : ꝙ
ipſa habeat motū propriū condiſtinctū a motu
ſui epicicli et ſui deferētis patet.da oppoſitū:tūc
pars ſuperior lune appareret inferior ⁊ ſuperior
ad motū epicicli ſui.oportet ergo aſſignare mo-
tum propriū corporis lune contra motū ſui epi-
cicli equevelocē cum motu epicicli:vt pars ſupe
rior lune ſemper maneat ſuperior et inferior re-
ſpondēter inferior exiſtat. luna ergo mouet̄ cir-
culariter circa ſuum centrū:quod habet inter cō
uexum et concauū ſui epicicli.ſicut epiciclus qui
libet mouetur circulariter circū ſuum proprium
centrū quod habet inter cōuexum et concauum
deferentis. q̄admodū tota ſphera mouet̄ circa
ſuum centrū et deferēs circa ſuū:querat qui vo-
luerit pro mercurio multitudinē ſuorū orbium ⁊
pro alijs planetis ptholomeū in almageſti vel
georgium pirtachiū in planetarū theoricis. in-
ſtituto theologo ſat eſt pauca de lunaribus atti-
giſſe. ¶ Sexta cōcluſio. motus acceſſus et receſ
ſus(qui eſt ſoli octaue ſphere : ſcꝫ celo ſtellato:
peculiaris)cognoſcitur per illa que in prima que
ſtione huius diſtinctionis diximus: modo ſphe-
ram materialē ad hoc cōfectā habeas : ſine qua
vix materiā capies niſi bonā imaginatiuā ha-
bueris. ¶ Cōtra primā concluſionē arguitur.ex
hac ſeq̄tur ꝙ planete non mouent̄ vnico ſimpli-
ci motu circa terrā:ſed aſcendūt ⁊ deſcendūt: cō
tra ariſtotelem :primo de celo et mundo:ponen
tem corpori ſimplici ſolū motū vnum ſimplicem
cōuenire:qui ſunt aſcenſus / deſcenſus/ et circui
tio eque diſtanter a centro mundi. Aliqui dicūt
non eſt aſcenſus nec deſcenſus niſi in ſphera ac-
tiuorū et paſſiuorū.ſed ad rem loquendo dicitur
quod dictū ariſtotelis verificat̄ de totali orbe.
concedo ꝙ quilibet planeta aſcēdit et deſcendit
hos eccentricos et ꝯcentricos poſuit ariſtoteles
vt poſthac dicemus cōmentatorē introducētes.
¶ Secūdo.ex illa cōcluſione ſequitur:ꝙ plures
erunt celi ꝙ vndecimi: cuius oppoſitum videba
mur in queſtione prima dicere. ¶ Reſpōdetur.in
prima queſtiōe ſermo habitus de celo totali ita
ꝙ vnum celū reputatur omne req̄ſitū circa mo-
tum vni⁹ planete.⁊ ſic quinqꝫ orbes mercurij re-
putant̄ vnū celū illic celū.capitur collectiue : ita
ꝙ non ſequit̄ eſt vnum celū:ergo eſt vnum ens.
ad vnitatē entis amplius req̄ritur ꝙ ad vnitatē
vnius celi.ſicut ad vnitatē entis amplius requi-
ritur ꝙ ad vnitatē exterius nec perterrearis in
hoc ꝙ celum collectiue celum quod eſt vnū ens
includit et preſupponit. mentē accipe de nume-
ro celorū erant duo aſtronomi ariſtoteli cōtem
poranei que in numero celoꝝ digladiabātur ſcꝫ
cheſippus qui quinquagintaquinqꝫ orbes po-
ſuit:Odoſius vo pauciores poſuit.patet duode-
cimo methaphiſice.ſecundū cōmunē nunc viam

dandi ſunt. xxxij. celi patet. pꝛo quolibet plane-
ta alio a ſole ponendus eſt epiciclus et tres alij
oꝛbes. ergo quilibet planeta alius a ſole habet
tres partiales celos cum epiciclo: et ſic in toto
quattuoꝛ. et mercurius. 5. qui ſimul iuncti ſunt
celi. 28. et quattuoꝛ ſunt oꝛbes ſuperioꝛes: ſcʒ ce
lum ſtellatū nonum mobile / pꝛimū mobile / ⁊ ce
lum empireū. ergo in toto ſunt. 32. celi. ¶ Ter-
tio arguitur. Commētatoꝛ in. 2. de celo cōmen-
to. 25. et in pꝛīo cōmēto capite. 2. ⁊ duodecimo
methaphiſice cōmento. 45. negat hos cōcentri-
cos: dicēs illam opinionē eſſe impoſſibilē. quia
ex ea ſequit̄ vacuū inter ſcelestia et penetratio-
nem coꝛpoꝛū. ¶ Reſpōdetur negādus eſt cōmen
tatoꝛ. nullū modū pꝛo ſaluādis apparentijs ipſe
aduenit. ponēdo iſta: oīa ſaluātur. et licet in iuuē
tute modū omnia ſaluādi ſine iſtis pꝛomiſit: in
ſenectute (vt patet ī duodecimo methaphiſicē)
ſuper hoc deſperauit. ¶ Quarto arguitur. ex di
ctis ſeqtur ꝙ planeta non eſt fixus in ſuo oꝛbe: ſʒ
mouetur. cuius oppoſitū nititur ariſtoteles pꝛo-
bare in. 2. de celo et mūdo: et oppoſito ſemꝑ in
his quattuoꝛ queſtionibus inniti ſumus tanꝙ in
ſuſtentaculo. ¶ Reſpōdetur. Ariſtoteles de mo-
tu pꝛogreſſiuo loqtur. nulla ſtella habet pꝛopꝛiū
motū: nec aliquis planeta niſi luna: que pꝛopꝛiū
motū habet in ſuo epiciclo a motu epicicli diſtin
ctū. ſed tamen manet cōtiguus epiciclo ſicut epi
ciclus manet eccentrico contiguus. alij plane
te et ſtelle omēs mouent̄ ad motū oꝛbis ſui ſicut
clauus in rota plauſtri mouet̄ ad rotam. ⁊ luna
ſuum epiciclū nunꝙ egredit̄. ¶ Cōtra quintā cō
cluſionē arguitur pꝛobando ꝙ alij planete a lu-
na pꝛopꝛiū habent motū. ſol mane videtur ſalta
re. ¶ Reſpondet̄. ſol nō mouetur motu ſaltātiū:
ſed ſic apparet moueri ꝓpter motū vapoꝛū exi-
ſtentiū inter ſolē ⁊ oculū. noſtri tamen rurales ī
oꝛtu ſolis in paſchate arbitrātur ſolē ſaltare ob
gaudiū reſurrectionis. hic erroꝛ non eſt malus:
nec eum ab eoꝛum coꝛdibus emūgere conducit.

Continuando mate riā celo-
rum. Querit̄ an ſit aliqȯ ce-
lum aqueum. hec que ſtio nō
ē facilis captu quomō aqua
ſuper aliquos celos perma
neat quin deſcēdat. ⁊ ſi ibi
maneret: quid cōmodi affer-
ret. ¶ In oppoſitū arguit̄. di
cit ſcriptura geneſeos pꝛimo. dixit quoqʒ deus.
fiat firmamētū ī medio aquarū ⁊ diuidat aquas
ab aquis. vbi gloſa interlinearis in verbo aqua-
rum dicit quarū ſuperioꝛ pars in modū criſtalli-
ni lapidis cōgelata eſt: inferioꝛ in matricem re-
dacta. Damaſcenꝰ libꝛo ſecūdo. c. 9. dicit: ꝙ deꝰ
locauit ſupera aſtra et ſolē aquā. alias ab illo in-
genti feruoꝛe iamqʒ cōflagraſſet firmamentū: et
abijſſet in flamas. ſed quia celū non ſuſcipit pe-
grinas impꝛeſſiones: illud eſt modici momenti.
¶ Pꝛo ſolutione pono cōcluſiones duas. Pꝛioꝛ
eſt non eſt aqua eiuſdem ſpeciei cum aqua ha-
bemus ſuper firmamentum. non quin deus pōt
illic ponere aquā et ipſam cōſeruare perpetuo ſi
vellet: ſed quia non decet oꝛdinē vniuerſi poſita
eſt ꝯcluſio. ꝓ qua eſt ratio ante oppoſitū. ¶ In
ſuper. nobilioꝛa coꝛpoꝛa ſemꝑ ſunt ſuperioꝛa vt
ſuperius diximus. ſed nichil eiuſdem ſpeciei ſpe
cialiſſime cum vera aqua eſt nobilius igne. er-
go illic non eſt celū aqueum capiendo aqueum
pꝛout diximus. ¶ Secūda cōcluſio. illic eſt ali-
quod celū multū cum aqua cōueniēs: pꝛopterea
dicit̄ celum aqueum. ſicut ioannes dictus eſt he-
lias. illud celū eſt pſpicuum clarū ⁊ frigefactiuū:
licet non ſit foꝛmaliter frigidū a tribus celis ſu-
pꝛemis non eſt neganda influentia. per influen-
tiam niſi ſumus ꝓbare vnū celū quieſcēs in pꝛi
ma queſtione huius diſtinctiōis. ¶ Itē: ſcriptu-
ra dicit aquas eſſe ſuper firmamentū vt poſt op
poſitū diximus in pꝛīcipio queſtionis. et pſalmi
ſta benedicite aque que ſuper celos ſunt dn̄o. Et
alibi. Qui tegis aquis ſuperioꝛa eius. vel illic ꝑ
aquā opoꝛtet intelligere angelos ⁊ ſpiritualiter.
et hoc non. hanc viā retractat auguſtinꝰ. 2. libꝛo
retractat. c. 6. quā ante poſuit tertiodecimo cō-
feſſionū. vel aquā ſimilē aque noſtre in his infe-
rioꝛibus. et hoc non ex pꝛioꝛe concluſione. ergo
opʒ itelligere aquā ſic ſcd̄a ꝯcl̄o dicit. ¶ Inſup:
celū empyꝛeū dicit igneum methaphoꝛice. ergo
nonū celū et decimū dicitur aqueum methapho
rice. ¶ Contra pꝛioꝛē concluſionē arguit̄ aucto
ritate auguſtini. 2. ſuper geneſim ad litterā. q̇ vi-
detur velle ꝙ ſunt ibi aque quaſi vapoꝛaliter ſu
ſpenſe ad modū quo videmus eas ſuper iſtū ae-
rem inferioꝛē in loco nubiū. nec tēdūt ad inferio
ra ſicut nec iſte ꝙdiu vapoꝛaliter ſuſpenſe ſunt.
Similiter dicit in queſtionibꝰ ad oꝛoſiū queſtio
ne. 26. ¶ Reſpondet̄. dubie auguſtinus tranſit:
et modū tangit quo aqua illic poſſet conſeruari.
poteſt etiā aliter illic cōſeruari. celū eſt ſolidum:
quod nulla aqua diuidere poteſt. ¶ Secūdo ar-
guit̄ contra eandē concluſionē. eidē rei compe-
tit diuerſus modus ī diuerſis. ſicut oleum quod
aſcēdit in aqua et deſcēdit in aere. ergo lʒ aqua
in aere deſcēdat: ſuper celos ſtabit. ¶ Tertio ar
guit̄. homo eſt minoꝛ mundus: octauo phiſico-
rum. ſʒ in hoīe cerebꝛū eſt frigidum de natura
aque ſupꝛemū in hoīe. ergo congruū eſt ꝙ ita ſit
in maioꝛe mundo. ¶ Quarto arguitur. vi-
demus aliquos agiles ponere vitrū ferme ple-
num aqua in circulo ligneo: quē circulariter mo
uent ſuper caput: nulla gutta aque cadēte ꝓpter
celerē circuli girationē. ergo velox celi motꝰ im
pedit ne aqua cadat. ¶ Quinto arguit̄. diſtantia
coꝛpoꝛis naturalis impedit ipſum a ſuo loco na
turali: et eius inclinationē ad locū naturalē mi-
nuit. et ꝓpter hoc graue quāto magis deſcēdat
ad locū naturalē: velocius deſcēdit. ¶ Ad ſcd̄m
dicit̄: oleū eſt vnū mixtū participans de aere in
quo creſcebat habēs humidū aereū. ⁊ mixtū mo
uet̄ ſecundū naturā elemēti in eo dominātis. pꝛo-
pterea aſcēdit ſuper aquā: vt pauperes ſtudētes

olei penuriā habētes pariſij pꝛacticāt. ī aere de
ſcendit. quia de elemētis inferioꝛibus etiā parti
cipat. de ſicco terreſtri participat aqua eſt coꝛpꝰ
ſimplex. inſuꝑ diximus ꝙ aqua non poſſit celos
penetrare. ſed eſſet ſuꝑ celos ſuperflue. ad quid
illic deſeruiret. ¶ Ad tertiū dicit̄ non eſt idē in
minoꝛe mūdo et maioꝛe. coꝛ nobiliſſimum hoīs
membꝛū ſi eſſet in vertice capitis: ſuo caloꝛe nō
ſufficiēter in cetera membꝛa influeret: ſicut mul-
ti de ſole dicerēt inter planetas. oculi et ſenſus
poſiti ſunt in parte ſupꝛema tanꝙ ſpeculatoꝛes:
vt in cuſtodibꝰ vꝛbiū videre eſt. non eſt ſic in ma
ioꝛe mundo: in quo coꝛpoꝛa ſupꝛema ſunt nobi-
liſſima. ¶ Ad quartū dicitur. illa aqua in vitro
non eſt extra circulū. et ſic non eſt ad pꝛopoſitū.
circulariter mouēs aquā: ſemper eam tenet ſuꝑ
circulū: et artificioſū modū mouēdi aſſuefactio-
ne acquiſiuit. ¶ Ad quintū nego aſſumptū. ſem-
per grauitas extra ſuū locū naturalē appetit ip-
ſum adire. ſed ꝙ in fine motus celerius deſcēdit:
eſt pꝛopter duo. vnū pꝛopter impetū acquiſitū.
aliud eſt minoꝛ reſiſtentia medij. minus enim re-
ſiſtit pedale aeris ſue diuiſioni ꝙ̄ centum pedes
eiuſdē. ¶ Dubitat̄: an ī celis ſint ſex differentie
poſitionū: ſcʒ ante / retro / ſurſum / deoꝛſum / dex
trum / ſiniſtrū. ¶ Reſpōdetur. iſte differētie poſi-
tionū in aliquibꝰ ſumunt̄ ex natura rei: in aliqui
bus methaphoꝛice. In quibuſdā aīatis pꝛopter
diuerſarū operationū pꝛincipia ſumunt̄ ex natu
ra rei. ī alijs pꝛopter ſimilitudinē ad illa. Exem-
plū in aīali. in aīato pars per quā ſumit̄ augmē
tum: dicit̄ ſurſum: pꝛout eſt caput in aīali et ra-
dix in arboꝛe. homo eſt radix euerſa: cuiꝰ rami:
ſcilicet tibie: ſunt deoꝛſum que ramis arboꝛis re
ſpondet̄. et quia arboꝛ per radicē capit alimen-
tum: radix eſt ſurſum ex natura rei. In aīali ſu-
mitur dextrū in ea parte in qua eſt pꝛincipium
motus localis. in illa parte eſt plus caloꝛis ⁊ vis
motiua foꝛtioꝛ in illa parte eſt maioꝛ coꝛdis
influentia in caloꝛe: et maioꝛ epatis ꝓpinquitas
hinc manu dextera ſcribimus ⁊ percutimꝰ. pars
oppoſita eſt ſiniſtra. ⁊ licet aliquod ſit animal pa
raliticū vel homo magis vtens bꝛachio ſiniſtro
ꝙ̄ dextero: et mulieres multe et alioqui viri en-
ſem in latere dextero ferētes: vel indifferenter
vtraqʒ manu vtētes: vt aioth: vel dextera oꝛba-
ti. tamē vocamus partē illam dexterā per quam
cōmūiter homines operātur. et ita ī imagine ho
minis loqmur. partē anterioꝛē illā in qua vigēt
ſenſus: et partē oppoſitā poſterioꝛē appellamꝰ.
Ex his patet qualitercūqʒ homo ſituat̄ in ipſo
eſt ſurſum et deoꝛſum cum alijs quattuoꝛ differē
tijs poſitionū ex natura rei: in arboꝛe ſolū ſurſū
et deoꝛſum. in alijs autē partē celum verſus ſur-
ſum et partē oppoſitā deoꝛſum dicimus. ¶ His
ſuppoſitis dicit̄. in celo nō dantur iſte partes ex
natura rei: bene quidē ſimilitudinarie. celi mouē
tur oēs ab oꝛiente ad occidentē. et ſi inferioꝛes
ad occidentē: tamē pꝛimū mobile ſolū ab oꝛien-
te ad occidentē: quod inter celos motos eſt pꝛin
cipiū. hinc illa pars a qua motus ille localis inci
pit poteſt vocari pars dextera: et pars oppoſita
ſiniſtra. Pꝛo illo capiat̄ athlas celū circūuoluēs
ad imaginationē habēs caput in polo antarti-
co et pedes in polo artico: manū dexterā ī oꝛien
te: ſiniſtrā in occidēte faciē habēdo ad partē celi
que eſt ſuper noſtrū hemiſpheriū. huius gigātei
viri (de quo fabulatur ꝙ celū circūuoluat) diffe-
rentie poſitionū ex natura rei: methaphoꝛice ſi-
miles partes in celo menſurāt. ¶ Dubitat̄ vtrū
pars celi non ſtellata ſit a nobis viſibilis. Reſpō
detur ꝓbabiliter ꝙ ſic. pꝛobatio. q̄libet pars ce-
li eſt coꝛpus tranſparēs et luminis ſuſceptiua. et
celū eſt pꝛoductiuū ſpecierū eius. ¶ Foꝛte dicis
pꝛopter raritatē eius non videt̄. ¶ Cōtra. pars
rara lune minus de lumine recipiēs ꝙ̄ pars be-
ne illuminata etiam videt̄. ergo hoc nō ſufficit.
¶ Sed hic quis dicere poteſt. licet pars lune mi
nus illuminata videat̄: tamen eſt denſioꝛ parte
celi non ſtellata. ¶ Contra hanc reſponſionē ar
guit̄. ex ea ſeqtur ꝙ debemꝰ de nocte videre par
tes celi non ſtellatas ſicut de die in media nocte
ſol non magis diſtat a medietate octaue ſphere
que eſt ſuꝑ noſtrū hemiſpheriū ꝙ̄ exiſtēs ī oꝛien
te a parte octaue ſphere que eſt in occidēte. ergo
ſi partē celi non ſtellatā videremus de die: equa
liter eam de nocte videremus: quod eſt cōtra ſen
ſum. ¶ Pꝛeterea. licet ignis ſit luminoſus: nō vi
detur a nobis ꝓpter ſuam raritatē. ſʒ celū eſt ra
rius igne: cum ſit nobilius. ergo celū nō videtur.
¶ Reſpōdetur ī clara nocte videmus partes fir
mamēti: ſʒ non ita bene ſicut de die. qꝛ mediū in
quo ſumus nō eſt ita illuminatū. licet exiſtens in
tenebꝛis videat exiſtentē pꝛope candelā: ſi totū
mediū eſſet illuminatum melius ipſum videret.
etiā ſtelle ſunt magis viſibiles ꝙ̄ pars celi nō ſtel
lata. et minus viſibile ꝓpe magis viſibile viſum
multū actuans: minus videt̄. ¶ Ad ſcd̄m conce
do illud de igne qui eſt ſuper aerē. vides ignē in
foco tuo ꝓtinus aſcēdere: et ſuapte natura uit ꝓ
ficiſci in regionē ſuam. et ita faceret ſi non extin
gueret̄ ab aere. et quanto eſt maioꝛ tanto altius
aſcēdit quia non poteſt ita cito coꝛrūpi. ergo nō
tendit ſtare in aere: nec ſub eo. nec poteſt celos
aſcēdere: ergo ſtat ſub cōcauo oꝛbis lune. ſed ra-
ritas et diſtantia ignis facit ꝙ non videat̄. ſʒ ne-
go ꝙ celū ſit rarius. et cum inniteris illi ꝓbatio-
ni eo ꝙ celū eſt nobilius. hoc nō ꝯcludit. ſtella eſt
ita nobilis ymo nobilioꝛ ꝙ̄ pars ſui oꝛbis eiu ui
cina: et tamen eſt denſioꝛ pars oꝛbis. ſed ꝓpter
diſtantiā magnā et oꝛbiū ſpiſſitudinē ſatis cōfu-
ſe celū videmus. ꝙ altera pars melius ꝙ̄ altera
videatur (ſtante eadem ſerenitate medij) eſſe po
teſt ꝙ illa pars eſt alia denſioꝛ ⁊ plus luminis
imbibit: vt eſt galacia pars celi octaui parua-
rum ſtellarum congeries que a partibus gemi-
noꝛum venit regirans per pꝛincipium ſagitta-
rij in geminos: vt dicit ptholomeus in almage-
ſti libꝛo octauo capite. 2. dicitur via lactea a vul
garibus. Queſtio. vj.

hac falſa opinione decepta hec vera eē credunt:
et credendo a recta fide deuiant: ⁊ erroꝛe paga=
noꝝ iuoluūtur: cū aliq̄d diuinitatꝭ aut numinis

extra vnū deū arbitrant. quapꝛopter ſacerdotes
ꝑ eccleſias ſibi cōmiſſas populo dei omni inſtan
tia pꝛedicare debent (vt nouerint) hec omnino
falſa eſſe. ⁊ nō a diuino: ſed a maligno ſpiritu: ta=
lia fantaſmata mētibꝰ fideliuꝫ irrogari arbitra=
mur. ſiquidē ipſe ſathanas: qui trāſfigurat ſe i an
gelū lucis: cū mentē cuiuſcūqꝫ mulierꝭ ceperit et
hāc ꝑ infidelitatē ſibi ſubiugauerit: illico trāſfoꝛ
mat ſe in diuerſarū ſpecies ꝑſonaꝝ atqꝫ ſimili=
tudines: ⁊ mentē quā captiuatā tenet in ſomnijs
deludēs: modo leta: modo triſtia: mō cognitas:
modo incognitas ꝑſonas oſtendens: ꝑ queqꝫ de
uia deducit. ⁊ cū ſolus ſpiritꝰ hoc patit infidelis
hoc nō in aīo ſed in coꝛpoꝛe euenire opinat. quis
enī in ſomnijs ⁊ nocturnis viſionibus nō extra
ſeipſum deducere: ⁊ multa videt doꝛmiendo que
nunq̄ vigilando viderat. quis vero tam ſtultus
et hebes ſit qui hec omnia in ſolo ſpiritu fiunt
etiā in coꝛpoꝛe accidere arbitret: cum Ezechiel
pꝛopheta viſiones dn̄i i ſpū: nō in coꝛpoꝛe: vidit
et audiuit. ⁊ pꝫ Ezechielis. 3. et Paulus nō audet
dicere ſe coꝛpe raptum. Pꝛobatio ex ſecūde Co
rinthioꝝ duodecio capite liquet. ⁊ poſtea ſequit
oībus itaqꝫ publice ānūciandū eſt ꝙ q̄ talia cre
dit et his ſimilia: fidē ꝑdit. ⁊ ſeq̄tur ad pꝛopoſitū
quis ergo credit poſſe fieri aliquam creaturam
aut in melîꝰ aut in deteriꝰ imutari aut tranſfoꝛ=
mari in aliam ſpeciem vel in aliā ſimilitudinem
niſi ab ipo creatoꝛe q̄ oīa fecit ⁊ ꝑ quē oīa facta
ſunt: ꝓculdubio infidelis eſt et pagano deterioꝛ.
ex iſto capitulo patet ꝙ mulieres vulgo appella
te magice ſolis fantaſmatibꝰ ſeducūtur putātes
ſe erronee eq̄tare cū Diana vel Herodiade: et ꝑ
trāſire multa terraꝝ ſpacia. ¶ R̄ndet: hoc capi=
tulū nō vult negare (ſicut nec negare dꝫ) illa q̄ in
pꝛioꝛe ꝯclōne dicta ſunt. ⁊ in q̄ōne ſcđa diſtinct.
trigeſima q̄rta q̄rti ſententiaꝝ: ſed rep̄hēdit ma=
gicas aſſerētes pluries ita eē in re ſicut apparet
moꝛe anaxagoꝛe. 4. Methaphiſice. aſſerētꝭ oīa
q̄ apparēt eē vera. i multis ita ē. ⁊ ad ita aſſentiē
dū rōnabilit inducimur. ſed mulieres he magice
credūt realit Dianā eē ⁊ Herodiadē: ⁊ aliq̄d nu=
minis ineſſe eis. ⁊ hoc eſt hereticū. nō ſūt. ſꝫ erāt
male mulieres dū erāt. ⁊ moꝛtue ſūt. necdū reſu=
ſcitate. nec ē aliud pneuma niſi i ſolo deo vt dicit
ꝯciliū. Pꝛoptea mulieres ſunt heretice oppoſito
aſſentientes. ſed non ſemꝑ fallūtur aſſentiēdo ꝙ
multa terrarū ſpacia ꝑtrāſierīt a diabolo late /
in eq̄ / coꝛpe aſſumpto / vel ſine aſſumpto coꝛpe:
vt Auguſtinus. 18. de ciuitate dei. c. 18. dicit. Se
cundo falluntur he mulieres aſſentientes omnia
eis apparentia ſiue in vigilia ſiue in ſomno eſſe
vera. quod eſt falſum. Oppoſitum illius erroꝛis
oſtendit canō per Ezechielem et Paulum. Ter
tio errāt mulieres plurimū putantes demones
vnam ſpeciem in aliam poſſe trāſmutare ⁊ crea=
re. demon non poteſt creare vt in pꝛima queſtio
ne diſtinctiōis p̄me q̄rti ſniaruꝫ diximus. vel ca
piendo tranſffoꝛmare vel creare ad pꝛoducere:
demon non creat: ſed ſolum applicat actiua paſ=

ſiuis. in aliquibꝰ eſt ei facile: in aliquibus diffici
le ⁊ reuocatū i dubiū: vt in ꝓductione hominis
in vtero in aliquibus impoſſibile. ſi nullū eſſet ſe
men: non poteſt applicare actiua paſſiuis ad ge=
neratione: nec materiā nec foꝛmā ꝓducit. deus
autē omnia iſta facere poteſt: ⁊ trāſfoꝛmare rem
de ſpecie in ſenſum ad hunc feſtū ꝙ materia in=
foꝛmata vna foꝛma ꝓtinus poteſt alia foꝛma in
foꝛmari. ſicut aer in aquā tranſmutat: non autē
ꝙ illa res que eſt homo vnq̄ erit aſinus aut ecō=
uerſo. ¶ Huius q̄ſtionis abſoluendo materiā di
co: vulgus (⁊ potiſſimū inſtabiles mulieres) opi
natur ꝓmiſcue apparētia vera quas ioculatoꝛ fa
cile fallere poteſt dando eis in tempoꝛe ꝙ panis
aſcendit pꝛe menſa / vel pꝛe vaſe ſuper panem
poſito demōſtrat menſam et vas vacuū pane po
ſteā caute et artificioſe in leuādo imponit panē
ante depoſitionē vaſis ſuꝑ menſam. docti ſciūt
hoc impoſſibile per naturā: etiā anteq̄ erroꝛem
in particulari depꝛehendūt. aliqua ſciūt litterati
eſſe demoni poſſibilia vt pote mulierē ferre i coꝛ
poꝛe equi aſſumpto vel ſine coꝛpoꝛe. dando etiā
magice mulieri itelligere ꝙ dyana eſt pꝛeſens et
herodias dee vt magicas mulieres a fide ſedu=
cant. non eſt credendū quin gentiles erroꝛibꝰ de
monū ſeducti ſīt vt putarēt i eoꝝ ſimulacris ali=
quid diuinitatis i eſſe vt recitat auguſtinꝰ. 18. de
ciuitate dei de auibꝰ diomedijs alienigenas per
cutientibus grecis blandientibꝰ vt vulgo darēt
intelligit diomedem fuiſſe ad populū decipien=
dum. permiſit autē deus demonē pꝛedicere ſub=
uerſionē cuiuſdā tēpli Serapis in babilonia: et
ita euenit de quo mentionē facit auguſtinus i li=
bꝛo de diuinatione demonū ꝯtra paganos. ſimi
liter refert marcus tullius in libꝛo de diuinatiōe
regem tarquinū interrogaſſe quendā magū vtrū
poſſit fieri illud qꝺ ipſe cogitabat. mago rn̄den=
te ꝙ tarquinus dixit ſe cotem nouacula pꝛe=
ſcindi poſſe. ꝙ ſpectante populo magus exple=
uit. ¶ Ad illud vltimū dicit. demō ſibi relictꝰ po
teſt cognoſcere ſecreta coꝛdis alteriꝰ. et dato ꝙ
demon non ꝑcepiſſet cogitationē tarquini cum
tarquinus dicebat ſe hoc cogitare: poterat de=
mon illud apparēt et fantaſtice et etiā vere exe
qui. parū eſt demoni lapidē partire. ꝙ illa virgo
veſtalis de cuius coꝛruptione q̄ſtio vertebat. de
qua valerius loquit ferret ſuppoꝛtare aquam a
tyberij tribunō non eſt mirandum demon pote
rat illud facere apparenter: vel vere aquam. ꝙ
iſti magi faciūt vel mage: dūmodo vires huma=
nas trāſcēdit: arte denominata fit. ſic ꝙ epidau
rius eſculapio nauiganti romam comes adheſit
non eſt mirandū. demon in ſpecie ſerpentis hoc
facit. ſicut linguā ſerpentis mouebat ad loquen=
dum eue poteſt nauim tenere immobilē vel ho=
minē vel huiuſmodi. ita erat de appolline reſpō
ſa dante et ſimilibus. nulli dubiū eſt. gentiles nō
eſſent illuſi ſine aliqua apparētia. ſed ſi faciat ꝙ
in ſe eſt: deꝰ eum illuminaſſet. nec debebat talibꝰ
figmētis fidē adhibere vllā. cū arte demonū hec

omnia fieri poſſunt. nō autem moꝛtuus reſuſcita
ri vel ſol in ſuo circulo retro cedere: que deus fa
cit. hec de magicis et mulieribus ꝑditiſſimis. et
annecto in q̄ſtione pꝛecedēti dicta: ꝙ cum aſtro=
nomijs iudiciarijs in his que liberū arbitriū cō=
tingunt nō habeas cōmertiū vllū: vel ſi ſe ponāt
ad dicēda illa que naturaliter dicere nō poſſunt.
fatū paganoꝝ dea nullū ē hoīeꝫ ad hoc vel ad il
lud neceſſitās / attropos / lacheſis / et cloto / ſunt
poetaꝝ figmēta delirū vulgꝰ dicit: ſi fregiſti tibiā
hoc erat tibi fatatum ante camiſiam vel veſtem
foꝛtuna nichil aliud eſt q̄ agens ſecundū ꝓpoſi=
tū. i aliq̄d aduenit p̄ter eiꝰ itētionē volūtas. ⁊ eſt
hoīs vel ipſe homo vel angeli: et illud qꝺ adue
ait agenti ſecundū pꝛopoſitū pꝛeter intentionē /
dicitur foꝛtuitū ſeu effectꝰ foꝛtuitus. ſicut ille cui
aduenit dicitur eſſe foꝛtuna vt hominis volun=
tas / vel homo realiter. voluntas angeli reali=
ter eſt angelus. et eſt caſus / ſiue ſit agens na=
turale ſiue a ꝓpoſito pꝛeter intentionē. vt ſi tri=
poda cadat ei facta eſt fides: hoc eſt a caſu tripo
da grauis per ſe tendit ad centrū. ꝙ cadit ſic di=
ſpoſita ꝙ homo poſſit in ea ſedere: hoc eſt caſua
le. ¶ Ex quo ſequit: ꝙ foꝛtuna eſt cauſa per ſe re
ſpectu vnius effectus: puta reſpectu effectus in=
tenti ab agente: vt foꝛtes reſpectu foſſionis ter=
re et eſt cauſa per accidens vel foꝛtuna reſpectu
theſauri intenti. quia hoc non intēdebat. ſi hoc
intendiſſet: reſpectu illius voluntas nō fuiſſet foꝛ
tuna. ¶ Ulterius ſequit. bona foꝛtuna nil aliud
eſt ꝙ agens ſecūdū ꝓpoſitū cui aduēit aliq̄d in
poteſtate noſtra notabilis bonitatis p̄ter inten=
tionē / ſiue in aſſecutione boni / ſiue in euitatiōe
mali: vt ſi quis inter ſirtes affrice cōſtitutus ſo=
ſpes euaſerit: hunc bene foꝛtunatum dicimus. ꝙ
vnus ſit magis foꝛtunatus q̄ alter: nō eſt ꝓpter
aliq̄d intrinſecū aīe hominis inexiſtens: ſic ꝙ nō
alteri. ſꝫ ꝓuenit ex deo ſic diſponētē: poteſt ta=
men eſſe inclinatio in coꝛpoꝛe hominē inclinās
ad aliquid faciēdū per ſe: cui aliq̄d notabilis bo=
nitatis pꝛeter intentionem euenit.

Decimo de luminaribus loquen=
dum eſt. quia dicitur geneſis pꝛi
mo. fecitqꝫ deus duo luminaria
magna. luminare maius vt p̄eſ=
ſet diei: et luminare minus vt p̄eſ
ſet nocti. queritur an luna ſit lu=
minare minus. et arguitur ꝙ non. non habet lu=
men a ſe: ſed ſuſcipit a ſole. ergo non eſt lumina=
re. et per conſequens non eſt luminare minus. ſi
aqua non eſt potus non eſt potus humidus: pꝛi=
mo pꝛioꝛū. antecedens patet. ſemper luna habet
coꝛnua ſua ſoli oppoſita: et partem ſolē verſus il
luminatā. ergo recipit lumen ſuum a ſole. in op=
poſitū eſt littera geneſis. ¶ Pꝛo ſolutione que=
ſtiōis ponit hic ꝯclo affirmatiua. luna ſuū lumē
a ſole recipit. patet per iſtud vulgare: in oīm oꝛe
a phebo phebe lumen capit. ꝯclo pꝛobatur etiā
per argumentū in arguēdū. 3. ꝓbat ꝯclo quādo
luna cadit in vmbꝛa terre: ſic ſcꝫ: ꝙ radij ſolares

non poſſunt ad lunã ꝑtingere: tunc eſt deliquiũ lune. vt quãdo ſol eſt in capite dꝛachonis ⁊ luna in cauda vel contra. ergo ſignũ eſt qꝺ luna ſuſcipit lumen a ſole. loquoꝛ de magno luĩe qꝺ ſuſcipit. in vera eclipſi aliquid lucis videtur. ergo aliquid lucis ſuapte natura habet et per cõſequens lux et lumẽ eidem ſubiecto inherent. ſed cũ non ſint eiuſdẽ ſpẽi ſpecialiſſime: non ꝯſtituũt aliquã vnam foꝛmã. ¶ Iſtis ꝓbatis ponam aliqua coꝛrelatiua: ſiue ſequatur ex dictis ſiue addito ſiue cum manifeſte notis: nõ infert. pꝛ̃o ſequit ꝙ luna plus illuminat a ſole in cõiunctione q̃ in oppoſitione pꝛioꝛ luna eſt ꝓpinquioꝛ ſoli in cõiunctione q̃ in oppoſitione. ſed om̃e agẽs naturale plus agit in ꝓpinquum q̃ in diſtans actiõe directa. intelligendo intelligenda.

¶ Scꝺo ſeq̃t cũ ope vniꝰ cõiter ꝯceſſi maioꝛ ps lune illuminat in hyeme q̃ in eſtate cõe cõceſſuꝫ eſt: ꝙ ſol eſt in auge ſui eccentrici ĩ eſtate et ĩ oppoſito augis in hyeme. Et ex conſequenti ſequitur. maioꝛ eſt vmbꝛa terre in eſtate q̃ in hyeme. quia minus de terra tunc illuminat. et vlterius ſequitur ꝙ eclipſis lune ẽ maioꝛ ĩ eſtate q̃ ĩ hyeme. ¶ Amplius ſeq̃tur ſemper vna medietas lune illuminatur. pꝛobatio. in oppoſitione vna medietas puta illa que eſt pꝛope nos illuminat et tunc maxime a ſole diſtat. ergo alio tempoꝛe plus illuminat. ¶ Ultimo patet: in cõiunctione luna ob duas cauſas nõ videt. vna qꝛ cõbuſta eſt ſub radijs ſolis: ſecunda quia ſolum tunc pars ſuperioꝛ illuminatur: et inferioꝛ occultate ſuperioꝛis partis lumẽ pꝛioꝛ iſtarũ cauſarũ põt impugnari. alij planete vel ſtelle nõ videñt de die q̃tũcunqꝫ a ſole diſtent. luna autẽ de die videtur.

¶ Cõtra hanc cõcluſionẽ arguitur ſic. alij planete neqꝫ ſtelle recipiũt lumen a ſole. g̊ neqꝫ luna ꝯña tenet. videtur equalis ratio. Et antecedens patet. quia ſequeretur ꝙ oẽs alij planete eſſent equaliter coloꝛati cum luna: quod eſt contra experientiam. Saturnus eſt plumbei coloꝛis: iupiter eſt ſtamnei coloꝛis. mars coloꝛis calibei. Sol habet coloꝛẽ aureũ. venus cupꝛeũ. mercucurius argẽti viui. ⁊ luna habet coloꝛẽ argenteũ ¶ Reſpõdetur. lꝫ auicenna et macrobius tenuerunt ſolũ lunã ſuſcipere lumen a ſole: tamẽ modus ariſtotelis in ꝓpꝛietatibus elementoꝝ videtur rationabilioꝛ de omnibus ſtellis et planetis quia cũ ſol illuminat lunã et terrã et multo plus deberet mediũ trãſparẽs interpoſitũ illluminare. ergo inane eſſet ꝙ mercurius et venus et ceteri planete et ſtelle exiſtentes in ſphera illuminationis ſolis haberent lumen ex ſe. natura nichil facit fruſtra. ſed per tãtã diſtantiam põt illuminare ſol. cõcedo illas experientias de planetis. non ꝙ ſint coloꝛati. coloꝛ eſt qualitas ſecũda ſequẽs actionẽ qualitatũ pꝛimarũ que nõ reperiuntur in celo. ſꝫ videtur tales coloꝛes ſicut nũc recitauimus. ſicut vidẽtur coloꝛes in iride: et tamen de facto nulli ſunt illic. lumen videtur habere talẽ coloꝛẽ ſecundũ naturã ſui ſubiecti. vel dicat ꝙ alij planete habent lumẽ debile qꝺ repꝛeſentat talem coloꝛẽ. ſed intenſum lumẽ recipiũt a ſole. ¶ Secundo arguitur cõtra hanc cõcluſionem. ſi alij planete et aſtra ſuſciperẽt lumen a ſole ſequeretur ꝙ debẽt apparere arcualis figure / et pꝛoijciere coꝛnua admodum lune. conſequẽs eſt contra experientiam. ¶ Pꝛeterea ſeq̃tur ꝙ venus et mercurius debẽt eclipſare ſolem ſicut facit luna. cõſequens experimẽto dignoſcitur falſum. ¶ Ad has rationes reſpõdetur negãdo ſequelã. alij planete ſunt coꝛpoꝛa tranſparentia et vniformiter ſuſcipiũt lumen ſolis et ab eo illuminãtur. non autẽ ſic eſt de luna. ¶ Tertio arguitur. ſi luna ſuſcipiat lumẽ a ſole debet eſſe equaliter illuminata. conſequens eſt contra experientiam. cõſequẽtia pꝫ. luna eſt coꝛpus vnifoꝛme et eiuſdẽ ratiõis in toto. ¶ Reſpõdetur negãdo ſequelã. et ad ꝓbationẽ varie erant philoſophoꝝ reſponſiones. vna ꝙ luna attrahit ad ſe humida ſicut inferius in hac diſtinctione dicemus de fluxu et refluxu maris. eſt quidã vapoꝛ qui occultat aliquã partẽ luminis ipſius lune. alia reſponſio erat ꝙ illa macula eſt q̃dam imago repꝛeſentatiua aliquoꝛũ coꝛpoꝝ mõtiũ vel huiuſmodi. nam luna eſt coꝛpus politum ⁊ ſpeculare. quare coꝛpoꝛa per quandã ſpecierũ reflectionẽ vidẽtur in luna qualiter coꝛpoꝛa in ſpeculo reflexe. neutra illarũ poſitionũ valet. non pꝛioꝛ. quia tunc nõ deberet apparere nobis ſemper illa macula vnifoꝛmiter: contra experientiam. cum interdum eſſet maioꝛ interdũ minoꝛ vapoꝛ attractus. nec valet ſecũda via. qꝛ ſpeculo moto imagines apparent in alio ⁊ in alio loco. ſed ꝑ motũ lune non apparet illa macula ĩ alio et ĩ alio ſitu. inſuꝑ. tunc imago totiꝰ terre deberet apparere in luna qꝺ eſt falſum. ¶ Aliꝰ eſt modꝰ cõmẽtatoꝛis rõnabilis quẽ omnes ſequuntur. ꝙ luna eſt diuerſarũ rationũ quo ad ſuas partes. vna pars eſt alia denſioꝛ. et illa pars magis illuminatur. alia eſt pars minꝰ denſa. et illa non tantũ ſuſcipit de lumine. ſufficit tamẽ obtenebꝛare aliũ planetã. ſicut in alabaſtro videmꝰ. pars denſa vel nõ tranſparẽs apparet valde alba: alia que eſt tranſparẽs ad modum vitri eſt obſcura et ad nigredinem tendit. ⁊ ad rationẽ ſecũde opinionis dicitur. non ſufficit ad reflexionẽ coꝛpus eſſe politũ. patet ĩ ſpeculo non plũbato ĩ doꝛſo: vel in ſufficiẽti ſpeculo pꝛopter nimiã diſtantiã ab obiecto vel a viſu. ego in poꝛta collegij noſtri nõ video me reflexere ꝑ ſpeculũ in poꝛta collegij remẽſis. colligit g̊: licet luna ſit eiuſdẽ rationis entitatiue vt alabaſtrũ: nõ tamen eſt eiuſdem rõnis accidẽtal'r quo ad denſitatẽ luminis ſuſceptionẽ. ¶ Circa hanc queſtionem dubitatur quare luna a ſolis cõiunctione recedẽs: quandoqꝫ citius quãdoqꝫ tardius nobis appareat. ¶ Reſpõdetur. triplex ẽ ratio. pꝛima obliq̃tas zodiaci ⁊ oꝛizontis. ſi ſit coniunctio ſub ecliptica ĩ medietate que eſt a fine ſagitarij ad finem geminoꝛũ: tunc cu ſol occidẽdo in oꝛizonte fuerit plures gradus ecñt in circulo reuolutõnis lune a luna ad oꝛizontẽ q̃ de zodiaco a luna ad ſolem: ideo ĩ climatibus ſeptẽtriõalibꝰ citius videri poterit q̃ ſi in alia medietate eſſet ſecunda cauſa eſt latitudo lune ab ecliptica. ſi enim poſt coniunctionẽ in latitudinẽ ſeptemtrionalem mouebitur: citius a nobis videri poterit q̃ ſi latitudinẽ meridionalẽ moueret. tertia eſt velocitas motus lune. cum ſcꝫ eſt in ſuperioꝛi parte epicicli cum omnes iſte cauſe cõcurrũt: luna vetus ⁊ noua in eodẽ die apparebũt. Si autẽ due cauſe inueniantur: in ſecundo die poſt cõiunctionẽ videbitur luna. ſed vna tantũ: in tertio die videbitur et ſi oppoſita oĩm eueniãt. in quarto die videbit. ſolis deliq̃ũ fit ĩ ſola cõiunctione per lũe interpoſitionẽ inter nos et ſolẽ. et ſolũ eſt obũbꝛatio et abſcõſio luminis ſolaris. et non eſt vniuerſalis: ſꝫ ſolũ his q̊ ĩ vmbꝛa lune ſunt lune eclipſis eſt in oppoſitione quãdo terra diametraliter interponitur inter ſolẽ et lunã. quando alterũ luminariũ eſt in capite dꝛachonis et aliud ĩ cauda. deferens epiciclũ lũe ab ecliptica declinãs / ĩꝑ aꝫ eclipticã in duas interſecat partes. et ſic due ſunt interſectiones: quarũ altera caput: alia vero cauda dꝛachõis dicitur. cum ſol ſemper ſub ecliptica moueatur: luna aũt declinat nunc ad auſtrum / nunc ad ſeptemtrionez / nunc ſub ecliptica / vel pꝛope eam. duobus pꝛimis modis in oppoſitione non cadit in vmbꝛa terre: ſed illuminatur / ergo non in quolibet menſe eſt eclipſis lune. et licet terra diametraliter qualibet nocte ponat inter ſolem et aliquas ſtellas fixas: ſtelle tamen non patiuntur deliquiũ. ratio. quia vmbꝛa terre ad ſtellas fixas non pertingit. vmbꝛa terre eſt piramidalis. cum ſol terrã centies ſexagies ſepties et tres eiꝰ octauas ꝯtineat ex quinto almageſti: opoꝛtet ꝙ vmbꝛa ſit piramidalis: et tandẽ finita: vt ex. 22. pͥme ꝑſpectiue patet. terra autẽ dicit cõtinere lunam trigeſies nonies et fere quartã eius. et per cõſequẽs ſol luna eſt maioꝛ ſexies millies ſexcenties quadragies quater: et inſuper continet medietatẽ eius. non ꝑtranſit ſpheram mercurij ⁊ ꝑ cõſequens vmbꝛa terre cõtinebit ſolũ in longitudine. 542750. milliaria. qꝛ ponit tota diſtãtia a ſuperficie terre ad cõcauũ oꝛbis lune continere milliaria. 107412. diſtantia a ſuperficie terre ad cõuexum oꝛbis lune milliaria ꝯtinere dicitur. 208542. ¶ Hactenus quomodo luna capit lumen a ſole. et hoc non dicit luminare. tum qꝛ multũ luminis a ſole recipit. qꝺ a nobis ꝓpter lune vicinitatẽ percipitur. tum qꝛ lumen remiſſum potius lucẽ de ſe hꝫ per ſuũ lumẽ mirabiles ĩ his effectꝰ ĩ his ĩferioꝛibꝰ. ĩ oppoſitione ⁊ cõiunctione plus mouet aerẽ q̃ in aſpectibus vti videmꝰ. cõiunctionẽ aſpectũ ꝓpꝛie loquẽdo nõ dicimus. ſextilis / terinꝰ q̃rtꝰ / et oppoſitio / ſunt aſpectꝰ. ſi ꝑ duo ſig hoc ẽ ꝑ ſextã partẽ zodiaci planete: diſtant: eſt aſpectus ſextilis. et dicitur aſpectꝰ amicitie imperfecte. ſi aũt per tertiã ptẽ zodiaci: hoc eſt per quattuoꝛ ſigna: trino aſpectu ſe aſpiciunt q̊ aſpectꝰ ꝑfecte amicitie dici ſolet. ſi vero ꝑ quartam partẽ zodiaci: idẽ eſt per tria ſigna: eſt aſpectꝰ ĩimicitie ĩperfecte. oppoſitio eſt aſpectꝰ ꝯrietatis. planete dicũt aucti lumine quãdo ꝑfecte a ſole recedũt vel ſol ab eis: muniti lumĩe qñ ad ſolẽ accedũt. qñ ad duodeci g̃dꝰ vl' ad. xv. g̃dus appꝛopinquãt: cõbuſti dicuntur. et tunc ꝯiunguntur: licet non in eodẽ gradu. quo fit planeta non dicit augeri lumine: quia plus luminis habeat: ymmo oppoſitũ eſt verũ. ſed a nobis plus luĩs percipitur. ¶ Dubitat. 2. et finaliter circa hanc materiam. an ſol et luna creati ſunt in. 4. die.

¶ Reſpõdetur affirmatiue. patet per litterã geneſis. dixit autẽ deꝰ. fiant luminaria in firmamẽto celi: vbi ĩ capit ꝓ ſub. ſicut dicit ſol eſſe in tauro vel in cancro. et paulopoſt ſequitur circa eandem ſententiam ⁊ factus eſt veſpere ⁊ mane dies quartus. ¶ Sed contra hoc arguitur. hec cõcluſio pugnat cum litterã pꝛecedenti eiuſdẽ capituli. vbi dicit. fiat lux ⁊ facta eſt lux et vidit deus lucem ꝙ eſſet bona et diuiſit lucem a tenebꝛis: apellauitqꝫ lucẽ diẽ et tenebꝛas noctẽ: factũqꝫ eſt veſpere et mane dies vnus. et nõ fuit dies ante pꝛoductionem ſolis et lune. ergo luminaria pꝛimo die creabantur.

¶ Ad iſtud varij vario modo reſpondent aliquibus dicentibus ꝙ pꝛimo die creauerit nubeculã. et illam coꝛrupit quarto die et pꝛoduxit ſolem. Alijs dicẽtibus ꝙ mutauit illam nubem in ſolem. Tertius eſt modus beati dionyſij. 4. capite de diuinis noĩbus: quẽ credo rationabiliorem: ꝙ ſol erat pꝛimo die creatus. et ad obiectionem in oppoſitũ qua dicit creatus quarto die. diſtinguo. vel quo ad eiꝰ motũ pꝛopꝛiũ mouẽdo ab occidẽte ad oꝛientẽ. ⁊ ſic concedit. vel de nouo quo ad ſubſtantiã. et ſic negat. ille eſt modus loquendi ſatis vulgatus in ſcriptura et in modo loquẽdi Danielis quarto ſcribit. dixit nabugodonoſoꝛ rex babilonis: nõne hec eſt babilon ciuitas magna quã edificaui: et tamẽ minos et eiꝰ vxoꝛ ſemiranis (vt diodoꝛus ſiculus ⁊ hiſtoꝛie teſtantur) illam vꝛbem erexerũt vl' nẽbꝛotus ante eos inchoauit Geneſis vndecimo. Eſt modꝰ vulgaris loquẽdi: ſi quis pꝛĩceps aliquẽ inopem de pulueribus erigat: talẽ talis pꝛĩceps fecit. verum ſic deus dedit ſoli et lune moueri ſuapte natura ab occidẽte in oꝛientẽ motibus ꝓpꝛijs iſto die / et pꝛimo die ante ſol et luna et ſphere inferioꝛes mouebant motu raptus ab oꝛiente in occidentẽ. ¶ Ex iſto ſequit ꝙ quartꝰ dies erat maioꝛ pꝛimo die. 2. vel. 3. loquoꝛ de die naturali. de artificiali non eſt queſtio. Pꝛobatur coꝛrelariũ. dies naturalis eſt tempus quo equinoctialis facit vnum circulũ ab oꝛiente ad occidentẽ cũ tanta parte quanta interim ſol motu ꝓpꝛio ꝑtrãſit ab occidẽte in oꝛientẽ. ymmo quartus dies exuperat pꝛimum in vna quinta parte vnius hoꝛe. Quod patet. cum ſol facit vnũ circulũ ab oꝛiente in occidentẽ viginti quattuoꝛ hoꝛis: ꝑtranſitur ſignũ in duabus hoꝛis. ⁊ cuꝫ quodlibet ſignũ zodiaci habet triginta gradus: quindecim gradꝰ

equinoctialis:qui vniformiter aſcēdit:valēt vnā
horam.et cum ſol faciat vnam reuolutionem ab
occidente in orientem in trecentis et ſexaginta
quinqʒ diebus et quadrante vnius diei : vnum
gradū pertrāſit in die contra firmamentū .vnde
ſi ſol hodie ortꝰ eſt ī primo gradu ſigni tauri:qui
gradus reſpōdet a puncto equinoctialis: quādo
redibit punctū eq̄noctialis a.non erit dies quo
uſqʒ ſecundus gradus tauri aſcendat.

Vndecimo de cometa et eius
ſignificatione loquendū erit.
quia philoſophi et aſtrono=
mi dant aliquā cauſalitatem
comete ī his inferioribꝰ: que
fortaſſe comete non cōuenit
propterea quero hunc que=
ſtionis titulum. an cometa ſi
gnificet mortes regū. ¶ Pro queſtionis ſolutio=
ne notandū venit ꝙ cometa nichil aliud eſt q̄ꝫ ex
halatio viſcoſa ignita eleuata a terra ad ſupre=
mam regionē aeris cum qua circulariter mouet
Iſto notato: ponam ɔcluſiōes circa eſſentiā co=
mete:poſtea circa eius ſignificationē : quia illud
principaliter īquirimus. ¶ Pria cōcluſio:come
ta nō ē ſoniphaſis:hoc ē cōgregatio ſtellarū er=
rantiū ſimul que lumen ſuum ad ſe mutuo diffun
dunt ſicut dixerunt anaxagoras et democritus:
licet illam appollinus inſecutus eſt : vt dicit ſe=
neca in libro de naturalibꝰ q̄ōnibꝰ. ¶ Scōa ɔclu
ſio: cometa non eſt vna de ſtellis errātibus ſicut
dixerunt ithali pithagorici : qui non ſine colore
dixerūt.ſtella erratica interdū ſoli cōiūgit. ⁊ tūc
nō videt.ſic raro Mercuriꝰ ꝓpter ſolis vicinita
tē videt.interdū a ſole diſtat:⁊ tunc videtur.
¶ Tertia ɔcluſio.Cometa nō ē ſtella erratica ſic
dicit Ipocras thins.ſed vltra pithagoricos di=
xit ſol eleuat vaporem ſub tali planeta:tūc lumē
planete refrāgit ī hmōi vapore:⁊ apparet coma
q̄ tñ pars comete nō eſt:nec eſt ei cōtigua. ſed ꝙ
ſic apparet ꝓuenit ꝓpt̄ diſtātiam nimiā.he tres
cōcluſiones patēt ꝑ reprobatiōes Ariſtot.1.Me
theoroꝝ. ¶ Quarta ɔcluſio.Cometa realr̄ ē ex=
halatio calida viſcoſa ⁊ ignita cōtinuo mota cir
culariter in aere ad motū aeris vel influentie ce
leſtis.materia nō tota ſimlr̄ īcēdit:ſʒ ſucceſſiue.⁊
alia exhalatio interdum eleuat a terra: ⁊ ꝓpter
ea cometa diu interdū durat:ſicut lumē ī lāpade
ꝑ appoſitionē noui olei.durare dr̄ ad octuagita
dies.Seneca dicit ad mediū annū.ſed ab anti=
quis experimētatoribꝰ hoc nō legimꝰ: quibꝰ me
rito in hac parte p̄ſtanda eſt fides.ad minꝰ ꝑ.7.
dies durat.ꝙ aliter et aliter coloret : vel in ma=
gnitudine et paruitate differat:prouenit a mate
ria viſcoſa ex qua gñatur:q̄ interdū eſt maior:in
terdū vero minor.de ſig̃tiōe Comete poſſumus
phiſice loqui vel aſtronomice ſicut mathemati=
ci loquūtur.et(vt puto)etiā theologice et ſm ve
ritatem alit̄ ab his. ¶ De his ponit. 5. cōcluſio.
Cometa ſig̃t vētoſitatem et ſiccitatem in his īfe
rioribus.ꝓbatur cōcluſio.tpe q̄ gñatur cometa
eſt intenſa caliditas.ita ꝙ aliq̄ ꝑtes ſimilis ma=
terie manēt in aere ex quibus generātur venti.
¶ Sexta cōcluſio.cometa ſig̃t terre motum et
maris inundationē.ꝑ exhalationē in viſceribus
terre incluſam fit terremotus.et ꝑ ventū cōmo=
uetur mare.⁊ a locis ſubterraneis erūpit aliqua
ꝑ exhalationes. ¶ Septima cōcluſio. Cometa
ſig̃t mortē regū ⁊ policiarū mutationes.Hāc cō
cluſionē ponit Ariſtoteles qui phiſice regularit̄
in talibꝰ ꝓcedere ſolet.eandē cōcluſionē ponūt
aſtronomi vt vidē potes ī ſcōa ꝑte q̄driꝑtiti ptho
lomei in varijs capitibꝰ:et ī hali habērodan cō
mētatorē eius.Ariſtoteles ꝑ hiſtorias cōcluſio=
nē probat.Et aliqui nitūtur hoc aliter colorare
ſic in lumine naturali.ꝓpter exhalationes cali=
das et ſiccas hoīes fiunt colerici.et furioſi et mo
uentur ad bella:et reges viuunt crapuloſe ⁊ de=
licate:et habent corꝑa delicatiora.et ꝑ ɔñs mo=
biliora.modo ſcōm Ariſtotelē in libro phiſono=
mie:aīa corporis ɔplexionē inſequitur.ergo fiūt
magis colerici/ergo citiꝰ moriuntur. Secundo
arguitur ad idem.fiunt tūc cōiter bella.et reges
interſunt ⁊ occidūtur.ergo cometa eſt ſignū mor
tis regū.Aſtronomi dicūt cometas eſſe de natu
ra aſtrorū: et nouē cometarū maneries enume=
rant:quorū noīa ſequūtur/veru/tenaculū/perti
ca/miles/dñs aſcone/aurora/argentum/roſa/
et nigra. Ueru eſt horribilis aſpectu: et vadit
prope ſolem et ſignificat mutationem fructus ⁊
regū mortalitatē et diuitū . Miles ē ex ɔplexiōe
vētris : et eſt magnus ad modū lune:et habet co
mas.⁊ radios fundit poſt ſe. tunc ſurgēt homies
qui volūt mutare legē.dñs aſcone eſt ex comple
xione mercurij ceruleus et paruus et cauda eius
longa.et in parte in qua apparuerit cauda bellū
ſignificat et regū mortē.archidiuinator albuna=
ſar ſecundum ſigna ʒodiaci iudicat:et aliqua ſua
dicta ponam.dicit: ſi apparuerit aliqua ſtella co
mata in equidiſtātia ſigni arietis: ſignificat mul
ta bella in regionibus diuerſis/deſtructionem
magnatum et infimorum eleuationem.et ſi ap=
paruerit ī parte orientis et ſol eque diſtet ſigno
arietis : ſignificat illud odiū cadere inter ciues
perſe:et plures regiōes obedire regi babilonis
Et ſi apparuerit aliqua ſtellarū comas haben=
tium in directo libre:ſignificat mortē quorundā
regū ī parte occidētis.Et ſi apparuerit ī directo
piſcium:ſigna erunt et prodigia. ⁊ religioſi inter
ficient ſe adinuicem. Dō comete iſte habeant
hanc naturalē ſig̃tionē reſpectu mortis regū/ et
principū:non opinor.rationes phiſice ꝙ come=
ta ſignificet mortē principū nichil valent.et ra=
tio eſt. reges vt viuunt intemperantius q̄ꝫ mille
alij in regno:nec ſunt magis colerici : nec ſunt
melius cōplexionati. frequēter aliqui eorū ſunt
rudes et ebetes . nec ſunt delicatius alij . multi
ſunt et cōſules et beneficiati viri in gallia ita be
ne paſti ſicut rex. et delicate ali nichil facit. an
pro magna calefactione aeris reges ⁊ homines
inſanient: et an non poſſunt cōponere mors nec

communiter eunt reges in proprijs ꝑſonis ad
bellū.et ſi eant:ſunt magno milite et forti ſtipa=
ti.ergo ſi mors ſuper reges cadat tēpore comete
oportet aliā dare cauſam.de ſtulto illo archidi=
uinatore albumaſare et aſtrologis iudiciarijs lo
qui non oportet.ſectas/fidem/et omnia in aſtra
cōuertūt.⁊ ſignanter iſte maleficus potius q̄ꝫ phi
loſophus albumaſar: vt videre eſt in libro de ma
gnis cōiunctionibus.Conformiter ad hoc loqui
tur damaſcenꝰ libro ſecūdo capitulo.7. inquiēs
gentiles autē aiunt per aſtrorū horū et ſolis ⁊ lu
ne ortū occaſum et cōmixtiones oīa diſpenſari
que apud nos fiunt:circa hec enī aſtrologia ver=
ſatur. ¶ De cometis dicā paucis q̄d ſentiam:ipri
mis aliqui comete non ſunt cauſe iſtoꝝ effectuū.
ſed aliquorū effectuū ſunt ſigna.⁊ hoc dupliciter
vnomodo reſpectu aliquorū effectuū ſunt ſigna
naturaliter repreſentātia : vt pote reſpectu effe=
ctuum in ſex primis ɔcluſionibus enumeratoꝝ:
ſicut fumus naturaliter repreſentat ignē. aliqui
ſunt comete ad placitū ſignificantes qui vulgari
ter loquēdo ſtelle vocant. ſicut in ſaluatoris or=
tu apparuit ſtella:hoc eſt cometa:q̄ tres magos
ad hieroſolimā.duxit deīde meridiem verſus ad
bethleē iude.ſic eſt de mille cometis ab orbe cō=
dito a deo ꝓductis regū mortes nutu diuino re=
preſentātes : vt per mille hiſtorias vbivis gen=
tium legimus. raro famati principes potiſſimū
ferro cadunt.non antea cometa viſa ſuper regio
nem principis apud noſtrates:tēpore iacobi ter
tij dum erat cōmotio inter principes et regē ſuꝑ
ʒenith arcis in qua reſidebat rex inopinate orie
batur cometa ad aliq̄t noctes continuata quouſ=
qʒ a ꝓceribus occubuit.nō ſolū ego/ſed tota pa
tria hoc ɔtemplabatur. de alijs noſtris regibus
poſſum et hiſtorias et viuētes recitare quibꝰ me
rito eēt adhibēda fides āteq̄ romani regnū me=
ridionale britanie ceperūt apparuit cometa ſuꝑ
regionē.ſic tēpore quo ceſar/ī erat ſenatu ɔfoſſꝰ.
tēpore neronis.⁊ ita in mille alijs. eſt deꝰ qui co
metas iudices p̄mittit ad inſinuandos interitꝰ
principū et regnorū mutatiōes quatenus hoīes
ad penitentiā redeant.et interdū ꝓpter incredu
los in deo nō ſperātes preponit hoc iudicatiuū.
et hoc voluit damaſcenus libro ſecundo.cap. 7.
inquiens aggignunt autē ⁊ frequēter comete ⁊ ſi
gna quedā interituū regū : quicquid non ſunt ex
his aſtris que ab rerū initio facta ſunt : ſed diui=
na iuſſione oportuno tēpore cōſtituunt atqʒ rur=
ſus diſſoluunt.⁊ q2 comete iſti nūc ſub vno ſigno
nunc ſub alio apparuerunt : et talia contigerunt
nutu diuino primo vt hoīes ſe ad penitentiā cō=
uertant:ſomniantes aſtrologi gentiles vel ī pel=
le ſolū fideles omnia in aſtra retorſerūt. ex con=
tingētibus ⁊ perraris effectibꝰ niſi ſint regulas
tradere naturales.peccata populi ſunt cauſa bel
lorū et regnorū mutationis ſi non penitentiā in
tēpore ſtatuto agant.ſicut in geneſi legimus ter=
ram chanaam abrahe et ſemini eius deus ꝓmi=
ſit ad quadringētos annos futuros. quia adhuc
peccata populi nō demeruerūt ablationē regnī
ſimile habemꝰ in libris regū de ablatiōe regno=
rum iſraelis et iude.primo iſraelis : q2 erant pe
iores.et poſtea iude : q2 erant aliqui boni reges
ſub quibus populus ſancte regebat. q2 ad motū
p̄mi mobilis mouēt ſphere īferiores.eſaye.24.
ſic ſeruus ſic dñs eiꝰ. et ſimile legimꝰ apō Danie=
lē:nec machabeos deſeruit quouſqʒ noti ſatis
in deo confidebāt:ſed īierūt fedus cū gētilibus
romanis:plus cōfidentes in hoībꝰ q̄ꝫ in dño ex=
ercituū niſi cuſtodierit dñs ciuitatē fruſtra vigi=
lat qui cuſtodit eā.Exodi.15.legimus dñs q̄ſi vir
pugnator oīpotēs nomen eiꝰ.⁊ pſaltes regiꝰ rex
omnis terre deꝰ.dat regna ad nutū tā fidelibus
q̄ꝫ infidelibꝰ oīa ſua ſunt.reges oēs terreni/pul=
uis ⁊ caduca caro. ¶ Recolligēdo dico.duplices
ſunt comete.quidā naturalit̄ geniti a cauſis natu
ralibꝰ qui ſignificāt aliqua naturaliter:⁊ ſi ſequa
tur interea alicuiꝰ regis vel potētis mors oīno
eſt a caſu ⁊ fortuna. Alius ē cometa a deo mira=
culoſe productꝰ ꝓpe locū interitꝰ pricipis fama
ti vel regis:q̄ cognoſcit a poſteriore libere a deo
productꝰ per mortē principis. in aliquibꝰ ſapien
tes vtcūqʒ iudicare poſſunt. interdū erit dubiū
nobis an cometa ſit naturaliter vel libere a deo
intenſus.non voco libere in ꝓpoſito quia a deo
libere ꝓductus.deus nichil ad extra ꝓducit niſi
libere ⁊ cōtingēter.ſed capio libere vt vides pro
illo ꝙ miraculoſe producitur.quando vidit albu
maſar religioſos ſe occidere/vl̄ ſi aliquos vidit:
certa caſu et fortuna erat.quid cometa ſignificat
plus ī religioſos q̄ꝫ nō religioſos.improbabiliter
creberrime loquitur.Hali recte de eo dicit/ erat
vnus eorū qui hiſtorias ſequebātur.dicebat mul
ta ad libitū ſine ſale vllo.adde cum hoc : ſcripta
eius ſunt peſtifera:nedū fideli:ſed gentili philo=
ſopho execranda.de ariſtotele primo metheoro
rum de ſigno quod comete attribuit: non eſt cū=
randū.tum primo.opinione mea nec ipſe nec ꝓ
eo aliq̄s poteſt dare cauſas naturales de tot cō=
metis qui apparuerūt in regnʒ internetijs.tū. 2.
non tantū tribuebat nec tribuere tenebat omni
potentie dei ſicut fideles quibus deus fidē autē=
tice ꝓmulgauit. ei aūt ſolū legē nāe tribuit. Si
damaſcenus voluit tenere omnes cometas mi=
raculoſe ꝓductos:nō ſecū opinor.ſi aliquos na=
turaliter ꝓduci et alios libere: ſecū opinor. nec
te moueat ꝙ difficile eſt nobis iudicare quando
cometa naturaliter producit.quādo vero libere
crebro eſt ꝑdifficile ponere deſcrimen inter mi=
raculū et non miraculū.interdū vero non diffici
le.oīa iſta poſſunt vallari per varia que legimus
Legimus de ſancto ambroſio dum in cuna iace=
ret infantulus examen apiū os eius ingredieba
tur et egrediebatur.et de diuo Bernardo ī vte=
ro materno mater ſomniabat ꝙ ī vtero geſtabat
canem candidū latrātē:ſic de dñico/moyſe:⁊ Io
ſeph ſomnio. ⁊ ita cōiter de futuris mirādis le=
gimus.deꝰ ſignū p̄noſticū rei future p̄miſit. ⁊ ſic
dicere ɔſentaneū ē de ciro maiore/de romulo/⁊

remo/ſemiramide/⁊ mille ſimilibus.

SUperius in hac diſtinctione aliqua de celis tetigimus et cometis quos philoſophoꝝ̄ varij putabant in celis. ſupereſt de elementis loqui de quibus ſcriptura ſācta facit mentionē. de igne et aere parū ſentit vulgus rude: ad qd̄ moyſes ſicut deus per os moyſi ſcripſit. loquutꝰ eſt de terra et aqua. 12. ergo queſtio erit de cētro magnitudinis et grauitatis terre. Et querit̄ hec qd̄ an centrum grauitatis terre coincidat cum centro magnitudinis eiuſdē. ¶ Pꝛo queſtionis elucidatione aliqua pꝛemittemus: poſtea ad queſtionē reſpōdebitur. licet ſphera ſit coꝛpus ſolidū vna ſuperficie contentū: puta cōuexa: a cuiꝰ centro ad circumferentiā oēs linee pꝛotracte ſunt equales Tamen terminus ſphera nōnunq̄ extēditur ad coꝛpus rotundū quod aliquā aſperitatē et defoꝛmitatē in ſuperficie ꝯuexa admittit: et ſic capitꝰ in queſtione. ¶ Ulterius ſupponat̄ ꝙ coꝛpoꝛum grauium duplicia ſunt centra: ſcilicet magnitudinis et grauitatis. Centrū magnitudinis coꝛpoꝛis eſt punctū a quo omnes linee recte ducte ad circūferentiā ſunt equales. Centrum grauitatis coꝛpoꝛis eſt punctū exiſtens in medio linee diuidentis illud coꝛpus in duas partes eque graues ¶ Quo fit alicuius coꝛpoꝛis idem eſt centrū grauitatis et magnitudinis. ¶ Secūdo patet ꝙ illa duo centra interdū diſtinguunt̄/ patet in coꝛpoꝛe diffoꝛmiter graui. ¶ Tertio patet ꝙ aliqd̄ coꝛpus habet centrū ſuum magnitudinis extra ſe: patet de coꝛpoꝛe quod eſt minoꝛ poꝛtio circuli/ vel de ſpeculo ꝯcauo: cētrū magnitudinis eiꝰ eſt illud punctū vbi cōcurrunt radij ſolares reflexi: et illic inflammātur. ¶ Quarto ſequit̄ ꝙ ſemper centrū grauitatis eſt infra coꝛpꝰ cuiꝰ eſt centrum. ¶ His notatiunculis pꝛelibatis ponuntur due concluſiones ad titulū queſtionis reſpōſiue. Pꝛioꝛ eſt. Terra eſt ſpherica. quod p̄ſupponitur in titulo queſtionis: et hoc extendendo terminū ſphera: montes reſpectu valliū non faciūt notabile diſcrimē reſpectu totius elemēti: licet bene faciāt ad ptes exterioꝛes: ſicut .xx. ſūt mlti ī theatro et pauci in vico. ¶ Secūda cōcluſio. Non eſt idem centrū grauitatis terre et eius magnitudinis ¶ Pꝛioꝛ cōcluſio pꝛobat̄ et quo ad oꝛientem et occidentē: et quo ad ſeptētrionē et meridiē. ¶ Pꝛimū iſtoꝛū patet: ſol citius oꝛit̄ oꝛientalibꝰ et per notabile tempus anteq̄ occiduis oꝛiat̄ et hoc fieri nequit ſi terra eſſet plana. Maioꝛ patet de lune deliquio quod apparet hoꝛa pꝛima noctis oꝛientalibus: et hoꝛa tertia occiduis: vt dicunt hoīes. poſtea inuicē colloquētes et tempus deliquij notātes. Hoc ipſum patet. altioꝛes ſunt vꝛſe: et dꝛacho exiſtētibus Edinburgi q̄ exiſtentibus Parrhiſij: vt hec loca viſitātes percipiūt: et nauigādo ad meridiē: ſtelle que nobis ſemper apparēt. ī ſerēa nocte occultāt̄: ſic Luſitāi et hiſpalenſes petentes indos referūt. Immo cuſtos arimāthidos vꝛſe exiſtentibus ſub equatoꝛe ſubmergitur. Secundū iſtud Naſonis Tingit̄ oceano cuſtos Arimāthidos vꝛſe. Equoꝛe aſqꝫ ſuo ſydere turbat aquas. Et iſtud fieri nequit ſi terra eſſet plana. Reliquū eſt terrā eſſe rotundā. ¶ Secundo ꝓbatur cōcluſio totaliter quo ad vtrāqꝫ partē: quia ſi terra non eſſet ſpherica ſequeret̄ ꝙ poſſemꝰ videre mōtes et ꝓmōtoꝛia ad maioꝛē intercapedinē q̄ videamus: qꝛ nil aliud impedimenti eſt niſi terre rotunditas. ¶ Ex hac cōcluſione ſequuntur ꝓpoſitiones. ¶ Pꝛima. omnes recte linee ꝓcedentes a ſuperficie terre ad centrum cōtinuo magis appꝛopinquāt. Hoc ptꝫ ad ſenſum in circulo: et patet imaginādo varios circulos ſeſe ambientes in terra ¶ Secūdo inferūt aliqui. ſi eſſet aliquis puteus ſecundū perpēdiculum opoꝛtet ꝙ talis ſit ſtrictioꝛ in fundo q̄ ſuperius. Coꝛrelariū eſt lucidū qꝛ oēs linee ipſum circundantes: ſi ſint ſcđm perpendiculū: cōtinue vadunt appꝛopinquādo adinuicē. ¶ Et ex illo aliqui inferūt coꝛrelariū. Qꝫ ſi quis velit artificialiter facere aliquā turrim debet facere eā magis latam ſuperius q̄ inferius. Pꝛobatur. qꝛ in omni artificio bono partes ſuperioꝛes debent habere inferioꝛes directe inter ſe ⁊ centrū. ergo opoꝛtet ꝙ ſecundū perpendiculū fiant. et per conſequēs opoꝛtet ꝙ iſtud artificiū ſcilicet turris ſit magis lata ſuperius q̄ inferius. ¶ Sed iſta coꝛrelaria non vident̄ michi veritatē cōtinere. Nec fundamentū ex quo illud inferūt. Tum pꝛimo. hoc eſt contra cōmunes geometras pꝛacticos et domorum extructoꝛes. Tum ſcđo. dependēt hec coꝛrelaria ex fundamento falſo: et illi innitunt̄. ergo ipſa minant̄ ruinā: cōſequētia claret. Et pꝛobat̄ antecedēs. dependēt in hoc: ꝙ graue ſimplex extra ſuum locū naturalē mouetur per lineam bꝛeuiſſimam ad centrū mundi: et plumbū perpendiculi ſibi dimiſſum tendet per lineam bꝛeuiſſimā ad centrū mundi. hoc cōſequēs eſt falſum: et contra experimentū oīm: quod patet. nos ſumus in occidua parte mundi. ergo ſi ducat̄ vna linea recta a zenith capitis noſtri ad nadir oppm̄: multum diſtabit a cētro terre. ponatur gratia exempli centrū terre in Syꝛa vel vbilibet: palam eſt ꝙ gleba terre cadēs ſupꝛa nos per lineā bꝛeuiſſimam tendit ad terram pꝛoximam ei ſubiectam. et nullatenꝰ tēdit ad oꝛiētē. Similit̄ ꝑpendiculi plūbū ſibi dimiſſum tendit per lineā rectam ad terram ei ſubiectā. et nullatenus flectit̄ ad oꝛientem centrū mundi verſus: ergo fundamentū falſum. non tamē nego quin poteſt duci ab hac gleba vel hoc plūbo ad cētrū terre linea recta ſecūdum illā petitionē p̄mi Euclydis. A puncto ad punctū rectā lineā ducere. Etiam fundamentū eſt partibus ſuperioꝛibus latius: ne partes ſuperioꝛes labantur ab inferioꝛibus: vel nō bene ſupportent̄: ſcđm iſtud Alani. Quomodo ſtare poteſt titubantis machina muri. Si fundamentū debile fallet opus. ¶ Secūdo ſequitur: ꝙ nō eſt poſſibile eſſe aliquā rectā lineam eque diſtantē ſcꝫ

quodlibet ſui a centro mundi/ immo quelibet talis eſt curua: et ad modum poꝛtionis circuli. pꝛobatur: quia ſi eſſet aliqua talis recta linea: maxime eſſet illa que deſcribitur contingendo ſuperficiem terre: ſed hoc eſt falſum: quia talis pꝛopinquioꝛ eſt centro in puncto medio: q̄ in partibus extremalibus. ¶ Tertio ſequitur: non eſt poſſibile ꝙ aliquis ambulet ſm̄ rectam lineam quin aſcendat vel deſcendat: patet: quia ſemper talis appꝛopinquat centro vel elongatur ab eo. Cum appꝛopinquatur centro/ deſcendit. cum recedit/ aſcendit. ¶ Secunda concluſio pꝛobatur: eſt diffoꝛmiter grauis. ergo non eſt idem centrum magnitudinis eius: et grauitatis. Eius centrum magnitudinis ex omni parte relinquit partes equaliter extenſas: et ſi ſic: centrum grauitatis continebitur inter centrū magnitudinis: et ſuperficiem conuexam. antecedens patet. pars terre cooperta aquis eſt frigidioꝛ/ ⁊ grauioꝛ. pars terre aquis diſcooperta leuifit a ſole. ergo vna medietas eius eſt altera leuioꝛ/ vel potius altera minus grauis. ¶ Ex iſto ſequitur. Si pars grauioꝛ terre partem minus grauem pellat: quouſqꝫ centrum grauitatis eius ſit centrum pꝛimi mobilis: pars terre aquis diſcooperta eſt celo pꝛopinquioꝛ q̄ altera pars terre cooperta aquis.

¶ Secundo ſequitur/ ꝙ centrum magnitudinis terre eſt inter centrum grauitatis et celum.

¶ Tertio ſequitur: adiuncto vno rationabili ꝙ aqua grauis iuuat terram quouſqꝫ centrum grauitatis terre et aque ſit centrum totius vniuerſi: nec centrum grauitatis terre: nec magnitudinis terre eſt centrum mundi.

¶ Contra concluſionē arguitur. terra apparet plana ſm̄ ſenſum. ergo ipſa non eſt dicēda ſpherica. ¶ Confirmat̄ hec ratio. Si terra eſſet ſpherica nemo poſſet īcedere circa terrā quin ſtatim caderet: patet de ſtante ſuper cipam vel globum pꝛeceps ruit. ¶ Ulterius. qui incedit per miliare: et eſſet longus: velocius mouetur q̄ bꝛeuis q̄ eum ſemper pꝛecedit: cum maioꝛem pꝛopoꝛtionem circuli deſcribit in equali tempoꝛe.

¶ Ad pꝛimum iſtud concedo pꝛopter eius magnitudinem. ¶ Ad ſecundam nego conſequentiam: magnitudo globi impedit ne homo cadat: vt patet ad ſenſum ſuper magnam cipam poteſt quis ſtare: qui ſuper paruam ſtare nequit. et immenſa cipa apparet lata et plana: vt patet de ſole a remotis. ¶ Ad tertium concedo illatū: licet non velocius circuiat ſicut caput hominis ſemꝑ velocius mouetur q̄ eius pedes.

¶ Secundo arguitur. ex his ſequitur ꝙ terra cōtinuo mouetur. cū frigiditas aque frigefacit terram eam condenſat: et facit grauioꝛem: et ſol et planete partē oppoſitam leuifaciūt: pars aque cooperta continuo pellit aliam partem: et ſic nō ceſſabit eius aſcenſus: quo ad centrum grauitatis terre vel potius aggregati aque ⁊ terre erit medium: et centrum pꝛimi mobilis: vel celi quieſcentis: ita ꝙ linee ducibiles a ſuperficie cōuexa vltimi celi ad centrū grauitatis aque et terre ſint equales: et pondus terre ex vna parte q̄ eſt multo maioꝛ in quantitate: tantum ponderat ſicut poꝛtio terre: et aque ex altera parte: et ille due partes ſe habent ſicut due equilibꝛe in bilance.

¶ Reſpondetur: ſtat ꝙ partes alique fluant a mari ad aridam: et crementum fluminum in arida/ ⁊ leuatio vapoꝛum in mari. et ſic terra ſtabit ſolida: et manebit centrum grauitatis eius in eodem ſitu per notabile tempus: et ſi poſtea addatur parum vni parti: inſenſibilis erit ille motus pꝛopter inſenſibile in reſpectu additum: nec eſt opus talem motum paruum rectum negare a terra. Secus eſt de motu circulari: de quo ſuperius loquuti ſumus. Nec ad maioꝛem frigefactionem terre ſequitur maioꝛ grauitas vtrobiqꝫ. patet. aqua eſt frigidioꝛ terra: non autem grauioꝛ: etiam aqua tandem tantum frigoꝛis et denſitatis pꝛoducit in terram ſicut vnq̄ poſtea pꝛoducet: vt de caloꝛe contingit in aqua pꝛoducto. Et ex illo ſequitur ꝙ nunq̄ terra attingit globum lunarem vel mediam regionem aeris: ſicut ſaluatur magnitudo elementoꝝ ignis et aeris/ vel aque: licet ſub equatoꝛe maioꝛ ſit ignis q̄ aeris. Oppoſito modo ſub polis: ſemper erit recompenſatio: Quod perditur in vno recuperatur in alio: ſicut grammatici dicunt/ de cremento genitiui de alius: in ſyllabis vel tempoꝛibus. ¶ Aliter dicitur negando ꝙ terra moueatur/ eſto ꝙ augeatur grauitas ex altera parte. Et ratio eſt: tota terra et aqua cathegoꝛeumatice reſiſtit illi parue poꝛtioni grauitatis addite. ¶ Et ratio ē: quia totū illud eſt naturaliter ſituatum. cum centrum grauitatis eius ſit centrum mundi: tota appetit illic quieſcere: et reſiſtit cuilibet volenti ipſam a ſua ſede mouere. Alioquin ſi tu tangeres terram digito eam a ſua ſede pelleres. ¶ Sed conrra hoc arguitur. Ex hoc ſequitur ſi terra eſſet extra ſuum locum naturalem remoto omni pꝛohibente: ꝙ nunq̄ centrū eius eſſet centrum mundi: hoc eſt inconueniens: igitur. conſequentia patet. quādo vna tertia poꝛtio eſt ex altera parte centri: due tertie ſunt citra centrum: et per conſequens due tertie naturaliter locantur (ſupponatur terra vnifoꝛmis grauitatis) et due tertie magis reſiſtunt q̄ vna tertia pellere poteſt. Immo illa tertia non pellit: cum tota terra eſt naturaliter collocata: ſed hoc eſt falſum. Due tertie citra cētrū appetūt eaꝝ cētrū locare in cētro mundi: ⁊ reſiſtētia tertie ptis nō ſufficit. ¶ Si dicas: ille due tertie nō appetunt eaꝝ centrum eſſe. centrū mundi eſt niſi vnꝰ appetitus totius et partis in toto. Et quando totū naturaliter locatur hoc ſufficit partibus: immo eſt naturale vni pti ex altera pte centri aſcendere q̄ ad totū naturalit̄ locat̄. ¶ Cōtra: ſi ille tres tertie eſſent ſepate: hoc non contingeret: ergo neqꝫ nūc. ¶ Ad replicam cōcedo illam ſequelam: dato ꝙ teneat̄ ꝙ ptes citra cētrū maioꝛes pellant alias ptes extra centrum ꝓpt̄ cremētū reſiſtētie.

ex altera parte centri ad actiuitatem partis citra centrum:et concedo ꝙ iſtud eſt probabile qḋ dicitur interarguendum. Et ad replicam finalem dicitur:non eſt idem in varijs corporibus:⁊ eedem partes ſe iuuant melius in toto q̃ ſeparatim.et quicquid ſit(tenendo ꝙ maior pars pellit minorem quouſqꝫ centrum totius ſit centruꝫ mundi)nunq̃ centrum terre erit centrum mundi:ſic perpetuo deſcendet:et in infinitum tarde:quia quanto erit maior pars ex altera parte centri/tanto deſcenſus erit tardior:⁊ infinitum tempus ad hoc requiritur. qḋ ſic patet. Supponat̄ primo cum Ariſtotele ſeptimo Phiſicorum ꝙ in eadem proportione in qua diminuitur proportio actiuitatis ſupra reſiſtentiam/diminuatur velocitas motus. Supponatur ſecundo. Si aliqua ſe habeant in proportione maioris inequalitatis:et a maiori tollatur quarta pars exceſſus et addatur minori. Proportio maioris ad minꝰ/ad minus diminuetur ad ſubduplum. ¶ Tunc ponatur caſus ꝙ ſit a.graue cuius vna quarta ſit vltra centrum terre:et quarta inter centrum terre: et centruꝫ a.grauis diuidatur per partes proportionales maioribus verſus centrum terre:et ponamus ꝙ ad deſcenſum prime requiratur tēpus vnius hore. Et arguitur ſic. Tantum tempus requiritur ad cuiuſlibet alterius partis deſcenſum:ergo quum tempus futurum infinitum non ſit pertranſibile:centrum a.nunq̃ veniet ad centrum terre. Antecedens probatur. Ponatur velocitas vt duo qua a/iam mouetur. Et ſequitur ꝙ poſt deſcenſum prime partis proportionalis ad minus mouebitur in duplo tardius. Nam pars citra cētrum excedit partem vltra centruꝫ per duas quartas:ergo illa prima pars proportionalis eſt quarta pars exceſſus:ergo per remotionem eius ab actiuitate/et additionem eius reſiſtentie:proportio actiuitatis ad reſiſtentiam eſt diminuta ad ſubduplum adminus/per ſecundam ſuppoſitionem:ergo ſecunda pars proportionalis mouebitur in duplo tardius adminus ꝑ p̄mam ſuppoſitionem. ¶ Et ſicut probatur ꝙ ſecunda deſcendit in duplo tardius prima: probabitur de tertia reſpectu ſecunde: et de omnibus alijs.

¶ Queſtio decimatertia.

¶ Reſpõdetur negando ꝙ homo aliquã formã producat. quãdo materia eſt organiſata in vtero pro anima intellectiua: deus illam creat. non pono hanc organiſationẽ per formã corporeitatis. et agens producẽs formã poſteriorẽ corrumpit priorẽ poſteriori in cõpoſſibilẽ per naturam: quatenus perfectiorẽ producat quãdo eſt tranſitus a forma ſpermati ſanguinis embriõis: ⁊ aſcẽdendo in formis ab imperfectioribus ad perfectiores. et ſi deus non ꝓduceret aĩam intellectiuam corpore organiſato cum forma prima ante introductione anime intellectiue. homo nullã formam ſubſtantialẽ producere poteſt. oppoſito dato produceret formã brutalẽ ꝑfectiorẽ in mundo inter bruta. et querit̃ de natura illiꝰ bruti: deꝰ ergo nullã talem naturam dedit homini in productione alicuius anime vel alterius forme. ⁊ nego ꝓpterea ꝙ homo ſit bruto imperfectior. non vtrobiq3 in cauſis ſecũdis perfectior cauſa effectum perfectiorẽ producit. nullã ſubſtantiã producit angelus: ⁊ tamen ignis ignẽ producit. fide et ratione iunctis. hoc de homine et angelo concludimus. in puro lumine naturali vix ita diceretur. quãdo ſubſtantia ꝓducit ſubſtantiã: ſemper ſubſtantia nobilior nobiliorẽ ſubſtantiã producit. ꝓpterea adhuc ſignificat̃ ꝙ ex pte ꝓductionis deus eſt nobiliſſimus. apud multos probabile reputat̃ ꝙ nullum brutũ ſubſtantiã producat. homo diſponit materiã pro anima intellectiua recipienda que beatitudinis ⁊ ratiõis eſt capax: propterea inter animalia optimũ ordinẽ et finẽ ꝓducẽdi accidẽtaliter habet. ¶ Iam arguit̃ cõtra eandem concluſionẽ probando ꝙ ſit vna aĩa ſenſitiua ab ĩtellectiua diſtincta. ⁊ erit decimũ argumẽtũ: q̃ ſic arguit̃. ĩpoſſibile ẽ naturalit̃ q̃litates cõtrarias eſſe in eodẽ ſubiecto. ſed actus appetẽdi aliq̃d renuẽdi ſunt cõtrarij. ⁊ tamen ſunt ſimul / per te: ſi ſit niſi vna anima in hoĩe. appetitus ſenſitiuus deſiderat cum obiecto ei cõueniẽti ꝯiungi: vt comedẽdo cibũ vetitũ. appetitꝰ rationalis illd̄ obiectũ renuit. ¶ Confirmatur hec ratio: eadem potentia nõ ſimul elicit idem obiectum naturaliter et libere. ſ3 appetitꝰ ſenſitiuus appetit aliquod obiectũ naturaliter. ⁊ appetitus libere illi cõformiter appetit: interdũ conformiter ſcõm rectã rationẽ: nõnunq̃ difformiter non refert. ergo oportet dare duo ſubiecta iſtoꝝ actuum quorũ alter naturaliter et alter libere elicitur. ad hoc poteſt introduci ariſtoteles. 3. de aĩa dicẽs: in eodẽ ſunt appetitus cõtrarij. ¶ Reſpõdeo: hec argumẽta nõ habẽt colorẽ contra hoc ꝙ tenere intẽdo in ſequẽtibꝰ: puta ꝙ ſenſatio actus appetitus ſenſitiui inheret aggregato ex organo et anima. actus iſti de quibus fit mẽtio nõ inherent eidẽ ſubiecto primo. et per conſequens inter illos non eſt cõtrarietas. contraria ſunt nata fieri circa idem: ex predicamentis. ſed adhuc iſtd̄ nõ tenẽdo argumẽta nõ cõcludũt. tenẽdo / ꝙ ſenſatio / ĩtellectio / appetitio ſenſitiua / et appetitio ĩtellectiua aĩe ĩherẽt tanq̃ ſuo ſubiecto primo cõcedo maiorẽ argumẽti: ad minorem dico ꝙ ipſa eſt vera quãdo ſequunt̃ eandẽ apprehenſionẽ. ſecus eſt ſi diuerſas apprehẽſiones ſequãtur. modo actus appetitus ſenſitiui ſequit̃ ſenſationẽ. actus appetitus intellectiui ſiue rationa-

ma cauſa quare vocant appetitus ſenſitiuus et
intellectiuus.modo iſti actus non ſunt cõtrarij.
ſed actus ſenſitiuus obiecti appetitiu⁹ cõtrariat
actui ſẽſitiuo renuẽdi idẽ obiectũ. ⁊ hoc ſi fuerit
ſecũdũ eundem ſenſum.actus appetendi et refu-
giendi idem obiectũ diuerſis ſenſibus apprehen
ſum ſtant ſimul:et non ſunt cõtrarij.patet expe-
rimento. ſi carnẽ multũ calidam famenti catto
porrexeris:guſtus catti appetit et ad carnẽ acce
dit:guſtu cattus allectus : vt eam capiat. ſed ta-
ctus abhorret.et pro tempore prope carnẽ comi
nus ſedẽdo carnem renuit.ſic de piſce in aqua ſe
cundũ carmen vulgare.cattus vult piſcẽ ſed nõ
vult tangere lympham.ſic de medio ſenſus ⁊ in-
tellectus dici poteſt.vt iudicãdo ſcdm ſenſum ſo
lem minorẽ terra et ſecundũ intellectũ maiorẽ
quouſq; iudicium ſenſus intellectus corrupuerit
ſicut actus rationalis poteſt remouere actũ ſen
ſualitatis cui non formaliter contrariatur:ſed ſo
lum virtualiter. proportionabiliter actus ĩtelle-
ctiuus vnus alteri cõtrariatur quando vterq; eſt
liber et in idẽ obiectũ latus vel a principio libe-
ro productus. actus naturaliter cõtinuatus qui
a principio libero procedit de ꝓſequutione a.ob
iecti cõtrariatur renutioni libere eiuſdẽ obiecti.
hoc non obſtante actus vnius ſenſus qui eſt pro
ſecutiuus a.obiecti:et intellectus qui eſt fugitiu⁹
eiuſdẽ:poſſunt dici virtualiter cõtrarij : pro quã-
to diuerſificãdi ĩ idez obiectũ tendunt:vn⁹ proſe
quendo et alter fugiendo. et ſic vnus illorũ aliũ
corrumpit in aliquo tẽpore ſʒ actiuitatẽ ⁊ reſiſtẽ
tiam vnius et alterius. ſicut forma ſubſtantialis
aque calorẽ corrumpit quẽ ſecum pro tẽpore cõ-
patitur.ſecuʒ vtua:r ꝯriat.lʒ foꝛa:r.p iſta ſoluit
argumẽtũ ⁊ dictũ ari.i.3.de aĩa. ¶ Ad cõfirma
tionẽ nego eam. eadẽ potẽtia reſpectu eiuſdem
obiecti habet noticiam intuitiuã et abſtractiuã:
iudicatiuã ⁊ apprehenſiuã.nõ iudicatiuam:ſenſi
tiuam et intellectiuã. Preterea. anima intelligit
obiectũ naturaliter et idem vult libere. Simili-
ter voluntas habet vnum actũ naturaliter pro-
ductũ ab actu libero.vt qui efficaciter vult finẽ:
et ſcit a. mediũ ſolum poſſibile naturaliter:tunc
volũtas vult tale mediũ et poteſt idẽ libere vel-
le.aĩa in vno membro mediante certa diſpoſitio
ne illius membri reſiſtit ſibiipſi in alio membro:
exiſtenti cũ alia diſpoſitione. ſic anima actu ſen
ſitiuo immutata ſibiipſi reſiſtit actu oppoſito li-
bere immutante. ita ꝙ ipſa mediante vno actu
nitatur mouere corpus ad aliquid proſequendũ.
et ipſamet mediãte alio actu renitatur atq; cor-
pus impediat ne moueatur.et ſi equalitas fuerit
reſiſtentie ad actiuitatẽ mirabilis erit pugna.⁊ ſi
obiectũ non ꝓſequatur:fuga non habet victoriã
poſitiuã:ſed ſufficit ꝙ proſequutioni reſiſtat.ſed
cũ obiectũ nõ attingitur:nomen victorie ei con-
niuentibus oculis alludit. pari forma eſt quedã
rebellio ⁊ bellum ciuile interdũ in regno anime
et gens inſurgit cõtra gentẽ: vt in auaro merca-
tore exiſtente in periculo exonerande nauis pre
cioſas res et pamatas pdendo vel vitam: cũ iu-
dicat illas incõpoſſibiles et piger vult ⁊ nõ vult.
ſed nulla eſt contrarietas realiter vt patet quar-
to methaphiſice. ¶ Ut paucis q̃ſtionẽ ſoluã po
nam aliquas ꝓpoſitiones rationum ſolutiuas.
quarũ prima eſt.cor et epar in eodem ſuppoſito
ſunt eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſſime entitatiue:ſimili
ter oculus et venter: et ſic de quacũq; parte in-
tegrali eiuſdem ſuppoſiti cum alia.et per conſe-
quens ſeq̃tur. ¶ Secũda propoſitio.ſunt homo
genee ſubſtãtialiter:ſunt tamẽ et herogenee acci
dentaliter. ¶ Si cõtra iſta adducas comentato
rem.vj. phiſicorum textu commenti. 59.dicen-
tẽ : ĩ generatiõe ſimplicium ⁊ mixtorũ hõgeneo
rum vt aque et lapidis:primũ genitũ eſt eiuſdem
ſpeciei cum poſteriori genito:ſed in generatione
animaliũ prius genitũ differt ſpecie a generato
poſteriori vt cor et caput.dico ipſum intelligere
de ſpecie accidentali et inſtrumentali. ¶ Tertia
propoſitio.ſenſitiua anima eſt perpetua. patet.
intellectiua eſt perpetua . ergo ſenſitiua ab infe-
riori ad ſuperius ſine errore. ¶ Quarta propoſi
tio.ſeparetur vegetatiua ab alijs tãꝙ perpetuũ
a corruptibili: hec inſequit ſicut p̃cedẽs. ¶ Quĩ
ta propoſitio eſt. quãdo homo nutritur aliquid
corrumpitur et nichil generatur. patet. corrum-
pitur forma cibi vltimi ex qua homo nutritur.et
materiã illius cibi anima informat ſicut iam in
quodã argumẽto diximus. ¶ Sexta propoſitio/
ſortes p eandẽ formã ẽ animal hõ et ſubſtãtia.et
tñ eſt riſibilis ſecundũ ꝙ hõ et nõ ſecũdũ ꝙ aĩal
et ſenſitiu⁹ ſm aĩal.⁊ ꝙ nõ riſibilis ſcdm ꝙ aĩal.
¶ Septima propoſitio.ſortes per eandẽ formã
eſt ſimilis vni/et illi diſſimilis. ¶ Octaua propo
ſitio.dantur due res eiuſdẽ ſpeciei quarũ vna po
teſt ridere et non alia.patet de homine et ſuo di
gito.vterq; tamen eſt riſibilis ſicut vterq; eſt ho
mo abſolute loquẽdo.ad eſſe riſibile ſat eſt habe
re animã intellectiuã riſus productiuam et ſuſce
ptiuã eius in ſe vel in organo.ſignũ riſus et leti-
cie per os et faciem exterius legit aliquis facie
et ore orbatus poteſt talẽ leticiã habere. ¶ No-
na propoſitio.anima ſenſitiua eſt impartibilis.
¶ Decima propoſitio . anima ſenſitiua mouet
motibus contrarijs naturaliter.patet de anima
intellectiua cum eſt in duobus locis.et licet quie
ſcat in digito et moueatur in pede : non quieſcit
et mouetur.nõ ſeq̃tur:q̃eſcit in digito:ergo quie
ſcit. ¶ Undecima propoſitio. anima appetit na
turaliter a. obiectũ vna appetitione.patet appe
titu ſenſitiuo.et illa non poteſt nõ appetere hoc.
appetitione libera poteſt tamen appetere hoc:⁊
ſecundã appetitionẽ ad nutũ reſecare : ⁊ nõ prolo
tem. ¶ Duodecima propoſitio. anima eſt attra
ctiua cibi / retẽtiua eius: quẽ ad corporis varias
partes mittit: et ſuperflui digeſtiua.aliq̃d in ani
mali hoc facit principaliter:et non niſi anima.ſʒ
hoc eſt mediantib⁹ diuerſis inſtrumẽtis. ¶ Tre
decima propoſitio. habere diuerſitatẽ operatio
num non arguit ſufficienter diuerſitatẽ potẽtie.

patet.aĩa vegetatiua arboris hʒ valde diuerſam
operationẽ in arbore.vt videre eſt in radice ⁊ ra
mis.ergo a fortiori in forma perfectiori. iſta pro
poſitio ſequitur ex varijs precedẽtibus et ſignã-
ter ex porib⁹.ſed operatiões per ſe cõuenientes
aliquib⁹ ſuppoſitis ſcdʒ totas ſuas ſpecies:ſi in
ueniantur in eodẽ ſuppoſito tales quales in alio
non inueniunt:debet argui ꝙ illa ſuppoſita ha-
beant formas ſubſtantiales diuerſarũ ſpecierũ.
ille eſt potiſſimus modus arguendi diſtinctionis
ſpecificate in ſubſtantijs. ſed quantumcũq; ſunt
diuerſe in eodẽ ſuppoſito non cõcluditur forma
rum ſubſtantialiũ diuerſitas.quia non repugnat
vt nuprime diximus eidẽ forme ſubſtantiali ha-
bere diſſimiles operationes per diſſimiles qua-
litates.⁊ patet exemplariter adhuc.forma ignis
naturaliter calefacit / deſiccat / ⁊ſe mouet ſurſuʒ /
et ſe cõſtringit p antiperiſtaſim fugiẽdo aquario
vt fortificetur mediante caliditate / ſiccitate / ⁊ le
uitate tanꝙ ſuis inſtrumẽtis hoc facit ꝙtum tan
ꝙ res naturalis. vna hoc facit. ¶ Queſtionem
paucis ob ei⁹ ꝓlixitatẽ colligam.varie ſunt phi
loſophorũ ſententie recitate de vnitate vel plu-
ralitate formarum. quarũ rectiorẽ puta viã illã
que ponit vnam formam in vno ſuppoſito per ſe
a qua totũ denominat vnũ.non loquor de potẽ-
tia dei. credo ꝙ põt facere tot formas quot vult
vnã materiã ĩformare.poſt hãc viã ſi aliquã tene
re vellem:eſt illa que ponit formã corporeitatis
in homine vl' ab alio aĩali ab anima ſenſitiua di
ſtinctã.et poteſt quis ſi velit illã tueri : dicẽdo ꝙ
quot ſũt partes etherogenee in animali tot ſunt
forme ſpecifice diſtĩcte. ⁊ forma corporeitatis nil
aliud ẽ ꝙ cõgeries iſtarũ partialiũ : et ſupuenit
vna foꝛa ſpecifica a qua totũ denominat:vt in-
tellectiua / aſinina / equinina: et ita de talibus. ⁊
corrupta forma vltĩa nõ introducit mox p⁹ mor
tem alia forma cadaueris a forma corporeitatis
quia adhuc materia erit ſine forma / vel formis.
ſed tunc ſequitur ꝙ totum eſt niſi vnum aggrega
tum et non vnũ p ſe.ſi ponatur vna forma corpei
totius:iſtud non ſeq̃tur : ſed ponitur vnum aliud
extraneũ multiplicãdo plures formas in eodẽ:
ſicut multa alia eſt philoſophia quorũ aliqua in
probatione opinionis quã tenem⁹ adduximus.
reliquas poſitiones ab illa:magis pegrinas cen
ſeo.tenere ſemper ſoleo inter opiniones illã quã
rationabiliorẽ puto:quemadmodũ eſt illa q̃ po-
nit vnam in homine:licet alteri videatur oppo-
ſitũ.ſuam talis teneat.ſicut de igne videmus ab
vno cõſtructo de quo alter iudicat lignũ leuan-
dum:et terti⁹ et quartus aliter de lignis diſponẽ
dis iudicat:vt videre eſt dũ tenaces ĩ medio mul
torũ prope ignem ſedentiũ ponas. ¶ Dubitatur
an aĩa ſit ĩ qualibet parte corporis. et dubitatio
nis.ratio patet. ita dicitur apud omnes. ¶ In
oppoſitum arguitur. tunc ſi ſciẽtia eſſet in pede
hominis.eſt animal in aliqua parte corporis. er
go ſcientia eſt in anima in quocumq; loco eſt.
ſimiliter ſequitur ꝙ anima deſinit informare cor
pus quando digitus abſcinditur et moriretur ho
mo. ¶ Reſpondetur. aliqui ponebant ani-
mam in corde:licet homo ſentiat per alias par-
tes.ſicut aranea percipit muſcam exiſtentẽ ĩ par
te remota ſue tele.aliqui poſuerũt animã in cere
bro.que opiniões erãt in honore apud hebreos.
propterea ſaluatorem in corde lancea:et corona
ſpinea in capite pupugerunt. Opinio ſtratonis
erat ꝙ anima eſt in ſuperciliorũ interſtitio Per-
menidis et meliſſi ꝙ eſt in toto pectore ſicut reci
tat plutarchus de plãtis philoſophoꝝ.li.4.c. 5.
ſed dicitur anima eſt in qualibet parte corporis.
non tamen oportet ſcientiam eſſe in pede nec eſt
neceſſe accidẽs inherẽs vni ſubiecto : illi in eſſe
vbicũq; exiſtit vt ĩ decima diſtinctione quarti di
ctum eſt.ſcientia poteſt eſſe in anima in determi
nata parte capitis / vel cordis in qua plus viget
ſenſus. ¶ Ad argumentũ dicitur ꝙ ablato digi-
to anima deſinit informare illam partẽ. et ille
homo qui erat digitus eſt mortuus: ſed cum ea-
dem aĩa informauit reliquũ corpus : totus ho-
mo manet.ne anima que fuit in digito vadit ad
celũ vel ad aliũ locũ:ſed deſinit ſolum informa-
re partẽ quam ante informabat.de anima intel-
lectiua loquor.ſenſitiua in bruto eſt diuiſibilis vt
patet in anguilla diuiſa:et manet in partibus
pro tempore ſeparatis . in perfectioribus ani-
malibus non manet poſt ſeparationẽ partiũ pri
cipaliũ.aliqui tamen ſpiritus mouẽt capum oc-
ciſum ad tẽpus modicum vel forte anima nõ de
ſinebat adhuc informare corpus.

In hac.16.diſtinctione in qua
magiſter de imagine loquit:
quia de illa loqui ſolẽt: eſt dif
ficultas inter ſapiẽtes hic tra
ctata de potentijs anime et
eſſentia eius.quomodo eſſen
tia anime et eius potentia in
ter ſe habeãt. gratia illius q̃
rant hunc queſtionis titulum:an potentie anime
ab eſſentia anime diſtinguantur. ¶ Pro queſtio
nis ſolutione acceptiones vocabuli aſſignabo:⁊
oñdã in quo eſt cõtrouerſia inter magiſtros ex
opinionũ pluralitate.aperte dicam ad queſtionẽ
ſicut ſentio.quo ad primũ ſcite ariſtoteles. 5. et
nouo methaphiſice diſtinguit potentiã quantuʒ
ad eius principia in potentiã actiuã et potentiã
paſſiuã:et inhabilitatis ĩpaſſibile:hoc eſt in qua
litatiuã diſpoſitionẽ ſecundũ quam ſubiectũ po-
teſt reſiſtere corruptiuis et motiuis. iſte tertius
modus potẽtie ad primã ſpeciem qualitatis per
tinet.poſtea deſcribit potentiã actiuã et paſſiuã:
dicens ꝙ potentia actiua eſt principiũ tranſmu-
tandi alterũ inꝙtũ alterũ.et potentia paſſiua eſt
principiũ trãſmutãdi ab altero.poſtea ſcito bea
tus thomas in prima parte.q. 77. et.54. tenet
generaliter ꝙ potẽtia diſtinguitur ab anima et
eſt accidens:quarũ quedã inherent anime tantũ
vt potentie non organice:vt intellectus / volun-
tas / et memoria ſunt accidẽtia ſecundum eum.

Organice: quales ſunt ſenſitiue: ſunt accidentia et inherēt toti cōpoſito: hoc ē: aggregato ex aīa et determinata poꝛtione carnis. ¶ His pꝛemiſſis pono cōcluſiones ad queſtionem reſpōſiuas. quarū pꝛīa eſt. aliqua potētia eſt accidēs. pꝛobatur. omne illud quod poteſt aliquid agere eſt potētia actiua / ſaltē. aliquod accidēs eſt huiuſmodi. igiť. maioꝛ patet ex ariſtotele. 5. ⁊ nono methaphiſice. vt in notabili pꝛemiſſo declarauimus. minoꝛ patet de caloꝛe qui eſt potens calefacere. ¶ Secūda cōcluſio. anima eſt ſua potentia pꝛincipalis loquēdo de potētia nō oꝛganica. hoc eſt: anima realiter eſt ſuus intellectus et volūtas ⁊ memoꝛia. pꝛobatur. da oppoſitum: intellectus aīe eſt accidēs ab eēntia anime diſtinctum et eſt accidēs abſolutū cum eſt de ſecūda ſpecie qualitatis ſecundū eos. modo deus de potentia abſoluta poteſt deſtruere omne accidēs (potiſſimum abſolutū) ꝯſeruādo ſubſtantiā eius: cum ſubſtantia non dependeat ab accidente: mirabile eſt ꝙ deus nō poteſt cōſeruare ſubſtantiā deſtruendo accidens eius. et ſi hoc deus poteſt: dabitur aīa intellectiua nec habēs intellectū nec voluntatē: et iſtis ſecluſis anima poteſt adhuc ītelligere vel velle. Johannes capꝛiolus in tertia diſtinctione pꝛimi dicit ſe daturū triplicē inſtantiā: ꝙ in abſolutis deus non poteſt ſemper ſeruare vnū diſtinctoꝛū reliquum deſtruendo. pꝛimo quādo vnum eſt de ratione alterius vt diffinitū et diffinientia ſecūda vbi vnū naturali ſequela ꝯſeqtur pꝛincipia alterius poſita extra ſuam cauſam: vt ſubiectum et paſſio. tertia vbi vnū eſt reliquo eſſendi ratio: vt eſſentia et eſſe. pꝛopterea infert: nec ſubiectum ſine paſſione eſſe poteſt ſine vel econuerſo. nec eſſenntia ſine eſſe vel econuerſo. pꝛoficiāt eis eoꝛū inſtantie. nec nominaliū vnus / nec ſcotiſtarū aliquis exiſtimat diſcrimen aliquod inter eſſe ⁊ eſſentiam ex parte rei. quelibet eſſentia eſt ſuum eſſe et econuerſo. nec paſſio eſt accidens vt ipſi ponūt vt alibi videri habet. apud me hec maxima eſt vtrobiqꝫ admittēda. in quibuſcūqꝫ rebus creatis et diſtinctis quarū vna non eſt pars alterius deus poteſt quācūqꝫ illarū cōſeruare reliqua coꝛrupta ſiue ſit accidēs ſiue ſubſtantia. et ita nominaliū ꝗlibet cōcedit. ¶ Secūdo arguiť ad idem. ſecundū ariſtotelē ſecūdo de anima diffinitio potentiarū cōuenit anime: in qua dicit ꝙ anima eſt qua viuimus / ſentimus / ⁊ intelligimꝰ. modo hec diffinitio potētijs aīe ꝯuenit: qꝛ potētia vegetatiua viuimus. potētia ſenſitiua ſentimus. potentia intellectiua intelligimus: ergo ille potentie non ſunt diſtincte ab anima.

¶ Tertio arguitur. omne illud qḋ eſt pꝛincipiū pꝛīcipale actꝰ nutritiōis eſt potētia nutritiua. ſꝫ ſic ē de aīa. ⁊ eodē modo ꝓbari poteſt ꝙ anima eſt potentia pꝛincipalis argumentatiua / motiua localiter / ſenſitiua / et appetitiua. ¶ Pꝛobať hec cōcluſio auctoꝛitate auguſtini / dicētis. 10. de trinitate. c. xj. hec tria: memoꝛia intelligētia voluntas / non ſunt tres vite: ſed vna vita nec tres mētes: ſꝫ vna mens. cōſequenter vtiqꝫ nec tres ſubſtantie ſunt: ſed vna ſubſtantia. memoꝛia quippe ꝙ vita mens et ſubſtantia diciť ad ſeipſam diciť. ꝙ vero memoꝛia diciť ad aliud dicitur. hoc de intelligentia quoqꝫ et voluntate dixerim. Et intelligentia quippe et volūtas ad aliud dicitur. vita autē vna queqꝫ ad ſeipſam ⁊ mēs ⁊ eſſentia. quocirca tria hec eſt vnum ſunt ꝙ vna vita vna mēs vna eſſentia ⁊ quicquid aliud ad ſe ſingula dicātur etiam ſimul ſingulariter nō pluraliter dicuntur. eo vero tria quo ad ſe inuicem referūtur. ecce apte dicit mēoꝛiā ītelligētiā / volūtatē nō eſſe tres ſubſtātias / ſed vnā. lꝫ cū dicūt reſpectie. .i. expꝛimunť vocabuľ reſpectu īpoꝛtātibꝰ: dicātur tria idem tribus vocabulis non ſinonimis expꝛimitur. Itē. xij. de trinitate. c. 3. Sicut vita caro eſt duoꝛum in maſculo et femina: ſic intellectum noſtrum actionē vel conſiliū et executionē et rationē et appetitū rationalē vel quo aliomodo ſignitius dici poſſunt vna mentis natura complectitur. et quemadmodū de illis dictū eſt. erūt duo ī carne vna. ſed de his dici poſſet duo in mēte vna. et continuo ſequitur. c. 4. Cum ergo diſſerimus de natura mentis humane de vna quadā re diſſerimus. nec eam in hec duo que cōmemoramus niſi ſecundū officia geminamus. vnde clare trahiť ꝙ eſt nunc natura que diuerſificať ſcōꝫ officia. ¶ Tertia ꝯcluſio. intellectus eſt voluntas. pꝛobatur. hec anima eſt intellectꝰ. et hec aīa eſt voluntas. ergo voluntas eſt intellectus. et cōuertens illius cōuerſe eſt tertia concluſio. pꝛobatur maioꝛ. aliquid eſt intellectus. et non accidēs ex ſecūda cōcluſiōe. nec ē alia ſubſtantia ab aīa. qualibet alia ſecluſa anima poteſt intelligere. ergo eſt intellectus. ſicut recte in li. de ſpiritu ⁊ aīa dicitur: ꝙ anima eſt intellectus dum intelligit et voluntas dum vult. ¶ Secūdo arguitur ad idē non eſt petenda pluralitas vbi paucitas ſufficit. ſed omnia optime ſaluanť ponēdo intellectū eē ſubſtantiam anime. nec poſſunt ita bene ſaluari res. multiplicando diſtinctas. igitur. eodēmodo pꝛobatur minoꝛ. ex eodē fonte ſequiť ꝙ quelibet potentia cognitiua eſt realiter ſuamet appetitiua. ¶ Quarta concluſio. potentie anime oꝛganice tam ſenſitiue ꝗ̄ appetitiue realiter diſtinguuntur ab anima. patet de ſenſu vel de vna potētia: idem eſt iudiciū in omnibus. ſenſus non eſt intellectus: et loquoꝛ de ſenſu hominis. igitur. aſſumptum patet. ſenſatio quelibet eſt extenſa. intellectio nulla eſt extenſa. ğ hn̄t varia ſubiecta quoꝝ vnum eſt diuiſibile et extenſum et aliḋ iextēſuꝫ. Si ſenſatio ſit non extenſa: ſequiť hec cōcluſio: ꝙ anima poteſt habere duas noticias ītuitiuas ſpecie diſtinctas ſimul ⁊ ſemel de eodeꝫ obiecto qḋ eſt inconueniēs. pꝫ. videat ſoꝛtes a. albedinē viſio albedinis eſt extenſa: ⁊ habeo intentū. vel eſt iextenſa et anime ingeret. et cū erit vna alia noticia intuitiua intellectiua: dabunť due intuitiue ſpecie diſtincte eiuſdē obiecti. ſi ſint eiuſdem ſpeciei ſeſe intendūt nec vna debet plus denominari ſenſitiua ꝗ̄ altera. pꝛopterea inconueniens eſt ꝙ dētur de eodē obiecto in eadē potētia due intuitiue noticie ſpecie diſtincte. ¶ Tertio arguitur ad idem. per te īheret ītellectui tanꝗ̄ ſuo ſubiecto. ergo eſt noticia intellectiua. tenet cōnſequētia. oīs noticia intellectui inherens ē ītellectiua. patet. aliqua eſt talis. et equa eſt ratio in omnibus. ergo omnis noticia intellectui inherens eſt intellectiua. ſed dicis. vna non poteſt haberi niſi mediante oꝛgano coꝛpoꝛeo: ⁊ illa eſt ſenſitiua. alia ſine oꝛgano poteſt acquiri: et illa eſt intellectiua et non ſenſitiua. contra oꝛganum nichil facit ad noticiā hn̄dam. ſolū potētia ⁊ obiecta concurrūt cum ſpeciebus inter cauſas ſecūdas. dicis. aliqua qualitas cōcurrit. contra. ergo tunc noticia ſenſitiua erit intellectiua perfectioꝛ: cum plures cauſas perfectioꝛes requirat ad eiꝰ pꝛoductionem. ¶ Quarto arguitur. notitia ſenſitiua per te anime intellectiue inheret. ergo notitia ſenſitiua poteſt eſſe in anima ſeparata. ſed dicis. in ſenſu diuiſo notitia ſenſitiua poteſt eſſe in anima ſeparata. ſed non eſt poſſibile ꝙ noticia ſenſitiua ſit in anima ſeparata: ſi anima ſit ſeparata illa qualitas non eſt amplius ſenſitiua. ¶ Cōtra hoc arguitur. ipſa eſt adhuc anime noticia. quia per illā qualitatē anima vitaliter immutatur. ſicut poteſt eſſe reſpectu anime ſeparate vel angeli noticia. per eam cognoſcit ⁊ non eſt intellectiua quia ſic eodē modo debebas ante dicere ꝙ illa noticia erat intellectiua: cuius oppoſitū dicis. ⁊ tunc ſic. hec qualitas (quocūqꝫ noīe vocetur) manet in anima ſeparata: et aīa per eam poteſt cognoſcere. ergo ſimilē noticiam in ſpecie poteſt acquirere cum eſt ſeparata.

¶ Quinto arguitur. ī appetitu ſenſitiuo ſunt ponende virtutes alterius rationis a virtutibus in intellectu et in voluntate: vt in tertio dicetur. et hoc nō poteſt cōmode ſaluari ponēdo duplices in intellectu vel voluntate. ergo appetitus ſenſitiuus diſtinguiť ab appetitu intellectiuo. et ſi iſte rationes nō demonſtrent cōcluſionē hanc quartam: ſicut tamen mihi pꝛobabilioꝛes multo rationibus ad oppoſitū quare cum antiquis teneo illam cōcluſionē. ¶ Ex omnibus his ſequitur ꝙ potentie nō oꝛganice: vt intellectus / memoꝛia / et voluntas / non ſunt accidentia. nec potentie oꝛganice. ſed quedam res extenſe. vt potentia viſiua ē viſꝰ. ⁊ viſꝰ nihil aliḋ ē ꝗ̄ determiāta poꝛtio oculi: ſcilicet caro illa ⁊ anima carnem illam infoꝛmans. ⁊ ſic de potentia auditiua. ſed alia ſunt accidentia et qualitatiue diſpoſitiones requiſite ad audiendum ꝗ̄ ad videndū quare oculus nihil pōt audire ſicut nec auditus videre.

¶ Secundo ſequitur ꝙ falſum eſt dicere ꝙ potentie anime intellectiue ſunt ptes eius. nec ſunt partes eſſentiales nec integrales anime intellectiue cum anima eſt impartibilis: nullas habet partes pꝛopꝛie dictas. Jam paucis cōtra concluſiones obijciemus quatenus melius cōcluſionū veritates cognoſcanť. Contra pꝛimā cōcluſionē non obijciam de concluſionibus ſequētibꝰ. ⁊ de iſtis duobꝰ coꝛrelarijs ē diſceptatio inter phōs ¶ Cōtra ſecundā concluſionē ař rōnibꝰ. Pꝛimo ſic arguitur. actus et potentia pertinēt ad idem genus. ſed actus iſtarū potentiarū: ſcilicet intelligere ⁊ velle: ſunt accidētia anime. ergo et potētie. ¶ Secundo. ſi anima ſecundū ſuam eſſentiā ſit immediate pꝛincipiū operationis: cum ſemꝑ ſit in actu: quia eſt actus. ſemper agit et operať. igitur ſemper habēs eam intellexit. ſicut habēs animā vel eſſentiā anime ſemper viuit. ¶ Tertio potentie: anime ſunt in pꝛedicamento qualitatis. ergo ſunt accidētia ¶ Quarto arguitur auctoꝛitate Auguſtini. 15. de trinitate. c. 7. volentis oſtēdere diſcrimen trinitatis quod in nobis eſt: ſcilicet memoꝛie / intelligentie / voluntatis / ab ea que eſt in diuinis: ponit illa in nobis differre: in deo vero eſſe vnum: et idem. vnde ſic ait in homine inuenimus trinitatem id eſt mentem et noticiam qua ſe nouit et dilectionem qua ſe diligit: ſed hec tria ſunt in homine vt non ipſa ſint homo. Quod per hoc oſtendit: qꝛ homo includit coꝛpus. hec autē non ſunt coꝛpoꝛa. Conſequenter oſtendit ꝙ non ſunt aīa: cum ſubdit: detracto etiā coꝛpoꝛe ſi ſola anima cogitetur aliquid eius ē mens tanꝗ̄ caput vel oculus vel facies: ſed non hec vt coꝛpoꝛa cogitanda ſunt: nō igitur anima ſed quod excellit in aīa mens vocatur. ecce clare dicit aīam nō eſſe mentē: ſed aliqd quod ē in anima ⁊ excellens ī ea mens ē. hec ibi Item infra eodē. c. poſt modicū: ait. Item ꝙ in hoc magna diſtantia ē: ſcꝫ inter trinitatē dei et noſtrā: ꝙ ſiue mētem dicamꝰ in hoīe eiuſqꝫ notitiā ⁊ dilectionem ſiue memoꝛiā intellectiuam ⁊ voluntatē: nihil mēte meminimꝰ niſi per memoꝛiam: nec intelligimus niſi per intelligentiaꝫ nec amamus niſi per voluntatē. At vero illa in trinitate quis audeat dicere pr̄eꝫ nec ſeip̄m nec filium nec ſpiritum ſanctum intelligere niſi per filium: vel diligere niſi per ſpm̄ſanctū. per ſe autē meminiſſe tātomō vel ſui vel filij vel ſpūſſcti. hn̄ vbi vult dicere ꝙ nō memoꝛamur per intelligentiaꝫ nec intelligimus per volūtatē nec volumus per mentē. ergo diſtinguiť: qꝛ que ſunt ideꝫ quicquid cōuenit vni conuenit ⁊ alteri. Et epilogans hoc idem. c. xvj. eiuſdeꝫ dicit. Nec diſtant in eis iſta ſicut in nobis aliud eſt memoꝛia aliud intelligentia aliud dilectio ſiue charitas. Item beatus Auguſtinus / loquens de illis loquiť tanꝗ̄ de diſtinctis. vnde dicit ea trinitatē. trinitas non eſt niſi diſtinctoꝛum et dicit hec tria ī auctoritate ſtatim allegata: ꝗ autē tria non ſunt idē. c. xxix. ſicut habemus in coꝛpoꝛe membꝛa ⁊ quinqꝫ ſenſus ſingula ad ſuos vſus apta quibus quaſi inſtrumētis vtimur: ita et aīa habet in ſe quaſdam vires quibus vtitur velut inſtrumentis ad vſus cōgruos. Eſt namqꝫ ratio in anima que ſicut in ſuo inſtrumēto vtitur ad ratiocinandū. et voluntas qua vtitur ad volendū. non eſt enim ratio et voluntas tota anima: ſed eſt vna queqꝫ ali-

quid in anima. ecce aperte dicit voluntatẽ et rationẽ eſſe inſtrumẽta anime. inſtrumentũ autem diſtinguitur ab eo cuius eſt inſtrumentũ. Itẽ magiſter diſtinc.3.li. primo loquens de memoria intelligẽtia et voluntate dicit: illa tria naturales proprietates ſiue voces ſunt ipſius mentis. et a ſe inuicem differunt. qꝛ meõria nõ eſt ĩtelligẽtia nec volũtas / nec ĩtelligẽtia volũtas ſiue amor. et premiſit de illo vbo beati Auguſtini / qui dicit illa tria eſſe vnũ / vnam mentẽ / vnam eſſentiam Quod vtrũqꝫ non videt̃ eſſe verum iuxta proprietatẽ ſermonis. ¶ Ad primũ iſtorũ dicitur ſi ſit ſermo de genere p̃dicamẽtali ponendo res ĩ predicamẽto more realiũ predicamẽta diſtinguentium penes rerum multitudinẽ: auctoritas verũ habet de illo quod eſt in potẽtia obiectiua: puta ꝓ illo qḋ nõ eſt ⁊ p̃t eẽ. illḋ qḋ mõ ẽ in potẽtia poſtea actualiter eſt. ſi ſit ſermo de potentia que eſt principiũ actus vitalis quemadmodũ debet arguens capere. et tunc aſſumptũ eſt falſum. et patet ſecundũ arguentẽ. anima eſt principium potentie et tamen ſecundum eum potentia eſt accidens et anima ſubſtantia. ſecundo dico ad illam auctoritatẽ philoſophi nono methaphiſice: nõ intelligit̃ auctoritas hec de genere logico: ſꝫ de genere obiectiuali: ita ꝙ potẽtia et actus verſantur circa idem obiectũ. dicimus vnũ actum a toto genere alium in bonitate excedere: hoc eſt ex parte obiecti. ¶ Ad ſecundũ dicitur ꝙ ipſum parum apparẽtie habet. quãdiu materiã informat ſemper eſt in actu ſicut forma eſt actus. nõ oportet ꝙ ſi ſemꝑ q̃diu ĩformat ſit in actu p̃io: ꝙ ſit in actu ſecũdo producendo actũ. ¶ Ad.3. dicit̃ proprie res non ponunt̃ in predicamẽto: ſed vocabula ratiõe modoꝝ ſignificãdi abſolute vl̃ cõnotatiue. non incõuenit aliquid poni in omnibꝰ predicamẽtis tãq̃ rem ſignificatã. ¶ Ad quartũ ad auctoritatẽ auguſtini: oſtendimus in ꝓbatione cõcluſionis auguſtini fuiſſe illius opinionis ꝙ intellectus / volũtas / et memoria realiter diſtinguũtur. ſed ad auctoritates: dicitur ꝙ capit memoriã ĩtellectiuã et voluntatẽ vt includant actus ſuos: ſcilicet noticiã et dilectionẽ. et ideo indifferenter nominat nomine potẽtiarũ vel actuum. ⁊ patet. quia in p̃cipio auctoritatis allegate ponit mentem / noticiam / et dilectionem. vltima duo vt liquet ſunt nomina actuum. vnde cum dicit nõ anima ſed qḋ excellit in ea mens vocatur: nichil aliud vult q̃ ꝙ mens non nominat animam abſolute q̃tũ ad eſſentiam: ſed q̃tũ ad actus qui in eo excellentiores ſunt: ſcilicet noticias et dilectiones. Similiter in eo qḋ ſubditur accipit memoriã intellectũ et voluntatem prout includunt actus: ꝙ cuilibet innoteſcit ſuum proceſſum cõſideranti: quia oſtendere elaborat differentiã trinitatis diuine a trinitate create imaginis per hoc pater non intelligit per filium nec amat per ſpiritũ ſanctũ: ſed per propriã eſſentiã. quia vna et indiſtincta eſt formaliter noticia et amor: nos aũt alio actu amamus: alio actu intelligimus. Et ita non intelligimus niſi per intellectum: vt intellectus includat actũ intelligẽdi. et non amamur niſi per voluntatẽ: hoc eſt: actũ voluntatis. non enim potentijs ſiue diſtinguãtur ſiue non: intelligimus aut amamus: ſed earũ actibus elicitis. deus autẽ ſua eſſentia formaliter intelligit et amat. nec habet actũ diſtĩctũ ab eẽntia et hoc vult Auguſtinus cum vna res diſtinctis nominibus vocat̃. loquimur de ea tanq̃ de pluribus. et potiſſimũ in ea diſputatione qua inquirit̃ idemptitas vel diſtinctio rerũ. et patet manifeſte in cõi modo loquẽdi: dicimus hec tria ſapientia / bonitas / et potentia / in deo idẽptificantur. ⁊ duas dicimus portiones anime ſuperiorẽ et inferiorẽ: ⁊ eſt modus vulguatiſſimꝰ. et tamen ille due portiones ſunt vna et eadẽ res: vt in diſtinctione viceſima q̃rta patebit. ad Anſelmuꝫ ⁊ magiſtrũ non reſpõdeo. licet poſſunt gloſari: videt̃ fuiſſe illius opinionis. nego eos et tenẽtes illam viam. ⁊ nimirũ. cum ſcḋaꝫ concluſionẽ et cõſequenter reliquas tenet Auguſtinus. ⁊ cõmunior ſcola ſcolaſticorũ: ⁊ ratiões pro parte oppoſita nullius momẽti ſunt. ſanctus Thomas in libris de anima nititur opinionẽ modernorũ refellere que tenuit potẽtias anime eſſe animã. nunc autẽ eſt opinio tam cõis pariſij vt alia non egreditur ſepta cõuentus predicatorũ niſi q̃tenus ĩpugnetur. non ꝙ argumenta alijs ſilentiũ imponãt: ſꝫ nec neutris aſſenſum p̃beant qui vtriuſqꝫ partis rationes et auctoritates audiũt. ¶ Cõtra tertiã concluſionẽ arguitur. ex ea ſequit̃ ꝙ intellectus vult. ſimiliter hec cõcluſio: ſequit̃ ꝙ voluntas intelligit: iſte cõcluſiões ſunt contra omnẽ modũ loquendi: et ꝙ ſequat̃ patet ſic. hic intellectus intelligit: hic ĩtellectꝰ ẽ volũtas. ergo volũtas ĩtelligit. expoſitorie ĩ tertia figura. Alia ꝯcluſio patet. hec voluntas vult. hec volũtas eſt intellectꝰ. ergo intellectus vult. cõſequẽtia tenet vt prius. et premiſſe ſunt vere ſcḋm dicta: qꝛ nõ pono diſtinctionẽ realẽ vel formalem more cõterranei inter voluntatẽ et intellectũ. ¶ Reſpõdetur: ꝯcedẽdo cõcluſiones illatas. ſed volũtas nõ intelligit voluntate. aĩa voluntate ſintelligit: ſed non intelligit volũtate. prior pars patet. anima hoc intellectu intelligit. hic intellectus eſt volũtas. igitur ſecũda pars dicit ꝙ volũtas eſt principiũ intelligẽdi. qḋ eſt falſum. ad illam diſtinctionem formalem. nullam talem pono. omni modo intellectus eſt voluntas nec eſt diſtinctio vlla niſi rationis et in cõnotatis. et non ſunt termini ſinonimi. intellectus actum intelligẽdi in obliquo importat. hoc non cõnotat volũtas: ſed aptitudinẽ ad actũ volẽdi. ſũt tñ termini ꝯuertibiles. nichil de intellectu enũciatur quin illud idem de voluntate enũciatur ſig̃tiue captis vocabulis.

¶ Alterius ſequit̃ intellectꝰ libere habet actũ. probatur. hoc complexum / libere habens actũ / enunciat̃ de volũtate. et quicquid vere enũciat̃ de volũtate idem vere de intellectu enunciatur. hoc etiã expoſitorie deduci poteſt. ſimiliter poſ

oſtendi / voluntas libera naturaliter habet actũ patet. hic intellectus naturaliter habet actũ. hic intellectus eſt voluntas libera. igitur. ſed voluntas libera non vult naturaliter ſuum actum voluntatis. licet iſte propoſitiones ſint vere dẽ virtute ſermonis: nõ vtimur illo mõ loquendi. ⁊ rõ eſt. apud multos antiquos putabatur ꝙ potẽtie aĩe intellectiue non idẽptificarent̃. ⁊ multi eorũ modum loquendi imitantur. ⁊ talis eſt modꝰ adhuc loquendi nominalium: qui tamen ĩ libris de aĩa in artibus ⁊ theologia ꝯcederẽt millies has propoſitiones et ſimiles. ¶ Secundo arguitur tertio de anima intellectus et voluntas dicunt̃ partes anime. ſed pars non idẽptificatur cũ ſuo toto. igitur. ¶ Reſpondetur diſtinguendo ꝙ ſũt partes anime. vel partes eſſentiales vel integrales. ⁊ ſic negatur. tales partes non habet anima ſicut dicitur in de ſpiritu ⁊ anima. c.8. Tota anime eſſentia in ſuis potẽtijs conſiſtit: nec per partes diuiditur cum ſit ſimplex ⁊ indiuidua. ⁊ ſi aliquando partes habere dicatur: ratione potius ſimilitudinis q̃ veritate compoſitionis intelligẽdum eſt. ſimplex ſubſtãtia eſt anima. vel ꝙ ſũt partes ſimilitudĩarie et quodãmodo ſubiectiue denominatione extrinſeca et accidentali. ⁊ ſic cõcedo. Aliqui termini in ſua ꝯnotatiõe importãt vnum officium anime / ⁊ aliqui aliud officiuꝫ: de quibus anima indirecte tanq̃ minus cõnotatiuũ denominatiue predicatur. Propterea res ĩportate cum tota connotatione quodãmodo dicũtur partes anime. intellectus potentiã connotat ad intelligendũ. ecce vnũ officium anime. Volũtas habet aliã connotationem in qua aliud anime officiũ cõnotatur. Memoria ſignificat animam potentem memorari. et ſic de alijs. Terminus anima non habet talem connotationem partialem. ⁊ ſic quia iſti termini important vnam partem ſignificationis anime: dicuntur partes anime importare. queẽadmodum diceres: aſcendere eſt ſolum pars motus angelici: quia non exprimit totum ambitum motus eius. quia poteſt deſcendere ⁊ circuire. ¶ Tertio arguitur. intellectus poſſibilis ⁊ agens diſtinguunt̃ realit̃. ergo voluntas et anima. nego antecedens. eadeꝫ res numero eſt intellectus agens pro quãto concurrit ad intellectionem: ⁊ poſſibilis pro quanto eã recipit. ¶ Contra concluſionem quartam arguitur. viſio eſt extenſa. ergo non poteſt vllo modo inherere aĩe. ¶ Reſpondetur. ꝯſequentia nichil valet / ſi intelligatur ꝙ non poteſt ei inherere ꝑtialiter viſio anime et organo ĩheret copulatim. modo hoc totum eſt extenſum. et ratione illius viſionis oculus dicitur videre. ¶ Nunc videmꝰ quonam pacto intellectus / voluntas / ⁊ memoria: realiter cum anima intellectiua idẽptificãt̃. et per conſequens idẽptificãtur inter ſe. quicũqꝫ idẽptificãtur vni tertio idẽptificãtur inter ſe. ſenſus tamen ab anima diſtinguũtur tanq̃ totum a parte. ⁊ ſenſus inter ſe realiter diſtinguũtur. pꝫ. licꝫ habeãt eãdẽ aĩam tãq̃ partẽ p̃cipalẽ: tamẽ ſunt alie ꝑtes ⁊ diſpoſitiões req̃ſite ad ſingulos ſenſus. ſunt tñ homogenee eſſentialiter inter ſe. et herogenee ⁊ alterius rationis accidentaliter. et licet ſenſus entitatiue ſit perfectior intellectu quia ĩtellectum cõtinet ⁊ cũ hoc aliquid aliud: tñ intellectꝰ eſt perfectior potentia q̃ ſenſus. q̃cq̃d ſenſus ſentire põt / id idem ĩtellectus intelligere põt. ſenſus ſolum ſenſibile ſentire poteſt. oẽ tale intellectus intelligit: ⁊ cũ hoc imꝑtibilia que nullo modo ſunt obiecta ſenſus. ¶ Inſuꝑ. tot ſunt potẽtie appetitiue quot cognitiue / ⁊ cũ eis idẽptificate. pꝫ. intellectꝰ realiter eſt volũtas. ergo eodẽ modo potẽtia viſiua ẽ ſua appetitiua: ⁊ auditiua ſua appetitiua. Amplius patet. licet aliq̃ ſunt potẽtie que nõ ſunt aĩa: tñ potẽtie principales aĩe cum ea idẽptificãtur. Prior ꝑs patet. q̃cquid aliquid poteſt eſſe potentia: vt calor. res q̃libet mouet effectiue ad productioneꝫ create noticie que habetur de ea vel haberi poteſt. Scḋa pars pꝫ ex dictis. ⁊ licet potentie anime cum ea idemptificentur: actus illarum potentiarum diſtinguũtur ſpecie tam ab anima q̃ a potẽtijs ipſis ⁊ ĩter ſe. licet voluntas ſit ĩtellectus: volitio tamen ſpecie diſtinguitur ab intellectione: etiaꝫ reſpectu eiuſdem obiecti. ⁊ in famato modo loquendi dicimus voluntatẽ ⁊ intellectũ eſſe varias anime potentias propter diuerſa officia ⁊ actuum diuerſitatem. quomodo potentie diſtinguuntur per actus patet ex queſtione precedenti: vbi dictum eſt ignis aſcendit / deſiccat / ⁊ calefacit. ⁊ tamen eſt vnus paruus ignis mediantibꝰ diuerſis inſtrumentis. licet potentie per actꝰ diſtinguuntur: non ſunt tot potentie quot actus. alioquin oporteret in abyſſum multiplicare potẽtias contra omnem modum loquendi.

¶ Queſtio ſecunda.

Secundo circa eandem diſtinctionem queritur: vtrum ſenſus cõmunis ſit in corde vel in cerebro tãq̃ in ſuo organo. q̃ro hanc queſtionẽ propter mlta que in theologia et morali p̃hia tangimus dicentes virtutes ⁊ vicia eſſe in appetitu ſenſitiuo: de quo ſenſu principaliter homines intelligunt. ¶ Pro huius queſtionis ſolutione ſcito. Ariſtoteles in de ſompno et vigilia: ⁊ tertio de partibus animalium dicit: ꝙ ſenſus communis eſt in corde. hoc auerroys in principio ſui colliget inſequitur. et patet hec opinio. vbi eſt appetitus ſenſitiuus ibi eſt ſenſus communis. ſed appetitus ſenſitiuus eſt in corde tãq̃ in primo ⁊ p̃ncipali organo. Probatio. quoniam in illo organo debet poni appetitus ſenſitiuus in quo appetendo apparet prima et principalis corporis cõmotio. ſꝫ hoc ẽ ĩ corde. pꝫ ĩ iracũdo: cuiꝰ ſanguis ad cor fluit: vt colericꝰ q̃libet ſatꝭ ĩ ſe expit̃. ⁊ pꝫ hoc ipſum ĩ timore ⁊ ĩ alijs paſſionibus appetitꝰ ſenſitiui. ¶ Scḋo arguit̃ ad idem experiẽtiis.

Si quis tangatur in coꝛpoꝛe vel ledatur cadẽdo vel aliť: ꝓtinꝰ ī coꝛde ſentitur. ꝓpterea vulgares clamãt ſe ad coꝛ ꝑcuſſos ⁊ doloꝛẽ illatũ ſentire ī coꝛde. Secunda experientia eſt de foꝛmatione embꝛionis. Pꝛimo eñ apparet coꝛ factũ ſiue ampula quedã ex qua fit coꝛ. ⁊ ꝯſiter circa ipſum fiunt ⁊ foꝛmãtur alia mẽbꝛa. Pꝛio viuit: ⁊ vltimo moꝛitur. ¶ Ad hoc arguit cõmẽtatoꝛ ī ſcdo colliget ſic. cũ caloꝛ ⁊ ſpũs expãdũtur ad exterioꝛa tunc pñt ſenſus ꝑtingere in ſuas opationes. ⁊ cũ reuertũtur caloꝛ ⁊ ſpũs: nõ pñt exire in illas operationes. ergo vͭtus ſenſitiua pmo ſiue appetitꝰ ſenſitiuus pꝛimo ponẽdꝰ eſt in loco illo vnde veniũt caloꝛ ⁊ ſpũs et ad quẽ reuertũtur in ſomno. ſed h̄ eſt coꝛ. igitur. ¶ Pꝛeterea. actus ſenſus ē ex caloꝛe ⁊ ſpiritibus. ligamẽ ſenſuũ eſt ex frigoꝛe et ſpirituũ defectu. cerebꝛũ aũt eſt frigidũ ⁊ ſine ſpiritibꝰ niſi eos a coꝛde habeat. ergo cerebꝛum non eſt cõueniens oꝛganũ pmi ſenſus. ¶ Inſuper arguit Ariſtoteles tertio libꝛo de ꝑtibꝰ aīaliuꝫ et in de ſompno ⁊ vigi. ſic. aīalia mouentur per ſenſũ et appetitũ. ⁊ ideo idẽ eſt pꝛincipiũ motꝰ et ſenſus in aīali. ſed in coꝛde eſt pꝛimũ pꝛĩcipium motus: qꝺ pꝫ a ſigno. qꝛ motꝰ incipit a ſpiritibꝰ. et coꝛ eſt fons ⁊ oꝛigo ſpirituũ. ⁊ qꝛ etiã ab appetibili fit pma cõmotio coꝛpoꝛalis in coꝛde ⁊ circa coꝛ: ergo in coꝛde tanq̃ in pꝛimo fonte dꝫ collocari pꝛimus ſenſus / ⁊ pꝛimꝰ appetitꝰ ſenſitiuꝰ: a quo pꝛouenit motꝰ in aīali. rationes he pꝛo via Ariſtotelis ſunt apparẽtes. ¶ Plato / Galenꝰ / Auicẽna / et medici tenent oppoſitũ: ꝙ pꝛimum ſenſitiuũ ſiue ſenſus cõis eſt in capite. et pꝛo illa via arguiť ſic. In ſompno oẽs ſenſus exterioꝛes ligati ſunt ita ꝙ nõ pñt exire in actũ ſentiẽdi: nõ ſolũ ſuperiꝰ caput vſus: ſed īferiꝰ pedes verſus. hoc non eſt rationabile ſi in coꝛde eſſet pꝛimum ſenſitiuũ. qꝛ in coꝛde non deficiunt caloꝛ ⁊ ſpiritus in ſompno: īmo habundãt. cũ ſompnꝰ ſit cõuentus caloꝛis circa coꝛ. Similiter non deficiũt caloꝛ et ſpiritus in ſompno circa pedes. qꝛ ad illam partem non mittuntur vapoꝛes a coꝛde: ſed ſurſum ad caput. pꝛopter qꝺ dicit pħs ꝙ in ſomno infrigidantur ſuperioꝛa: ſed inferioꝛa ⁊ interioꝛa circa pedes fiunt calida. ergo ſi ſenſus cõis eſſet in coꝛde: nulla eſſet cauſa quare in pedibus ſenſus tactus ligaretur: ſꝫ in partibus ſuperioꝛibus ligareť ꝓpter defectum caloꝛis et ſpirituũ. ſed ſi ponatur ſenſus cõis ī cerebꝛo: ſine quo ſenſu cõi non poſſunt perfici ſenſationes ſcdm aliquos exterioꝛes: tunc rõnabile eſt ꝙ in ſompno oẽs ſenſus exterioꝛes vndiqꝫ fiant īpotentes: ꝓpter hoc ꝙ ſenſus cõmunis ſit impotens ex defectu caloꝛis et ſpirituum in oꝛgano eius quod eſt cerebꝛum. ¶ Ad hanc rationem reſponderi poteſt / ꝙ non ſolum ſenſus exterioꝛes ſunt ligati: ſed ſenſus cõmunis. ratione ligationis ſenſus cõmunis: ſenſus alij ligantur. tamen ſenſus cõmunis nõ eſt ligatus ob ſui frigiditatẽ ſicut ligãtur oꝛgana in capite: ſed eſt ligatus pꝛopter turbationem ſpirituum ab euapoꝛatione groſſa ⁊ multa. nõ q̄n poteſt ſenſus cõmunis habere noticias actuales tam appꝛehenſiuas q̃ iudicatiuas: ſed fit ꝙ ſenſus in ſompno non percipiunt ſua ꝓpꝛia obiecta ante excitationẽ. nec cãtũ audiũt: nec pñſentẽ vidẽt: nec tangentem caloꝛem paruũ percipiunt / niſi ab aliquo magno excitentur. nichil valet ꝙ aliqui dicunt: a coꝛde ad cerebꝛũ ſunt vie notabiles que pꝛopter caloꝛem coꝛdis pꝛius abſoluũtur a ligamento ſompni q̃ vie a cerebꝛo ad oꝛgana exterioꝛa. ideo per ſpecies reſeruatas in capite fiunt pꝛius ſompnia q̃ fiat expergefactio aliqui ſunt qui ſtatim cum doꝛmiunt ſompniant. ſoleo dicere de meipſo: ſolum pꝛius natura doꝛmio q̃ ſompniam. poteſt dici: ē ſenſus cõmunis minus pꝛincipalis in capite et pꝛincipalioꝛ ī coꝛde. ecce queſtionem cecam: de qua recte dicit cõmentatoꝛ tertio de anima. licet teneat patrem ſenſitiuum in coꝛde: ꝙ inſtrumentum per qꝺ coꝛpus deſiderat pꝛimo et vniuerſaliť nõ eſt cognitum a nobis.

¶ Diſtinctio. 17.

In quinto capite huius ſeptimedecime diſtinctionis magiſter incipit tractare de paradiſo: et ad finem eiuſdem diſtinctiõis pꝛoſequitur tres poſitiones recitans / quaruꝫ vna ponit paradiſum ſpiritualiter tm̃. alia tempoꝛaliť tm̃. Tertia et ſpiritualiter et tempoꝛaliter: quaꝫ inſequitur magiſter: ⁊ litteram Geneſeos recte inſequentes. Non capio paradiſum pꝛo beatitudine: vt Luce vigeſimotertio. Hodie mecũ eris in paradiſo. ſed paradiſum pꝛo celo. ſicut apoſtolus ad Coꝛinthios aſſerit ſe raptum ad paradiſum. ſed de loco terreſtri loquendum eſt. Hic autem nichil niſi pꝛobleumaticũ tangere valeo: licet certum ſit paradiſum eſſe alicubi: tamen incertum eſt ſi in hac parte vel ī illa. aliqui ponũt eum ſub tropico capꝛicoꝛni: quia apud meridieꝫ ſunt nobilioꝛes influentie: ⁊ apud polum antarticum eſt ſuperioꝛ pars mundi. ⁊ apud arcticũ inferioꝛ pars mundi. Aliqui ponunt eum ſub equatoꝛe. aliqui ſub tropico cancri. aliqui apud inſulas foꝛtunatas. Sed omnes in hoc conueniunt / ꝙ ponitur in loco temperatiſſimo in quo homines optime viuũt. ¶ Pꝛopterea in pꝛimis temptandum eſt inquirere in qua plaga terre homines optime viuunt. Celebꝛis eſt hominum opinio ꝙ non bene viuitur in toꝛrida zona inter duos tropicos. ſic putabat Philoſophus ſecundo Metheoꝛoꝛum. ⁊ Virgilius pꝛimo Geoꝛgicoꝛuꝫ inquiens. Quinqꝫ tenent celum zone quarũ vna coꝛuſco / ſemper ſole rubens ⁊ toꝛrida ſemper ab igni. Quam circum extreme dextra leuaqꝫ trahuntur. Cirulea glacie concrete atqꝫ imbꝛibus atris. Has inter mediãqꝫ due moꝛtalibus egris Munere conceſſo diuum. Hoc putabat Ouidius pmo Metamoꝛphoſeos. Parte ſecant zone q̃nta eſt ardentioꝛ illis. Sic onus incluſum numero diſtinxit eodem. Cura plage tellure pmũtur.

Quaꝝ que media eſt nõ eſt habitabilis eſtu. Nix tegit alta duas: totidem inter vtramqꝫ locauit Temperiemqꝫ dedit mixta cum frigoꝛe flamma. Et ſic conſequenter ad modum iſtoꝛum non eſſet ſub equatoꝛe. Non poteſt eſſe ſub circulo arctico pꝛopter aeris intemperiem. nec locus ille erit amenus. cum ſole exiſtẽte in pꝛimo puncto cancri erit eis vna dies vigintiquattuoꝛ hoꝛarũ et quaſi inſtans pꝛo nocte. qꝛ in inſtanti ſol tranſit Oꝛizontem: et ille contactus eſt eis pꝛo nocte. et hoc eſt pꝛopterea: cum zenith capitis eoꝝ eſt idem cum polo zodiaci: ⁊ ſic habent eclypticam pꝛo oꝛizonte. ⁊ cum firmamentũ continuo moueatur cum pꝛimo mobili: circulus oꝛizontis inter ſe capit zodiacũ et in inſtanti. Ex hoc conuincitur ꝙ paradiſus non poteſt eſſe ſub circulo antarctico. ⁊ a foꝛtioꝛi non erit inter circulũ arcticũ et antarcticum et duos polos. Et licet dicatur ꝙ homines diu viuant ſub montibus hyperboꝛijs pꝛopter caloꝛẽ cauſatũ a reflexione luminis illoꝛum montiũ concauoꝛũ: ita ꝙ ab aliq̄bus putatur illud philoſophi: Bonũ eſt occidere patrem in triuallis. ibidem habere veritatẽ: tamen illic nõ poteſt eſſe paradiſus. quia illa reflexio non multum diſtat a montibus: ⁊ paradiſus eſt magne amplitudinis. Tum ſecundo. loca illa ſunt bene acceſſibilia: nec inter flamma ignea dirimit. Et totũ iſtud confirmatur quia hec loca ſunt extra clymata q̄ ſunt inhabitabilia vel male habitabilia ſecundum Coſmographos. Reliquum eſt ꝙ locetur inter tropicũ cancri et circulum arcticum. vbi plaga noſtre terre gabitabilis eſt / vel ſub tropico. vel inter tropicũ Capꝛicoꝛni et circulum antarcticũ. ⁊ hoc modo illa terra nõ inhabitatur. dicunt cõmuniter loquentes ꝙ illic ſol in eſtate eſt in oppoſito augis eccẽtrici: et in hyeme in auge eccẽtrici oppoſitus eis: ⁊ ſol diu decurrit ſuper illam plagam in eſtate. Ergo tũc illa plaga eſt combuſta: ita ꝙ poſſunt inuocare illud Eſopi. Sole necoꝛ ſolo quid erit ſi creuerit alter: Et in hyeme frigoꝛe intereunt. Sed quia expertũ eſt in hac tẽpeſtate ꝙ homines illic degunt. Dicitur ꝙ ratio concludit ꝙ non ita bene poſſunt ibi viuere ſicut inter tropicum cancri et circulũ arcticum: ergo ibi nõ erat paradiſus terreſtris. ¶ Alia concluſio. Paradiſus ponendus eſt ſub equatoꝛe vel inter tropicũ cancri et circulum arcticum. et ſi ſecundũ: debet locari in quarto climate. Pꝛobatio. quartum clima eſt temperatiſſimum inter reliqua climata. qꝺ ſic oſtenditur. Nã illud clima ꝯtinet plagã terre optime habitabilẽ in cuiꝰ vno extremo eſt intẽſa caliditas et in alio immẽſa frigiditas. In diameroe homines ſunt nigri. in diaſene ſub tropico cãcri hoĩes ſunt ſubnigri. ⁊ ſic ī dialexãdria. q̊ indiciũ ē ꝙ illic ꝯburunť a ſole. in diarephijs / In diaboꝛiſthene / et diaroma / eſt frigiditas: ſcdm tñ magis et minus. qꝺ ptꝫ ꝑ hoĩm albedinẽ modo exiſtentiũ in quarto climate: ſcꝫ in diarodo: q̊ mediũ inter hec tenẽt. hic bis annue colliguntꝫ ſegetes: duos fetus in anno vacca habet. ¶ Cõfirmať. qꝛ Hieroſolyma terra ꝓmiſſiõis metropolis eſt ī quarto climate. ⁊ deꝰ dedit terrã ſuo populo laboꝛanti in tẽpoꝛalibus optimã: et ſi patrũ auctoꝛitates non obſiſterẽt hic locaremus paradiſum in parte oꝛientali illius: ⁊ iſtud eſt ꝓbabile. licet ſancti oppoſitũ poſuerint: nõ cogimur cũ eis aſſentire: cum teſtimonia ſcripture non illud pꝛobarũt: et motiuum quare ita dixerũt non poſuerũt: ſꝫ pꝛopter hec duo copulatim dicimus paradiſum eſſe ſub equatoꝛe. patet per Damaſcenum libꝛo ſcdo capitulo vndecimo. ⁊ hoc tenuit Auguſtinus in pleriſqꝫ locis: ⁊ patet per auctoꝛitates quas magiſter introduxit in littera. ¶ Amplius. eſt valde pꝛobabile in lumine naturali ꝙ ſub equatoꝛe terra eſt tẽperatiſſima: et nihil obſtat qꝺ dicitur de paradiſo quin illud ponatur. Ergo paradiſus eſt illic locãdus. Terrã optime habitabilem ſub equatoꝛe putat Auicẽna fen pꝛima. doctrina tertia capitulo pꝛimo. ¶ Sed contra iſtas duas cõcluſiones arguiť ſic. veniẽtes a poſtclimatibus vel e gallia euntes hieroſolymã ⁊ in Aphꝛicam: cito alterãtur ⁊ cadũt in egritudines qui manſiſſent incolumes in Bꝛitannia et gallia. ergo homines ibi diutius viuũt. ¶ Cõfirmať. egyptus eſt terra pꝛomiſſionis fertilioꝛ. quod patet. Geneſis tertiodecimo comparatur paradiſo dñi. et Deuteronomij vndecimo. Terra enim ad quã ingredieris poſſidendã nõ eſt ſicut terra egypti de qua exiſti: vbi iacto ſemine in hoꝛtoꝛũ moꝛẽ aque ducuntur irrigue: ſed mõtuoſa eſt et cũ poſteris de celo expectans pluuiam. ¶ Ad pꝛimũ reſpõdetur concedendo a locis dictis ſi repente quis eat ad climata calida alterabiť: ſed hoc nõ arguit ignobilitatem quarti climatis: ſed aſſuefactionem. Durum eſt enim aſſueta relinquere. Opoꝛtet autem capere vtrumqꝫ clima et videre in quo homines diutius viuunt. et vbi eſt maioꝛ fertilitas terre. ſic venientes repente de quarto climate ad ſeptimũ vel ad penitus toto diuiſos oꝛbe Bꝛitannos / incurrent moꝛbũ. Nõ reſpicio an homines iſta admittant: ſed ſufficit ꝙ admittere debeant. Nemo eſt qui non dicat ſuam patriam terram pꝛomiſſionis: ſꝫ hoc ſufficit. ſi vna patria aliquibus indiget: in alijs abundat. Si a gallia Bꝛitanni vina auferant: ſtannum. lanam. piſces et pelles reddunt. ſic pꝛouidet deus ꝙ nulla patria omnibus abundat: ſed ſibi mutuo obſequium pꝛeſtant. ſecundum illud maronis pꝛimo Geoꝛgicoꝛum. Hic ſegetes illic veniũt felicius vue. Arboꝛei fetus alibi: atqꝫ iniuſſa vireſcunt / Gramina. nonne vides croceos vt tmolus odoꝛes. et que ſequuntur. ¶ Ad aliud nego ꝙ egyptus ſit fertilioꝛ terra pꝛomiſſionis: eſt tamẽ admodum fertilis: pꝛopterea comparatur paradiſo dñi. ¶ Aliud argumentum quod dependet ex vndecimo capite Deuteronomij eſt in oppoſitũ. volebat legiſlatoꝛ dicere ꝙ nõ erat ſicut egyptus: ⁊ ꝙ nõ egeret nilo ad eã rigãdã moꝛe hoꝛti. ſꝫ eſt mõtuoſa campeſtris expectãs pluuiã de

celo.modo ī egypto nō pluit. Cōiter dicit egy=
ptus pluuie ignara:et hoc eſt verū in partibꝰ re=
motis a mari mediterraneo. in alijs partibꝰ eſt
abundātia rozis:et in alijs crebro penuria aque
ſicut ſolet eſſe apud meridionales. Propterea
paſtores patriarcharū cum incolis terre magna
iurgia habebāt pro fodiendis puteis pro aquan
dis pecoribus:nō tamē eſt putandū qn in regio=
nibus vberrime glebe pro maiori parte ſint ali=
qui montes et ſterilitates.et contra in partibus
ſterilibus pro maiori parte eſt aliqua portio fer
tilis. Introitus Judee ad Japham eſt montuo=
ſus et infecūdus.ſed tota patria cathegoreuma=
tice eſt fecūda ab ameniſſimo Jordane. lacubꝰ.
montibꝰ.oliuetis/et vitibus/ꝛ ceteris id genus.
Ramū vitis duo exploratores miſſi a moyſe fe=
rebāt in baculo.et ſi vnus poterat ferre in mani
ca ſicut in gallia:incaſſum acceptaſſent baculum
ad ferendū. ¶ Sed ꝯtra:eſt magnū frigus in ter
ra ꝓmiſſionis.qđ ptꝫ Geneſis trigeſimo primo.
Jacob dicit ad labā die noctuqꝫ eſtu vrebar ꝛ ge
lu:fugiebat ſomnus ab oculis meis. ¶ Preterea
Mathei vigeſimoſexto In aprili Petrus iuit ad
prunas ꝛ calefaciebat ſe quia frigus erat. ¶ Ad
primū dicit ꝙ Jacob tūc nō erat ī terra ꝓmiſſio
tibus et freneticis.ergo nō habuerūt ante deter
minatū tp̄s vſum rationis nec ſciētiā: quā tn̄ ac-
quirere poterāt ſucceſſu tempoꝛis multo facilius
quā nos coꝛpoꝛibus grauati. nec tamen pꝛopter
ea ſequiṫ in eis fuiſſe ignoꝛātiā pꝛaue diſpoſitio
nis:tū non erāt in ſtatu adhuc ſciendi:tū nec diſ-
ſentiebāt vꝛ̄o nec aſſentiebāt falſo.ergo nō erra
bant. ❡Ad aliā difficultatē. an pueri fuiſſent na
ti in oꝛiginali iuſticia ⁊ in ea cōfirmati. ad pꝛioꝛē
partē dubitationis diciṫ ꝙ ſic.fuiſſent in ea nati.
hoc eſt:deus ꝓduxiſſet in eis iuſticiā oꝛiginalem
ſicut in pꝛīo parēte. ⁊ ſicut nunc oēs naturaliter
geniti(virgine dempta)ſunt cōcepti in peccato
oꝛiginali: ſic omnes fuiſſent nati in oꝛiginali iu-
ſticia.ſed de cōfirmatione non cōſtat ſufficienter
auctoꝛitate vel ratione. poteſt dici ꝙ adā pꝛo to
to tēpoꝛe vie nō fuiſſet cōfirmatus in iuſticia:ſed
cum pꝛimū fuit totus. ⁊ ita de quolibet filio eius
Scdo dici poteſt:ſi adā viciſſet pꝛimā tēptatio-
nem:fuiſſet in iuſticia ⁊ gratia cōfirmatus. ⁊ idē
req̇rebaṫ in quolꝫ deſcēdēte ab illo. Tertio dici
poteſt.ſi adā pꝛimā tētationē viciſſet: ipſe ⁊ tota
poſteritas fuiſſet cōfirmata in iuſticia oꝛiginali:
et amplius(ſaltē moꝛtaliter)peccare nō poterat
moꝛe apoſtoloꝝ cōfirmatoꝛum virtute ex alto.
hāc tertiā partē Anſelmꝰ in libꝛo pꝛimo cur deꝰ
homo.c.18.inſeq̇tur dicēs. ſi pꝛimi parentes ſic
vixiſſent vt tēptati nō peccaſſent:ita cōfirmarē
tur cū oī ꝓpagine ſua vt vltra peccare nō poſſēt.
et rō eiꝰ ē:bonū eſt potētiꝰ malo.ſꝫ ꝑ pctm̄ pꝛimi
hoīs cōſequuta eſt neceſſitas peccandi in his q̇
naſcunṫ ex eo.g̊ ſi pꝛimus homo in iuſticia p̄ſti-
tiſſet:deriuareṫ ad poſteros neceſſitas obſeruā-
di iuſticiā.cui Grego.4.moꝛaliū ſuꝑ illo Job.3.
Sompno meo requieſcerē.ſi parentē pꝛimū nul
la putredo coꝛrūperet nequaq̄ ex ſe filias iehen
ne generaret:ſed hi qui nunc ſunt per redempto
rem ſaluandi ſoli ab illo electi naſcerētur. oppo
ſito dato:magna fuiſſet difficultas in ſeruāda iu
ſticia oꝛiginali.⁊ aliqui manſiſſent in illa in para
diſo:⁊ alij eiecti fuiſſent. ❡Si dicas. deus eos
pꝛeſeruaſſet ne peccarēt : virtualiter habeṫ intē
tum.illa p̄ſeruatio eſt per iuſticiā oꝛiginalē cōfir
matā. ❡Jſtam tertiā viam Anſelmi pꝛobabilē
reputo.cōtra eam tamen ſic arguiṫ. filij ade erāt
viatoꝛes.igitur non erant ꝯfirmati in gratia.an
tecedēs patet.alias non habuiſſent p̄mium ratio
ne meritoꝛiū. ❡Reſpōdetur negādo hanc conſe
quentiā:⁊ patet inſtātia in apoſtolis. poſtq̄ erāt

fort' translatus

ꝑmiū

confirmati virtute ex alto:meriti ſunt:⁊ veniaľr peccare poſſunt. nec hoc mouet. ptꝫ:ſecundū aduerſarios fuiſſent filij ade pro illo ſtatu mirabiliter adiuti ne peccarent per manutenentiā dei et parentū doctrinā:nõ obſtante fuiſſent viatores. iſte tertius modus eſt probabilis. quilibet tamē aliorū poteſt defendi ſine inconuenienti. ¶ Finaliter hic dubitaẗ per auctoritatē Gregorij nuperrime adductā/ſi parentē primum nulla putredo corrumperet. videẗ ꝙ Gregorij vult dicere ſi adā non peccaſſet ſoli nunc electi nati fuiſſent

¶ Reſpondeẗ. vtrobiqꝫ teneo in cauſis effectū attingentibus : idem effectus numero ab vna cauſa productus non poteſt produci ab alia cauſa:licet ſimilis in ſpecie produci poteſt. oppoſito dato:ſequiẗ ꝙ idem corruptū numero corruptione propria poſſit reproduci per naturā:qδ nullomodo cõcedo. ¶ Inſuper : noticia intuitiua producta ab.a.albedine non poteſt produci ab albedine.b. oppoſito dato:poſſum naturaliter habere noticiā intuitiuā albedinis in india/vel in paradiſo terreſtri. pari forma vbi concedũt ꝙ femina reſurget in ſpecie maſculina : dempta beata virgine : cui eſt glorioſū reſurgere in ſuo ſexu. ſic eſt cuilibet alteri ſexum ſimplicē habēti : ſaltem quilibet reſurget in ſexu ſimplici conſequēter ad dicta in. 4. cum hoc tamen mas et femina non diſtinguunẗ ſpecie eſſentiali:decimo methaphiſice. quod ergo dicunt de reſurrectione in vario ſexu:nullomodo recipio. iſtud ex induſtria in. 4. in materia de reſurrectione refellere niſus ſum. concedo tamē ꝙ eadē aīa intellectiua poteſt informare varias materias. et ad idemptitatē materialē ⁊ formalē cõpoſiti redit idē compoſitū in cõpoſitis. vel quādo redeũt eedē partes ſemper redit idem cõpoſitū. ſed ſi agēs creatū effectū attingens aliud ⁊ aliud applicetur: ſemꝑ redit altera pars intrinſeca compoſiti vel cuiuſcũqꝫ ſimplicis partes habētis. hec ſerioſius in ſecūda diſtictione ꝑmi:deduxi. ꝑpea tranſeo. ¶ Rñdeo ad hāc autoritatē gregorianā ⁊ dico ipe ītelligit: ſoli electi nati eſſēt ſi adā nõ peccaſſet. admiſſo illo de non peccato ade:nulli fuiſſent reprobi. ⁊ ſic ſoli electi nati fuiſſent. nõ ſolum iſti qui nunc ſunt electi:non eſt demõſtratio ꝑſonalis per ly iſti: ſꝫ ſimplex. queādmodum dicimꝰ hec herba creſcit ī horto meo. hoc ē:ſimilis herba. ſic ī ꝓpoſito. ſi adam non peccaſſet:ſolū iſti qui nunc ſunt electi nati fuiſſent:hoc eſt:hoīes ſimiles iſtis quo ad ꝑdeſtinationē nati fuiſſēt. oēs tũc fuiſſent ꝑdeſtinati:⁊ nulli reprobi. ꝑdeſtinati ɔtingēter ſũt ꝑdeſtinati. parētes multorū electorū fuiſſent reprobi.

¶ Contra hoc arguiẗ. omnis ordinate volens prius vult finē/⁊ poſtea ordinate vult media ad illum finē. hoc eſt:prius vult illud qδ eſt fini propinquius. deus primo vult ſe:poſtea vult bonum creature rationabili ſupremū:ſcilicet beatitudinem. poſtea gratiā et merita. poſt hec oīa vult illum beatū naſci a tali parente:puta Martinum vel diuā barbarā a ſuis parētibꝰ:igitur. propter quodcũqꝫ quod poteſt ɔtingere circa poſterius: non eſt variata ſua volũtas circa beatificationē quia prediſtinatio eterna non variaẗ propter ſtatum nature lapſe contingentē. ¶ Reſpõdeo. hec ratio nihil vincit. in primis non eſt talis ordo volendi circa finē et ordinabiliū ad finē : ſed vnico actu ab eterno voluit hec omnia deus. ſcδo dato tali ordine quo ad intelligētia: vnū quod vocas prius non eſt magis certū vel determinatam q̄ poſterius. quēcumqꝫ deus predeſtinat cõtingenter predeſtinat. notū eſt ex primo ꝑdeſtinatꝰ poteſt reprobari. licet nõ ſit poſſibile ꝑdeſtinatū reprobari. non magis eſt immutabilis predeſtinatio q̄ reprobatio. lapſus ade ab eterno fuit ita certꝰ deo ſic ꝑdeſtinatio pauli. Dubiū ē:an lapſꝰ ade non cõtigiſſet qui electi fuiſſent: cum iſti qui ſunt electi poterāt non fuiſſe electi. quia poterāt nunq̄ naſci. ⁊ qui preſciti ſunt : potuerunt fuiſſe electi. poteſt ergo eē ꝙ iſti electi omnes fuiſſent nati ſi adā nõ peccaſſet:⁊ parētes eoꝝ fuiſſēt ⁊ēt electi. potuit fuiſſe ꝙ nõ omnes iſti electi fuiſſent producti:ſed alij electi. ſicut de adā certum eſt ꝙ grauiter lapſus eſt. poterat non labi. et licet deꝰ eum viderit ab eterno lapſum: cõtingens erat illi ante lapſum labi vel non corruere.

In hac diſtinctiõe. 21. querā duo. primo de tēptatiõe demõis. ſecūdo:an primum peccatū ade potuit fuiſſe veniale. ¶ Circa priorē partē q̄ro hũc queſtionis titulū:an temptatio demonis inuidia oriebaẗ ad hominē callide. ¶ Pro queſtionis ſolutione ſolū vnum vocabulū explanabiẗ. poſtea reſpõdebo ad queſtionē. ¶ Temptare bipharīa accipiẗ. vnomodo ſtricte. ⁊ ſic capiẗ in malā partem ſolū. ſic capiẗ Jacobi primo. nemo cum tēptatur dicat quoniā a deo temptatur. deus enim intēptator eſt malorū. ipſe enim neminē tēptat. Temptare hoc modo nihil aliud eſt q̄ inducere ad malū ⁊ fallere in moribus. et ſic diffinitur. Eſt aliqua fallatia inducēs rationabilē creaturā ad malū ſiue ad male credendū/ operandū / vel omittendū quod eſt faciendū. homo ſic temptat: vt incredulus fidelem:vel vir mulierē vt in eum cõſentiat. demon etiam ſic temptat et principalius q̄ hõ: ſic ꝙ glo. interlinearis prime theſ. 3. ſuper iſtud/ne forte temptet vos/is qui tēptat dicit:ſolus diabolus:cuius officiū eſt tēptare. nā et ſi homo aliquādo ſic temptat:hoc agit inquātum ē miſter diaboli. quia callidius interius ⁊ exterius temptare nouit q̄ homo. licet nonnunq̄ cõuenientius ſolet per hominē circumuenire q̄ per ſeipſum. vt mulieres aliquas honeſtas ꝑ malicioſas ſenes intermedias ad fallendū īducit:⁊ adam per euam. hoc modo mundus et caro temptant Jacobi primo. vnuſquiſqꝫ temptaẗ a ſua concupiſcētia abſtractus et illectus. Et ſapientie. 14. creature dei facte ſunt īodiū ⁊ in tēptationem aīe hominū ⁊ in muſcipulā pedibꝰ inſipientium. ¶ Aliomodo capitur tēptare cõiꝰ. tunc indifferēter in bonā et malā partē capiẗ. qδ ſm

materiam ſubiect ī cognoſci poteſt. Geneſis. 22. ſcribitur de deo Temptauit dñs abrahā. et pſalmiſta. ꝓba me dñe et tēpta me:vbi gloſa caſſiodori. temptat deus vt erudiat:homo vt ſciat:diabolus vt ſeducat. ergo aliqua temptatione queritur experientia de ignoto temptāti: vt arguēs facit in ſillogiſmo temptatiuo: ſicut regens diſcipulo artiſte:ſiue arguēs ſorbonicꝰ in ſociū. et regina ſaba ſalomonē ī enigmatibꝰ : tertij regū. x. venit regina ſaba tēptare ſalomonē in enigmatibus. ſic imprudētes temptāt deum qui in dei virtute vacillāt experimentū querũt: ɔtra illud deuteronomij. 6. non tēptabis dñm deum tuum. aliquis temptat ſeipſum vt interpres in veſperijs experimentū facit an ſciat ſuam orationē bene pronũciare : ⁊ dauid an armatus incedere poſſit primi regum. 17. In aliqua temptatione nõ queritur experimentū de ignoto temptante : ſed vt alijs innoteſcat. ſic deus temptat. nihil eū latet. ſciebat ab eterno quomodo abrahā ſuo nutu filium offerret in holocauſtū. ſed tēptauit abrahā vt hoc alijs innoteſceret:licet Geneſis. 22. ſcribatur nunc cognoui ꝙ timeas dñm:hoc eſt:alijs dedi cognoſcere: iuxta illud :Deuteronomij. 13. Temptat vos dñs deus veſter vt palam fiat vtrū diligatis eū an nõ ī toto corde veſtro. Et ſapientie. 3. deus temptat illos et inuenit eos dignos ſe. tanq̄ aurū in fornace probauit eos. ¶ His de ſignificatione vocabuli ꝑmiſſis: deuenio ad queſtionis enodationē cõcluſiue. Prima ɔcluſio erit demon inuidia pulſatꝰ hominē temptauit. Secunda cõcluſio. demon hominē callide temptauit. Tertia cõcluſio. poterat demon ſi voluiſſet ſi deus ꝑmiſiſſet hominē multo callidius tēptare. Quarta cõcluſio. ex quo cum parua tēptatione homo victus eſt:grauius tranſgreſſus eſt.

¶ Prima cõcluſio probatur. Sapientie. 2. inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. et Gregorius. 5. moraliū: ſuper illud Job. 5. paruulum occidit inuidia:dicit. hoſtis callidus primo homini īuidēdo ſubrepſit: quia amiſſa beatitudine minorē ſe immortalitate illius agnouit. ⁊ magiſter in littera. vidēs diabolus hominē per obedientie humilitatē poſſe aſcēdere vnde ipſe per ſuperbiā corruerat: inuidit ei. ⁊ qui prius per ſuperbiā diabolus fuerat: zelo inuidie factus eſt ſathan. i. aduerſarius. ¶ Secunda cõcluſio probatur. exercitū inuaſit in debiliorē partē. et illa eſt cautela inuadētis exercitū vel artē. vlterius incepit ab interrogatione querēs:cur precepit vobis deus ne comederetis : vt experimentū de corde mulieris caperet. ſicut aſtutus arguens ſorbonicus querit a reſpõdente quid ſentit de tali materia anteq̄ argumentū aggrediatur vt cautius ſtimulet reſpondentē. ⁊ in duello pugnās / arma cõſocij punctū hinc inde ferit vt partē penetrabiliorē inueniat. ¶ Tertia concluſio probatur. demon eſt callidiſſimus:cui vliſſes / achitophel / ſinõ vel iuppiẗ cõparati nihil ſunt. patet. quilibet angelus eſt homine ſuperior in naturalibus. lucifer erat de ſuprema hierarchia / ⁊ ſupremo ordine illius: ⁊ Jam ab orbe ɔdito ſine carnis allatione habet experientias. ergo incõparabiliter hominē excedit:g̊ callidiꝰ. hoc ipm ptꝫ Job. 41. per ipſum Job cum demone plurimū verſatum qui dixit. non eſt poteſtas ſuper terrā que ei poſſit cõparari. ſed aſtutus callide ante oculos pennatorū ſcit ducere rethe argumēti. modo tēptatio quāto eſt occultior tanto eſt periculoſior. interius et inuiſibiliter temptare poterat demon ſibi relictus vel ī colũba beſtia ſimplici modo. quāto res videtur ſimplicior tanto citius mouet ad credendū : ⁊ quāto pernicioſior et aſtutior tanto plus ab illo caueẗ. licet nullū brutū añ peccatum primis parētibus nocuit:ſciebant brutorū naturas:aliquas de ſe malas:aliquas vero bonas.

¶ Quarta cõcluſio probatur. viro forti vinci interdū in bello corporali eſt indecorum. ⁊ quanto modꝰ vincēdi eſt debilior tāto vinci eſt fediꝰ:potiſſimū ī hoīe forti. g̊ idē ē ī bello ſpūali. mõ adā ⁊ eua erāt valde fortes tā ī naturalibꝰ q̄ in donis gratuitis. Naturalia habebāt integerrima:nõ leſa ⁊ grauata. illuſtrata erāt ſciētia ⁊ iuſticia originali. ¶ Cõtra primā ɔcluſionē arguitur. Superbia īſtigabaẗ primū parentē demõ tēptare. ptꝫ. 14. de trini. dei. c. 12. dicit Aug. Elationis vitiuꝫ in dei aduerſario qui eſt diabolus maxime dominari ſacris litteris edoceẗ. ¶ Scδo arguiẗ ꝑ Gregoriū. 5. moraliū q̇ dicit ſuꝑ illud Job. 5. paruulum occidit inuidia. paruulus eſt q̇ inuidia occiditur. qr niſi ipſe inferior exiſteret de bono alteriꝰ non doleret. ſꝫ demõ (cū eſt ſuꝑbiſſimus) nõ reputabit ſe hoīe inferiorē. igiẗ homini non inuidebat. ¶ Tertio arguiẗ ꝑ iſtud cõmune:inuidet figulus figulo ,⁊ egenus egeno. ꝓho inq̄tū hmõi non inuidet calcifex qui eſt alterius artis ⁊ vocationis. modo demon eſt alterius ſpeciei ⁊ vocationis ab hoīe. igiẗ ei nõ inuidebat. ¶ Ad ꝑmū diciẗ ꝙ ſuꝑbia erat prima radix demonis ꝑ quā in inuidiā lapſus eſt. Suꝑbia inuidiam procreat vt poſthac ſuo in loco dicemus. inuidia erat cauſa proxima temptatiõis. ¶ Ad ſcδm dicitur. demon nõ exarſit tanta ſuꝑbia q̄n iudicauit hoīem poſſe cõſcendere ad ſublimitatē a qua ipſe ceciderat. ¶ Ad tertiū cõcedo ꝙ figulus inuidet figulo:⁊ illi qui v̓ſanẗ circa idem:quorum exaltatio vnius põt eē ꝑiudicialis alteri v̓e vel apparēter. ſic in propoſito. nec refert ſiue ſpē diſtinguātur vel ne. ¶ Contra tertiam concluſionē et eiꝰ probationē arguitur. mulier eſt viro aſtutior. pꝫ per Auicēnam. 8. libro de aīalibꝰ. c. de induſtria aīaliū dicit. mulieres ſunt magis fraudulente q̄ viri. Prouerbialiter dicimus: ſi in maleficio cõperta fuerit excuſationē īuenit āteq̄ genu manu attingere poterit. modo aſtutior prõptiꝰ fraudē deprehendit:ſm illud Prouerbioꝝ. 27. aſtutꝰ videns malū abſconditꝰ eſt. ¶ Scδo arguiẗ cõtra eandem concluſionem. glorioſius putatur a ſuꝑbo vincere fortiorē contra debiliorē. Propterea Leo eſopi noluit murē in rethe captum perime

re:inquiens.nonne leoni dedecꝰ et muri ceperit eſſe decus.non alias Achiles apud poetas man ſit decantatiſſimus niſi qꝛ hectorē cū Troillo peremit.ergo cū diabolꝰ ſuperbia ardens appetat excellentiam:⁊ glorioſius eſt virū vincere ꝙ mulierē:cōgruebat ei magis virū primo inſultu aggredi. ¶ Reſpondet:cōcedo mulier eſt fraudulentior viro:nō tñ ita iudicat ſicut vir.nec ſcit inuenire mediū ita ſubitū bonū ⁊ ꝑſpicax ſicut vir: licet in paruis tricis ⁊ rebus minutis ſuis in qua verſatur pōt melius iudicare. qḋ medicoꝝ eſt ꝓmittunt medici. ¶ Ad ſecundū cōcedo.ꝙ glorioſius putatur vincere fortiorē ꝙ debiliorē:ſi putaretur victoria proxima. ſed ſuꝑbus timet deijci et vinci.maluit vti medio vt ſit victor paulatiue inchoando a debiliore: ⁊ tādē cū ope debilioris vincere fortiorē.iudicabat demō adā oculatiorē ipſa eua tā per corporis cōplexionē ꝙ per inceſſum et geſtus.et mulierē cognoſcere poterat ex coſta viri deprōptā.putabat ſi ipa prīo peccaret īſtigare inoportune maritū peccare cum muliere adiutus: finaliter euaderet victor.ſi a viro inchoaſſet:⁊ fuiſſet ab eo victꝰ: de quo dubitabat: nec mulierē viciſſet.quia eam vir ſuus plus aīaduerſus cohibuiſſet ne demoni aſſentiret ¶ Dubitatur an nōnunꝙ ſit temptatio a carne ſine temptatione ab hoſte. ¶ Reſpōdetur ꝙ ſic. ſunt due temptationes inter ſe diſtincte: quarū neutra ab alia deſpēdet.ergo vna pōt eſſe ſine alia. Inſuꝑ. licet ad ymaginationem poſſibilē demon nunꝙ fuiſſet plaſmatus:adhuc potuit fuiſſe temptatio a carne.igitur. ¶ Contra iſtud arguit.inſtrumentum non mouetur niſi a ſuo motore.ſed caro corrupta eſt inſtrumentū diaboli:ſcḋʒ illud Job.9. terra tradita eſt in manus impij.i. in manus diaboli ſcḋm glō. ¶ Secundo arguit. victus a carnis tēptatione eſt ſeruus diaboli.ergo diabolus cooperat in illa pugna. quia nullus efficitur ſeruus in bello niſi pugnātis. ¶ Tertio. Jo.damaſcenus.li.2.c.4.de demonibus loquens: dicit ꝙ omnis malicia et immūde paſſiones ex ipſis excogitate ſunt.ſed temptatio carnis eſt immūda paſſio.igitur. ¶ Ad primū reſpōdetur:inſtrumētum vel organū aīatum poteſt ſeipſum mouere quemadmodū loqtur Ariſtoteles de ſeruo naturali:primo politicorū. ¶ Ad ſcḋm nego cōſequētiam.ſufficit ꝙ cooperabatur olim in cauſam vnde carnis rebellio ſequuta eſt. frequēter in bello victus efficitur ſeruus regis nō pugnātis actualiter. ¶ Ad tertiū dicit ꝙ vniuerſalis illa eſt moralis:vt in pluribꝰ tenēs. Inſuper:omnis immūda paſſio eſt a demone tanꝙ a cauſa propinqua vel remota. ¶ Secundo dubitat:vtra harū duū tēptationū eſt difficilior ⁊ cui earū difficilius reſiſtitur. ¶ Reſpōdetur:ſe habēt ſcḋm excedēs et exceſſum.ex parte temptātis demon eſt cautior et latēter impugnat.caro patenter et ꝑceptibiliter.tam interius ꝙ exteriꝰ mille per meandros nouit demon impugnare.altera ex parte caro facit bella plus ꝙ ciuilia in corpore myſtico. quia in corpore vero arma parat:rationē obnubilat: et eſt familiaris inimicus.modo dicit boeciꝰ nulla peſtis eſt efficacior ad nocendū ꝙ familiaris inimicus. Et mathei.12. Omne regnū in ſe diuiſum deſolabitur. ꝓpterea ſi caro temptet ſortem de peccato carnis demone non temptāte: et demon platonē temptet de peccato carnis ſenſualitate platonis non inſurgēte: difficilius eſt ſorti reſiſtere ꝙ platoni : et hoc ſi equaliter ſint inclinati ad peccandū.ſʒ ſi ſortes temptetur a carne: et plato in ſuperbia a demone:ſi magis inclinet ad peccatū carnis ꝙ ad ſuperbiā:difficilius erit reſiſtere carni ꝙ demoni.ſi econtrario inclinet: difficilius reſiſtit demoni. ſi autē equalis pronitas ſit reſpectu vtriuſqʒ:lʒ vnꝰ temptator ſit alio fortior:difficilius erit carni reſiſtere.homo debilitatur a ſeipſo:⁊ ratio obnubilat niſi obicem ponat in bono tempore.

Secūdo circa eandē diſtinctionē qrit:an pmꝰ parēs poterat peccare venialr in ſtatu īnocētie.nō inqro an ſtante ſtatu innocentie adā poterat peccare venialr in ſenſu ꝯpoſito. palā eſt ꝙ nō. peccato veniali cōmiſſo: non fuiſſet ſtatus innocentie vniuerſalis:ſed nocentie.nec pro nunc quero an veniali cōmiſſo:iuſticia originalis non fuiſſet per ipſum amiſſa.de hoc in quodā argumēto inquirā.intēdimus ergo inquirere an homo ſtans in ſtatu innocentie poteſt peccare primo venialiter ante omne mortale.ſiue iuſticia originalis amittatur ſiue non.contione ſic limitata:varia ē ad queſtionē rñſio. vna poſitio tenet ptē affirmatiuā.alia negatiuā. ¶ His premiſſis pono aliquas cōcluſiones:quaꝝ prima eſt. nō poterat eſſe motus ſurrepticius venialis prīo in ſenſualitate. probat hec cōcluſio.iuſticia originalis cohibuit vires inferiores parere rationi:vt Auguſti. dicit.14.de ciuitate dei.ergo. ¶ Secūda concluſio:mendaciū iocoſum in nobis veniale ſi fuiſſet primo ab adā cōmiſſum: non fuiſſet mortale propter altitudinē ſui ſtatus.probatio.nunꝙ altitudo ſtatus facit illud quod eſt de genere veniale in alio / eſſe mortale in altiori ſtatu vel alio: niſi ſit ei ꝓhibitio / votū / iuramētū / vł huiuſmodi / ꝑ communē doctorū theoricā:licet faciat de veniali minore veniale maius ratiōe alicuius circunſtantie.ſed in aliam ſpeciē peccati non mutat:ſic ſcilicet:ꝙ finitatē pene in eternā cōmutet.modo adā non habuit ſpeciale preceptū ne mentiretur iocoſe pro illo ſtatu : nec iurauit nec vouebat ꝙ non ſic mentiret prout ſupponit. ⁊ ſuppoſitione negata:capiat aliud de genere veniale.dixi preceptū vel prohibitionē:nō pono nunc diſcrimē. prohibet preſbytero cōtrahere vel exiſtēti in ſacris.ſi exiſtēs in ſacris cōtrahere niteret: mortaliter peccaret:vbi laicꝰ vel nō exiſtēs in ſacris cōtrahēdo nō peccaret.ſed hoc eſt propter ꝓhibitionē ſuperioris huic matrimoniū interdicētis. ſimiliter ſi ſortes voueret ꝙ nunꝙ mentiretur

iocoſe:mētiēdo deliberate mortaliter peccaret vbi alias vel alius illud nō vouēs ſolū venialit peccaret. ¶ Tertia ꝯcluſio.primū peccatū ade poterat fuiſſe vēiale . ꝓbatur: adā poterat pmo mentiri iocoſe ipi eue.ſʒ tale in adam ꝓ illo ſtatu nō fuiſſet mortale ex ꝯcluſione pcedēti.igitur maior ptʒ. adā erat liber ꝓ illo ſtatu ad peccādū vt euētꝰ rei docuit. ¶ Scḋo arguit ad idē poterat adā hēre motū ſurrepticiū circa illḋ qḋ ē ꝓhibitū ſub pena pctī mortalis: vt circa articulū fidei.ſed talis motꝰ:cū nō eſt actꝰ deliberatꝰ:ē ſolū vēialis nūc igit. ¶ Cōtra tertiā ꝯcluſionē arguit.ex ea ſeqt ꝙ per pctm̄ veniale hō fuiſſet eiectus de paradiſo ⁊ iuſticiā originalē amiſiſſet: quod eſt īconueniēs.ſi dicas.nō ſeqt.gr̄a ꝑueniale nec remittit nec ꝑdit.ſic nec iuſticia originał ꝗ vēiale ꝯpatit ſic gr̄a iuſticia origīalis ē gr̄a īferior. qꝛ ſine ea nō reddit hō deo gratꝰ. Contra. iuſticia originalis magis reddebat trāquillitatē ī hoīe ꝙ gr̄a:lʒ gr̄a aliquā ſuꝑeminētiā hēat.ꝗ ex vno nō potēs aliud inferre. ¶ Scḋo ſequit ꝙ cū iuſticia originali ſtaret triſticia ⁊ pena:quod non ſolēt ſcti ꝯcedere.pʒ:veniale illud nō ſemꝑ ſtetiſſet cū iuſticia originali:ꝗ oʒ ꝙ interdū deleretur ꝑ penitētiā.⁊ ſic adā triſticiā habuiſſet. ¶ Scḋo arguit ꝯtra eandē ꝯcluſionē. pctm̄ mortale ē circa finē veniale circa illa ꝗ ad finē ordinant mō ꝓ ſtatu īnocētie fuiſſet infallibilis firmitas ordinis vt ſemꝑ inferiꝰ cōtinetur ſub ſuperiori :ergo quādiu hō paruiſſʒ deo ⁊ ratio ſuꝑior ei paruiſſet ita diu bñ ſe habuiſſet circa īferiora. nec etiā tūc fuiſſet motꝰ ſurrepticiꝰ venialis:qꝛ nō fuiſſet īde liberatio.⁊ ex hoc ſequit ꝙ ſcḋa ꝓbatio eſt nulla. ¶ Ad primū dicit ꝙ deꝰ poterat(ſi voluiſſʒ) tollere iuſticiā originalē ⁊ adā euertere de paradiſo veniali cōmiſſo.⁊ ſi venialit pmo peccaſſet : vix cōſtat quod deus feciſſʒ.nūc vero ſcimꝰ ꝙ pmo mortalit deliquit:⁊ de paradiſo ē eiectꝰ.ſʒ ꝓbabiliter oñdimus ꝙ pmo poterat venialit deliquere.ꝗd deꝰ de eo feciſſet ſi pmo venialit peccaſſʒ nō ꝯſtat.alterū fuiſſet triū:ſcʒ:ꝙ cū de ꝑadiſo eieciſſʒ:vel ſtante iuſticia poterat ſuū veniale deteſtari ꝑ penitētiā ꝑuā ꝗ illi ſtatui nō repugnat abſolute:vel poterat ei remittere culpā deus ꝑ aliud opus ꝯſilij ita ei gratū ſicut culpa erat īgrata. ¶ Ad ſʒ dico ꝙ tā veiale ꝙ mortale ſūt circa finē ⁊ ea ꝗ ſūt citra finē.nō oīs actꝰ malꝰ circa finē vltimū eſt mortalis.nec oīs actꝰ malus circa mediū eſt venialis.nec ī hoc vllomō ē diſcrimen īt mortale ⁊ veniale. Scḋo. nō diſtīguūt ꝑ hoc ꝙ veniale ē ꝯtra ꝯſiliū ⁊ mortale cōtra pceptuʒ: vt quidā aiūt.nūꝙ actus ꝯtra cōſiliū ꝯmiſſꝰ ē peccatū.ſi aſſit ꝯtemptus cōſilij:pōt eē pctm̄ mortale ſicut veniale. ꝓpterea nō oportʒ ire ad illḋ diſcrimē. ſimiliter pōt eſſe ſurrepticiꝰ motus tā circa finē ꝙ citra finem ꝑ hoc in generali loquēdo mortale a veniali ſecernit. vnū ꝓhibet ſub pena tēporali in alio foro :⁊ aliud ſub pena eterna. nec ē ſufficienter ꝓbatū ab alijs ꝙ in ſuꝑiori portione in ſtatu innocentie non poterat eē motus ſurrepticiꝰ venialis.⁊ illo dato:adhuc adā facere potuit aliquid quod erat veniale ex genere:et ꝑ ꝯñs ei veniale :⁊ nullomō ꝓpter ſtatū mortale: vt in ſcḋa ꝯcłōe diximus. Ecce hō poterat prīo ſtatū innocentie amittere ꝑ veniale pctm̄ : ſʒ nō qḋlʒ.ꝗd ē ſtatꝰ īnocētie hūane durauit ab hoīe cōdito quouſqʒ eua prīo peccauit vel vltīo non peccauit.ſʒ ꝙ primū pctm̄ ſubito vel pure ꝑtibiliter produxit.ſʒ adhuc erat ſtatꝰ īnocentie viri.

In hac diſtinctione.22. duo inquirā pmo de grauitate pctī ade.an pctm̄ ade fuerit pctō eue grauiꝰ.2. magiſter loquitur de ignorātia.ſo inquirā an peccatū ade ⁊ cuiuſlʒ alterius excuſet ignorātia. ¶ Quoad primū ſupponatur vna diſtinctio ꝙ vnū pctm̄ pōt alio dici maius multis modis Unomō qꝛ maiori bono formaliter oppōit.⁊ ſic odiū dei ē peſſimū īter pctā.qꝛ dilectioni dei que eſt actus optimus opponit.modo meliori actui peior opponitur.vnū peccatū eſt etiā alio maiꝰ qꝛ pluribus difformitatibus eſt inuolutū. ⁊ ſic ē fratri minori maius peccatū frangere ieiunium in die veneris prime ebdomade integre in quadragesima ꝙ in alio die veneris.ratio.qꝛ pluribꝰ preceptis cōtrait.ergo ſuus actus pluribꝰ difformitatibus eſt inuolutus.cū tribus pceptis cōtrauenit:tres virtualiter difformitates īuoluit.hoc mō cācellarius et examinatores examinis ſancte genouefes plus peccant ꝙ examinatores noſtre dñe.ratio.cū hoc ꝙ hi et illi iuſticie diſtributiue de honore īꝑtiendo ꝯtraueniūt.ſuperiores iurāt:nō aūt inferiores.3.ex interiori actu volūtatis vnus actus eſt alio peior.4.ex maiore ſeqla dāpni vt de pctō ade cōtigit.quīto ex minore allectiuo ad peccanduʒ .ſexto ex circunſtantia īgratitudinis hō qui eſt magis dotatꝰ naturalibus vel gratuitis a deo ꝙ alter is plus peccat ⁊ ī hͦ pctm̄ viri mulieris pctm̄ exuꝑat.plus prudētie ⁊ ſtabilitatis habet vir ꝙ mulier.ex illo ptʒ:vnū peccatū pōt aliud in vna circunſtantia excedere ⁊ excedi ab eodē ī alia vel in pluribus.tūc reſpiciendū eſt ad illud quod abſolute plus grauitatꝭ habet. ¶ His pmiſſis pono ꝯcluſiones queſtiōi rñſiuas:quarū prima eſt. Peccatū eue fuit grauiꝰ pctō ade.probatur hec cōcluſio. eua plus a deo punita eſt ꝙ adam:ꝗ peccatum eius fuit maius peccato ade. ꝯñs tenet de pena inflicta: pctō nō plꝰ perturbāte rempublicā ꝙ aliud. rapina vel furtum in mundo plus punitur in foro exteriori ꝙ adulteriū:qꝛ vnū ē cū violētia:aliud ſine violentia ⁊ occłtū putatū. añs pʒ:maior ē pēa a deo mulieri inflicta ꝙ viro.pʒ geneſis.3.mulieri datū ē ī dolore ꝑere ⁊ ī ꝑtu ē magnꝰ dolor vt ſcriptura dicit ē dolor ſimilis ꝑturiēti viro ſolū datū eſt in ſudore vultꝰ veſci ſuo pane. ¶ Itē:mulier poſtꝙ pctō aditū ōdit appetijt ſcire ſic deꝰ ⁊ diabolo credidit ¶ Scḋo mlier ſeipaʒ ⁊ virū ī pctm̄ pcipitauit.vir autē non precipitauit mulierez in pctm̄.ſʒ magnū allectiuū habuit a mlıere ad peccādū vltra īſtigationē diaboli vltra hūit pulcrā

mulierē ꝛ bñ plaſmatā / dotes nature hñtē: quā triſtē vidit. q2 p̄ma frōte adā ꝯcedere noluit. nec aliā humanā ſocietatē habuit. alliciebatur g̊ pro thoparēs triſticie materiā a ꝯiuge auferre. mulier tñ īmediate fuit tēptata ab hoſte: non Adam. ¶ Tertio: cū maiori libidine ꝛ ītēſius peccauit mulier q̄ꝫ vir: ꝛ in plura pctā deſcēdit in illo progreſſu q̄ꝫ vir. ergo pl⁹ intēſiue ꝛ extēſiue ī illo progreſſu peccauit q̄ꝫ vir. pctm̄ mulierꝭ ex maiori ſuperbia proceſſit q̄ꝫ pctm̄ viri. volebat aſſimilari deo. credebat iſtō poſſe fieri pctō iā admiſſo. prime a Thi. 2. Uir nō eſt ſeduct⁹ ſ3 mulier. vir ſerpēti nō credidit: mulier aūt aures accōmodauit. nec excuſando ſe ad deū dixit mulier decepit me ſed mulier quā dediſti mihi ſociā dedit mihi ꝛ comedi. in vtroq3 fuit inobedictia ꝛ gula. ¶ Scd̄a ꝯclo. l3 pctm̄ ade nō erat maximū / fuit tñ multū graue. hec ꝯclo h3 duas ptes: quarū prior eſt. nō erat maximū. p3. nō erat graui⁹ nature vel īmediate ꝯ̄ deū: ſed ſolū ꝯ̄ ius poſitiuū diuinū de nō comedēdo illo fructu. ¶ Inſup. adā ꝯſecut⁹ ē ſui pctī remiſſionē: parit ꝛ eua: nō aūt demō. Secūda ps p3 ex diſtictiōe. 7. Prior ps pt3. Sapiētie 10. qui p̄⁹ formatus eſt a deo pr̄ orbis terrarū cū ſolus eſſet creatus cuſtodiuit ꝛ eduxit illū a delicto ſuo. h̄ dicit Aug. in epl'a ad Enodiū: ꝛ Anſelmus ſcd̄o libro cur de⁹ hō. mō pctm̄ irremiſſibile eſt remiſſibili maius. ¶ Scd̄a pars cōclonis p3. Ex pctō ade ſecuta ſunt multa mala tā pene q̄ꝫ culpe ī mūdo. ergo ſeq̄tur ꝙ ade peccatū erat grande: ꝛ a fortiori eue ex cōcluſione precedenti ¶ Cōtra ꝯcluſionē p̄orē arguiť. adā erat multo oculatior muliere: et meliora ꝯſecut⁹ ē naturalia q̄ꝫ mulier. ergo graui⁹ trāſgrediendo peccauit. t3 ꝯſequētia p dictū gregorij: homelia ſup illō mat thei. 25. hō q̄dā peregre proficiſcēs: ꝛ recitamus ī cōi cōfeſſoꝝ: ꝯſiderare admonemur ne nos qui pl⁹ ceteris ī hoc mūdo aliq̄d accepiſſe cernimur ab actore mūdi g̃ui⁹ inde iudicemur ¶ Secūdo nō erat p̄ceptū datū ml'ieri ne comederet: ſ3 ſoli ade ante mulierē plaſmatā. ¶ S3 hinc dices (et recte) vir mulieri ſig̃uit / ſm̄ illud apl'i de muliere loquētis. Si q̄d dicere voluerit domi viros ſuos interrogent. qō cōuicitur ex rñſione mulieris ad diabolū. dixit: p̄cepit nobis de⁹. ꝛc̄. ꝛ ante mulierē cōditā ade dixit de⁹ pluralr̄: de ligno ſcientie boni ꝛ mali ne comedatis ¶ Cōtra. eua nō poterat ita cito ītelligere adā l3 poterāt īponere idioma ſucceſſu tēporis ꝛ ītelligere ſe iuicē: tñ in tam breui tēpore nō videtur quō mulier virū ītelligeret ¶ Rñdeť. primū argumētū bene probat q̊ ad aliquā circūſtātiā pctm̄ ade habuit augmētū ſup pctm̄ mulieris: tñ illa circūſtātia nō tātū facit ad magnitudinē pctī ſic̄ alia q̄ in muliere ꝯcurrunt. ¶ Ad ſcd̄m rñſu3 ē īterarguēdū ſimiliť ſufficienter ad finē vſq3 excluſiue. eua ſatis bñ adā ītellexit. l3 q̊ ad bruta ꝛ multa alia / adā reb⁹ noīa īpoſuit / vt ſacra geneſis canit hyſtoria. ¶ Cōtra p̄orē partē ſcd̄e cōcluſiōis cū ſua probatiōe arguiť ſic. adā habuit iuſticiā originalē: ꝛ erat creat⁹ in gr̄a vt v̊oſimili⁹ eſt. Demō nō habuit iuſticiā originalē: nec tātū auxilij ad reſiſtēdū. g̊ adā pl⁹ peccauit q̄ꝫ demō. t3 ꝯñā ſ3 Aug. 14. de ciuitate dei. c. 12. dicētē ꝙ p̄ceptū qō violauit adā tāto maiore īiuſticia violatū eſt q̄ꝫto faciliori poſſit obſuātia cuſtodiri. ¶ Scd̄o ar̄. adā nō peccauit ex īfirmitate vel ex ignorātia. g̊ peccauit ex electiōe. ꝛ per ꝯñs pctm̄ ſuū fuit maximū. ¶ Tertio arguitur. per illō glo. q̄ nō rapui tūc exoluebā. Adā et eua rapere voluerūt diuinitatē ꝛ p̄diderūt felicitatē. mō rape diuinitatē ē maximū pctm̄: vt patuit diſt. 6. hui⁹ / de prīo angelo: ꝛ diuinitas ē min⁹ homī ꝓportionata. ergo multo magꝭ peccauit adā q̄ꝫ demō. ¶ Quarto ar̄ ad idē. q̄ꝫto pctm̄ eſt magis nociuū tāto ē graui⁹. ſic ē de pctō ade. q2 per illō tota natura hūana ab eo deſcēdēs eſt īfecta. ¶ Quīto: maiori pena punitū ē pctm̄ ade q̄ꝫ pctm̄ alicui⁹. ergo ē mai⁹. añs p3. nō ſolū ī adā ſ3 ī tota poſteritate. ¶ Ad primū ꝯcedo ꝙ habuit iuſticiā: ſ3 demō pl⁹ habuit: p̄clariſſima naturalia ꝛ nullā rebellionē ītrīſecā. multo graui⁹ peccauit. fuit lucifer alijs demōib⁹ cā ruine: ꝛ cū h̄ primis parētib⁹. ¶ Ad ſecundum concedo ꝙ peccauit adā ex electiōe. ſ3 nō ſeq̄tur ꝙ ē maximum ꝛ p3 de illo q̊ ex electiōe dicit v̊bū iocoſū vel venialiter peccat. ꝯcedo tñ ꝙ pctm̄ ex electiōe circa idē obm̄ ꝛ ceteris paribus h̄ dēpto ꝙ ip3 ē ex electiōe ꝛ alia duo pctā ſūt ex ignorātia vel īfirmitate: ē maius altero duoꝝ. Ratio. quodl3 aliorū duoꝝ h3 cā3 ipm̄ alleuiātē. ¶ Ad tertiū dico ꝙ adā nō appetijt eq̄litatē dei directe ꝛ formaliter: ſed ſolū interp̄tatiue: ad hūc ſenſu3 ꝙ ſuā volūtatē volūtati dei p̄ponebat: more anſelmi loquēdo de caſu diaboli ꝙ oīs peccās vult rapere equalitatē dei. ¶ Ad quartū d2 ferme ſilr̄ ſic̄ ad p̄mū. pctm̄ angeli fuit magis nociuu3 pctō adde Prīo fuit magis nociuū angelo q̄ꝫ pctm̄ ade fuit nociuū ade. Etiā pctm̄ āgeli fuit cā pctī tā āgelis q̄ꝫ hoīb⁹. ¶ Ad q̄ntū nego ꝙ pctm̄ ade fuit magis punitū ī adā q̄ꝫ ī demōe. xp̄s ī reſurrectiōe eripuit adā a l̄ibo patrū. demō ꝯtinuo puniť ī orco. Alij ab adā deſcēdētes ꝓ ꝓprijs ſuis pctīs puniūtur: ꝛ nō ꝓ pctō ade. Fateor tñ ꝓpť mala q̄ ſequēda erāt v̊oſimiliť ipi ade: aggrauabať malicia ſui pctī. ſ3 ipe nō ſciebat tot mala euenire ad trāgreſſionē ſuā / nec ſcire tenebať. ſi adā debuit dāpnari ꝓ illo pctō: ꝛ caym ꝓ abelis occiſiōe ſolū: multo maior pena inflicta fuiſſet ipi caym q̄ꝫ ade. ſortē ī exiliū mitti cū tota poſteritate ñ ē tāta pena ſic̄ platonē dira morte trucidari. ¶ S3 dicis. adā debuit euā caſtigare vt a pctō ceſſaret nec demoni crederet. ſciebat oppoſitū verū ꝙ p̄ eſum pomi nō fierēt ſic̄ de⁹ ſciētes. h̄ debuit mulieri oſtēdere. ꝛ q2 nō fecit: g̃uiť peccauit. ¶ Rñdeo / forte h̄ fecit. ſ3 crebro mulieres paſſionate pl⁹ credūt diabolo q̄ꝫ prudēti viro. ꝛ cū ipa pctm̄ ꝛ deceptionē iā admiſit: īoportune erga virū īſiſtebat quatenus comederet. et hoc a viro prima fronte impetrare nequiens triſtabať: cuius triſticiam abolere voluit Adam per pomi vetiti

comeſtionem. ¶ Dubitatur. ſi eua peccaſſet ꝛ nō adā poſteritas in pctō originali fuiſſet cōcepta magiſter ſententiarum opinať ꝙ nō. ꝛ idē tenet anſelmus libro de ꝯceptu virginali. iſtud ē rōnabile. q2 precipua cura poſteritatis ade ꝛ nō mulieri cōicata ē: vel de⁹ illo ſuppoſito ade creaſſet aliam mulierem. vel ſi ſecū māſiſſet eua: ꝛ ꝓles genita fuiſſet in iuſticia origiali cōcepta: iuſticia originalis ē dei donum ex carne nō dependens

SEcundo circa hanc diſtictionē q̄ritur: an ignorātia excuſauit peccatu3 ade ꝛ cuiuſl3 alteri⁹: ¶ Pro ſolutiōe q̄ſtiōis aliq̄s ignorātie diuiſiōes ſignabim⁹ poſtea dabiť q̄d noīs. Poſtea ꝯcluſiue reſpōdebim⁹ ad q̄ſtionis titulū. ¶ Duplex ē ignorātia vt dicit ariſtoteles. 2. p̄orū. q̄dā praue diſpoſitionis: ꝛ nihil aliō ē q̄ꝫ aſſēſ⁹ falſi nō ſignificātis taliter eſſe q̄liter ē vel diſſēſ⁹ veri. aſſenſ⁹ hui⁹ h̄ eſt falſū nō ē error. ptrāſeam⁹ tricas taliū ꝓpoſitionū: hec nō ſignificat ſic̄ ē hec ſignificat alr̄ eē q̄ꝫ ē Alia ē ignorātia pure negatiōis. ignorātia pure negatiue capiendo capiť dupliciť. vno mō pure negatiue / vt negationē īfinitātē īcludat. ꝛ tm̄ valet ſicut nō ſciēs. hoc mō lapis ē ignorās. cōiť tñ ſic nō capim⁹: ſ3 p̄uatiue: vt nō ſciētiā cū aptitudinē ad ponendū dicat. et ſic ignorās ē inſciens apt⁹ nat⁹ ſcire Ignorātia praue diſpoſitiōis ad ſcire opponiť ꝯ̄rie: ſicut ſciētia ꝛ error / vel aſſēſ⁹ et diſſenſ⁹. 2. mō ignorātia ꝯtradictorie ad ſcire opponiť. 3. mō p̄uatiue ignorātia q̄l3 iſtoꝝ mōꝝ ſectiōes patiť ſiue ex pte obiecti: hoc ē rei q̄ ignorať: ſiue ex pte volūtatꝭ. ¶ Quedā ē ignorātia iurꝭ. alia ē ignorātia fctī ſic̄ iacob ſi p̄ma nocte cognouerit lyā ignorauit vnū fctm̄: an illa eſſet rachel ī tenebris. ſed non ignorauit ius: ꝙ req̄ritur mutuus ꝯſenſ⁹ ad matrimoniū. ꝛ iteꝝ ignorātia iuris ē ml'tiplex Nā q̄dā ē ignorātia iuris nature alia ē ignorātia iurꝭ poſitiui. vel ſic. q̄dā ē ignorātia iuris nature: q̄dā iuris diuī: q̄dā iuris hūani ꝛ hoc duplr̄. vel iuris pōtificij ceſarei / vel alterius hoīs. nō putes inter has acceptiōes eē diſcrepātiā realē: ſ3 pluralitatē noī3 multa mēbra materialiter coīcidūt. ſ3 loq̄ntes vtūť nūc vno mō loquēdi: nunc alio. ¶ Rurſus: duplex ē ignorantia. q̄dā īuīcibilis: quā q̄s nō teneť ſcire. ¶ Quo fit oīs ignorātia quā q̄s nō pōt vicere ē īuīcibilis p3. nēo teneť ſcire illō qō nō pōt vicere ¶ Scd̄o ſequitur: occidēs in furia etiā culpabili p̄miſſa ē ī ignorātia īuīcibili: ꝛ quicquid facit p̄ ignorātiā īuincibile3 excuſať. p3. tūc nō eſt in ptāte eius ſcientiā habere. Itē: nemo peccat ī aliquo tp̄e quī ī eode3 tp̄e eſt ī ei⁹ ptāte nō peccare: ꝛ p̄ ꝯñs qō eſt mihi ignorātia vincibilis doctore p̄ñti: ſi doctor diſcedat: nec poſſū aliq̄ue3 hēre: ē mihi ignorātia īuīcibilis. ꝛ ſi requirať vn⁹ dies ad hoc ꝙ ſciam aliquid: ante fine3 illi⁹ tp̄is eſt mihi ignorātia īuīcibilis. ¶ Ulterius ſequiť. aliq̄ eſt ignorantia īuīcibilis quā quis pōt vicere. p3: ſi quis figat ſe ſacerdote3 qui ab alijs talis putať: facio tale3 ꝓ me celebrare diuina: illa ignorātia eſt mihi inuīcibilis: quā tñ poterā vicere: ſi ſerioſe īſtitiſſe3 ſ3 nō tenebar. ſic ō laico cūte ad eccleſiā: ꝛ ē vnū ieiunium in ebdomada quod ignarus plebanus nō edicit. is laic⁹ illo die carnes comedens non peccat cū ai3 applicuerit ſcire q̄ a plebano dicūť Feci ſicut alij oculati viri: vel putati a prudētibus: nō negligenť. ꝛ hoc ad ignorātiā īuīcibilem in oī materia ſufficit. ¶ Alia eſt ignorātia vincibilis. ꝛ eſt ignorantia quā quis vincere tenetur. ꝛ tal'ē duplex. q̄dā ē ignorātia affectata: vt cū q̄s habet nolle ſciendi. ſicut de quibuſdā diciť noluit ītelligere vt bene agere. recede a nobis / ſcientiā viarū tuaꝝ nolum⁹. 2. eſt ignorātia craſſa ꝛ ſupina. qñ hō diligētiā adhibet ad ſciendū q̄ o3: ſ3 nō tāta3 quantā teneť. ꝛ dr̄ tranſlatiē ad ſimilitudinē hoīs craſſi: q̊ ſolet eē pigri. ꝛ ſupina: q2 h3 oculos in terrā: eternis poſtpoſitis. ¶ Iterū: triplex eſt ignorātia. q̄dam actū p̄cedens. quedā actū cōcomitans. q̄dam actū ſequens. precedēs actum eſt ignorantia qñ ſi peccans ſciret nō peccaret. ſiue tali ignorantia peccatū: hoc eſt actus ipſe ſiue voceť peccatum ſiue non nullomodo fieret. ꝛ hoc eſt agere p̄ ignorantiā. vt occido pr̄em in bello inť hoſtes. ſi ſcirē nō facerē: iſta eſt ignorātia īuīcibilis. realiť. ignorantia actū cōcoītās ē dū quis peccando aliqua ignorat q̄ nec ſūt cauſa nec effectus peccati. vt ſi quis cōcederet ī die ieiunabili ignar⁹ ieiunij: q̊ nō min⁹ faceret dato ꝙ ſciret ieiuniū. ꝛ hoc ē agere ignorādo: hoc eſt: ignorātia ſe h3 ꝯtigenť ad operationē: ita ꝙ ꝓpť illā ignorātiā nec agēs agit nec ab operatiōe ceſſaret. g̊ aliō eſt agere ex ignorātia ꝛ agere ignorando ignorātia attñ ſequens ē pena ꝛ effect⁹ pctī vt ignorātia q̄ temulētiā ꝯſequiť vt ī ſtupro loth iebriato a filiab⁹. ¶ His p̄miſſis: rñdēdū ē ō ignorātia excuſāte ꝛ nō excuſāte ī cōi. poſtea de ignorātia ade ꝛ eue: gr̄a cui⁹ potiſſimū mota ē q̄ſtio ¶ Prima ꝯclo ſit hec. ignorātia īuīcibilis excuſat a toto pctm̄. excuſař a toto ē totā maliciā culpe auferre. Probať hec ꝯclo: null⁹ faciēs oē illō ad quod teneť peccat in ſic faciēdo. ſ3 oīs ignorans īuīcibiliť eſt hmōī. igiť. t3 ꝯñā ī. 2. mō p̄me figure: ꝛ p̄miſſe ex dictis clarēt. hec dr̄ a legiſtis ignorantia ꝓbabilis: q̄ in toto excuſat errātē. C. de iu. ꝛ facti ignorantia. l. error. ꝛ ꝯclo intelligiť tam de ignorantia pure negationis q̄ꝫ praue diſpoſitionis: ſiue ſit neſciētia ſiue error īuīcibilis ſequiť quātūcūq3 hō dat operam rei licite et facit diligentiam ad qua3 teneť: nō peccat quicq̄d agit ex illa ignorātia. ¶ Secunda ꝯclo: l3 ignorantia craſſa ꝛ ſupina non excuſat a toto: tñ excuſat a tanto. excuſare a tanto eſt excuſare a parte peccati. prior pars hui⁹ ꝯclonis patet. quia ſic agens facit actum difformem contra legem precipientem inquirere que recta ſunt. Eccle. ſexto: cogitatum habe in preceptis dei et in mandatis illius maxime eſto aſſiduus. et ad Epheſios. quinto. Nolite fieri imprudentes / ſed intelli-

gentes q̃ ſit voluntas dei.de tali ignorantia ſcri
bit apl's ad Corinthios.14.Si q̇s ignorat igno
rabitur.Scõa pars pȝ.ſcia auget pctm̃:vt in q̃ſti
one p̄cedenti diximꝰ de pctõ ade.ꝛ Aug.14.de
trinitate.c.15.qui nõ videt queẽadmodũ viuẽduȝ
eſt excuſabiliꝰ peccat q̃ꝙ qui videt ꝙ nõ eſt tranſ=
greſſoꝛ legis incognite.ꝛ.21.libꝛo cõtra Fauſtũ
de Loth loquens:qui ebꝛius cõcubuit cũ filiabꝰ
ſuis:dicit ꝙ culpandus eſt:nõ tñ quãtũ ille ince=
ſtus:ſed q̃ꝙtum illa mereꝫ ebꝛietas.de h̄ i.17.di=
ſtinctione quarti diximꝰ.❡ Itẽ Algazel.5.Phi
ſicoꝝ.c.4.ait.qui creſcit in ſcientia ꝛ nõ creſcit
in bona vita elongabitur a deo.ꝛ pȝ hec pars ra
tione.Omne peccatũ eſt volũtariũ/vt dicit Au=
guſtinꝰ pꝛio libꝛo retracꝫ.c.12.Pctm̃ vſqȝ adeo
volũtariũ malũ eſt:vt nullo mõ ſit pctm̃ ſi nõ ſit
voluntariũ.g̊ qõ tollit de volũtario tollit de pec
cato.ſed ignorantia tollit de volũtario.3.Ethic.
et nichil eſt volitũ niſi cognitũ.igiꝫ.❡ Inſuper.
hoc pȝ per aplm pꝛie ad Thi.1.Miam dei cõſe
cutus ſum:qꝛ ignoꝛans feci i icredulitate.nõ vi=
detur ante laboꝛaſſe ignoꝛãtia iuĩcibili:nec igno
rãtia affectata/notũ eſt.igiꝫ illa ps ꝯcl'ois vera.
ꝛ p ꝯñs tota cõcluſio:ſiue ſit ſermo de ignoꝛãtia
pure negatiõis/ſiue de aſſenſu erroneo.❡ Ter=
tia cõcluſio.ignoꝛãtia affectata auget pctm̃ ꝛ ip=
ſum nõ diminuit.pȝ.ipa nihil tollit de volũtario
ergo de pctõ nihil diminuit.❡ Inſup.addit pec
catũ pctõ.vult talis peccare:ꝛ cũ hoc tollere fre
nũ a pctõ cohibitiuũ:ſcȝ ſtimulũ cõſcientie vt li=
berius peccet.ergo aĩm fixũ hȝ ad peccandũ.et
p ꝯñs cũ magna libidine peccat.cõtra tales im=
pꝛecatur ſcriptura:noluit ĩtelligere vt bñ ageret
vt ſuperiꝰ ĩ hac q̃ſtiõe allegauimꝰ.❡ Quarta cõ
cluſio.ignoꝛãtia vĩcibilis nõ mõ nõ excuſat tota
liter pctm̃:ſȝ ĩ ſe eſt pctm̃.Pꝛobatio.bñ ſeq̇tur.ob
ligoꝛ hoc ſcire.g̊ ſi habeo oppoſitũ ꝯrie vel ꝯdi=
ctoꝛie libere:trãſgredioꝛ p̄ceptũ.ꝯña tenet.quia
p̄cepto affirmatiuo q̊ p̄cipiꝫ aliq̇d:ꝓhibeꝫ illiꝰ
oppoſitũ.g̊ ſi aliq̇d p̄cipiꝫ ſciri ꝓhibeꝫ etiã igno
rari.hec cõcluſio pȝ p ꝓbatiões ĩ ſcõa cõcluſiõe
adductas.ꝛ pȝ Eſaye.5.ꝓptea captiuꝰ ductꝰ eſt
ppl's meꝰ qꝛ nõ habuit ſciaȝ.ꝛ.3.Ethicoꝝ:hoĩes
vitupanꝫ ꝓpter ignoꝛantiam.ſȝ eſt diſcrimen de
ignoꝛantia pꝛaue diſpoſitiõis ꝛ ignoꝛãtia pꝛaue
negationis.Ignoꝛantia pꝛaue diſpoſitionis vin
cibilis ſemp eſt pctm̃.pȝ.oĩs actus ꝯ p̄ceptũ ne=
gatiuũ ꝓ oĩ tpe q̊ libere eliciꝫ ẽ pctm̃.ſȝ talis ig̊=
rantia eſt ꝯtra p̄ceptũ negatiuũ.nã bñ ſeq̇tur.ha
beo p̄ceptũ affirmatiuũ de credẽdo hoc/deꝰ eſt
trinꝰ ꝛ vnꝰ.g̊ habeo ꝓhibitionẽ de oppoſito ꝯ=
rio.oẽ affirmatiuũ negatiuũ ĩcludit.ſic̄ p̄ceptum
de dilectiõe dei ĩcludit ꝓhibitiõeȝ odij eius.ſed
ignoꝛãtia pure negatiõis eoꝝ q̃ q̇s ſcire teneꝫ nõ
eſt ꝓ q̊lȝ tpe q̊ habeꝫ pctm̃ hñti.Pꝛobatio.pꝛece
ptũ affirmatiuũ ſẽper obligat:ſȝ nõ ꝓ ſẽper:ſȝ ſo
lũ aliq̃ñ.ſȝ p̄ceptũ de ſciẽdo vel credẽdo ẽ affir=
matiuũ.g̊ nõ obligat ꝓ ſẽper.cũ nõ obliget ꝓ ſẽ
per:dabile eſt vnũ tps ĩ q̊ q̇s nõ obligaꝫ illõ ſci=
re.g̊ tũc ſine pctõ ignoꝛat iſtõ ignoꝛãtia pure ne=
gatiõis.❡ Quĩta ꝯcl'o.pctm̃ p̄moꝝ parẽtũ nõ p
ceſſit ex ignoꝛãtia.pȝ.mulier ſciebat viro minꝰ
diſcreta:Geñ.3.ſerpẽti dixit eua.p̄cepit nob̄ deꝰ
ne comederemꝰ.g̊ h̄ verũ nõ latuit.❡ Cõtra pꝛi
mã ꝯcl'onẽ arguiꝫ.ignoꝛãtia inuĩcibilis excuſat
a/pctm̃ a toto.g̊ a/pctm̃ eſt.qꝛ ſi a/pctm̃ nõ ſit:
falſum eſt dicere ꝙ ignoꝛãtia excuſat a/peccatũ.
❡ Reſpõdeꝫ negãdo ꝯñaȝ theologice loquẽdo
excuſare a/pctm̃ ẽ facere ꝙ a/qõ alias eẽt pctm̃
nõ ſit pctm̃.nõ ĩſiſto in h̄:ignoꝛãtia ĩuĩcibilis ex=
cuſat ab a/pctm̃/eſt vna affirmatiua cuiꝰ p̄dica=
tũ nõ ſupponit:cũ ps eiꝰ nõ ſupponit vltra ĩſtan
tias cões.Turpe eſſet ĩ theologia vel ſimiles cõ
ditiões in q̇bꝰ hec regl'a verũ non hȝ afferre:vel
tali rl'e ĩniti.❡ Scõo arguiꝫ ꝯ eãdẽ ꝯcl'onẽ.ſi ali
quis ĩfans eẽt poſitꝰ ĩ carcere ab oĩ ppl'o ſepara
tus tali eſt ignoꝛantia inuĩcibilis ſcire fidẽ.Sed
ſine fide ĩpoſſibile eſt placere deo:ad Heb.xj.er=
go ignoꝛãtia ĩuĩcibilis nõ excuſat quẽlȝ habentẽ
❡ Rñdeꝫ:caſu admiſſo deꝰ talẽ illuĩabit:ſi bñ na
turalibꝰ vtaꝫ.ſic̄ nõ deeſt creaturis ĩpotẽtibꝰ effe
ctus ꝓducere qñ coꝛpꝰ hoĩs ĩ matrice eſt oꝛgani
ſatũ:ꝛ nulla creatura põt aĩam ĩtellectiuã ꝓduce
re:aĩaȝ creat deꝰ.ſic ĩdiſpoſito ſubiecto aĩe/fidẽ
eoꝝ q̃ ſũt neciã ad ſalutẽ ꝓducit:ſi doctoꝛ extrin
ſecus nõ aſſit:ꝑm illud.1.Io.2.non habetis ne=
ceſſe vt q̇s vos doceat:ſȝ ſic̄ vnctio docebit vos
de oĩbꝰ.ꝛ pȝ exẽplariꝫ de Coꝛnelio Cẽturiõe et
eunucho cãdacꝭ regie a Petro Philippo ĩſtructꝭ
vt lectio actuũ docet ꝛ de btã barbara/ꝛ btã Cri
ſtina pȝ.❡ Arguiꝫ ꝯ ꝓbatiõeȝ ſcõe ptꝭ ſcõe ꝯcl'o
nis:pꝛobãdo ꝙ nõ oẽ qõ minuit cognitionẽ mi=
nuit rõnẽ volũtarij:ꝛ h̄ ſic.volũtas ex libertate
ſua plꝰ p̄t amare rẽ minꝰ cognitã ꝛ magis cogni
tã minꝰ velle.Res viles quãto magꝭ cognoſcunꝫ
tãto minꝰ appetunꝫ.pꝛopꝫea ſi iacob cognouiſſȝ
ꝙ fuiſſet lya:reſilijſſet:ꝛ actꝰ nõ fuiſſet factꝰ.ſȝ a=
ctus factꝰ ẽ ꝛ bonꝰ.g̊ ẽ volũtariꝰ.❡ Rñdeꝫ.nihil
ẽ volitũ niſi cognitũ:ſȝ aliq̇d p̄t eẽ magis cogni
tũ ꝛ minꝰ volitũ:vt ĩ diſt.25.dicemꝰ.ſȝ ĩ ꝓpoſito
actꝰ ẽ cognitꝰ q̊ ad ſbaȝ:ſȝ circũſtãtia ſit ignota:q
ſi eẽt cognita ſba actꝰ nõ eẽt volita.vt poſito ꝙ
iacob lyã p̄ma nocte cognouiſſet:qõ ẽ voſiꝫe:co
gnouit ſbaȝ actꝰ ſui:ſȝ ignoꝛauit an eẽt lya.ſi illã
circũſtãtiã cog̊uiſſet:nõ poſuiſſȝ ſbaȝ actꝰ❡ Se
cũdo arꝫ ꝯ ſcõaȝ ꝯcl'onẽ.ig̊ꝛãtia ẽ malũ.g̊ nõ mi=
nuit pctm̃.tȝ ꝯſequentia.malũ additũ malo non
minuit malũ:ſȝ maliciã auget.❡ Tertio.ebꝛio
debẽꝫ duplices ĩcrepatiões.3.Eth̄.g̊ ig̊ꝛãtia nõ
excuſat.❡ Cõfirmaꝫ hec auctas ariſt.ex glo.ſup
illõ ad Rom̃.2.ig̊ꝛãs qĩ benignitas dei.ꝛc̄.g̊uiſ
ſime peccas qꝛ ig̊ꝛas te ꝯtempnere.ſi g̊uiſſime.g̊
pctm̃ auget ꝛ nõ diminuit❡ Ad ſcõȝ rñdeꝫ.aliq
ẽ ig̊ꝛãtia q̃ ẽ ſolũ malũ pene ꝛ nõ culpe.ꝛ iſtõ ad=
ditũ malo nõ reddit ipȝ peiꝰ.❡ Scõo dico.ſtat
ꝙ vnũ malum culpe ſit cã remota minoꝛis mali
culpe:qꝛ tolliꝫ illõ qõ ẽ cã ꝓpiq̃ pcti:vt rõ ꝛ volũ
tas.ſi q̇s ex ĩtẽpãtia ĩ ĩfirmitatẽ ĩ frõte q̇drageſi
me ĩcidat:tal' õobligaꝫ a ieiunio q̇drageſie:ſȝ de
bilitas ẽ cã pꝛopiq̃ deobligatiõis ab illo ieiunio

❡ Ad tertium.illud dictum nõ eſt ariſtotelis:ſȝ
cuiuſdã legiſlatoꝛis pitago.vt patȝ ſcõo politico
rũ.ad auctoꝛitatẽ gloſe diciꝫ:ipſa intelligiꝫ po=
tiſſimũ de ignoꝛãtia affectata.in ignoꝛãtia craſ=
ſa non eſt peccatum grauius:ſed periculoſius.qꝛ
qui factum ſuum ignoꝛat eſſe peccatũ:non querit
remediũ ſe emendãdi.❡ Contra tertiã cõcluſio
nem arguitur.omnes homines natura ſcire deſi
derant:pꝛimo methaphiſice.ergo nulla eſt igno
rantia affectata.ergo cõcluſio pꝛeſupponit fal=
ſum.❡ Secũdo arguiꝫ cõtra cõcluſionem:in ſe
habens ignoꝛantiã inuincibilẽ faciens actũ ma=
lum:gratia exempli actum vſure non peccat ſue
conſcientie cõtraueniendo.et tamẽ habẽs con=
ſcientiã remoꝛdentẽ in oppoſitũ laboꝛãdo ſcire
veritatẽ/peccat:et cum hoc faciendo actũ malũ
❡ Ad pꝛimũ dicitur:ꝙ illa auctoꝛitas intelli=
giꝫ de appetitu et deſiderio naturali:quod nul=
lum actũ elicitũ ab appetitu diſtinctũ ponit.ap=
petitus liber habẽs actũ elicitũ appetitui natu=
rali confoꝛmẽ diciꝫ naturalis aliquomodo.com
muniter homines habẽt elicitũ ad ſcire quando
occurrit materia ſciendi:non tamẽ efficaciter.qꝛ
non quilibet apponit operã:ſed multi toꝛpẽt et
de per accidẽs ſcire nolũt.❡ Ad ſcõm argumen
tum dico:licet ꝯueniẽs cõſcientie ſue magis pec
cat ꝙ non contraueniens ceteris paribus:hic ce
tera ſunt imparia.eſt vnũ peccatũ alteri additũ:
puta nolle ſcire hoc totũ faciẽdũ facit hoĩẽ ma=
gis peccatoꝛẽ pꝛopter duo peccata vel plura q̃ꝙ
eſt de illo.ꝛ hoc ſuppoſito ꝙ nolitio ſciẽdi ſit pe=
ioꝛ q̃ꝙ ꝯire ꝯſciẽtie.Pꝛeterea ĩtelligimꝰ ꝯcluſionẽ
in illo qui non habet ꝯſciẽtiã remurmurãtẽ:ſȝ ali
quã diligẽtiã fecit ad ſciẽdũ:ſȝ nõ tantã quãtã te
neꝫ ẽt ille ſcire nolẽs ãtecedẽter ſue ꝯſciẽtie ꝯhit
❡ Cõtra iſtõ arꝫ:ꝛ p̄t eẽ tertiũ argumẽtũ ꝯ ꝯcl'o=
nẽ:ſignãdo duos ſoꝛtẽ ꝛ platonẽ:ſoꝛtes nõ vadit
ad eccl'iã:ꝑpea ignoꝛat ieiuniũ ꝛ feſtũ:et vtrũqȝ
negligit et indubitãter peccat p ꝯcl'onẽ.ſȝ ꝓbo ꝙ
nõ.pono ꝙ pl'o iuerit ad eccl'iã ꝛ plebanꝰ nichil
dixit nec de feſto nec de ieiunio:plato nõ peccat
nec ieiunãdo nec feſtũ nõ celebꝛãdo.qꝛ nõ ꝯſtat ei
de vno p̄cepto vl' alio.g̊ eſt ei ignoꝛãtia ĩuincibi
lis vtrũqȝ p̄ceptũ:cũ nõ ſpectet ad iſtũ agricolã
hec p̄cepta ſcire.ſȝ ſi ſoꝛtes veniſſet ad eccl'iã ni=
chil audiuiſſet:ſȝ excuſatꝰ fuiſſet.g̊ mõ ſic excuſa
tur.❡ Concedo ꝙ ſoꝛtes nõ excuſaꝫ:qꝛ operam
nõ adhibuit ſciẽdi.plato excuſaꝫ:qꝛ operam(ad
quã tenebaꝫ)ad ſciendũ appoſuit ❡ Cõtra quar
tam ꝯcl'onẽ arguiꝫ.Omne pctm̃ eſt in volũtate
ignoꝛãtia eſt in intellectu ſicut ſuũ oppoſitũ:ſcȝ
ſcire.tã ꝯtrarie oppoſita q̃ꝙ p̄uatiue oppoſita ha
bent fieri circa idẽ.❡ Secũdo arguiꝫ.Si igno=
rantia eſſet peccatũ ſequereꝫ hec ꝯcl'o.ꝙ quãdiu
homo eſt ignoꝛãs:ita diu eſt in pctõ.et ſic ſacer=
dotiũ capiens in ignoꝛãtia:nõ poſſit ſuã ignoꝛã=
tiam culpabilẽ abolere.❡ Tertio arguiꝫ.per il
lud quod ſcribiꝫ:ſecũdo ethicoꝝ a philoſopho.
ad virtutes ſcire parũ aut nichil poteſt.ſcientia
ergo nec eſt virtus nec magna diſpoſitio ad vir=
tutem.ergo per contrariũ ignoꝛantia nec eſt pec
catum nec magna diſpoſitio ad peccatum.
❡ Ad pꝛimuȝ concedo ꝙ oẽ pctm̃ quo ad culpã
ẽ in voluntate poſitiue vel pꝛiuatiue:p poſitionẽ
actus poſitiui vel pꝛiuationẽ actus ad quẽ quis
tenetur.ſȝ actus alterius potentie a volũtate di
caꝫ pctm̃:nõ addit aliam maliciam imputabileȝ
actui voluntatis vel omiſſiõi eius.❡ Ad ſcõȝ ar
gumentum nego ſequelã.ſȝ ſacerdos oꝛdines ca
piendo peccet.oꝛdinibus tñ captis nõ põt oꝛdi=
nes a ſuis humeris exuere.adherent immobili=
ter oſſibus eiꝰ.ſufficit ꝛ requiriꝫ ꝙ pẽitudine du=
catur:ꝛ laboꝛet ſcire ea que ſuo officio incũbunt
ꝛ ſic emẽdat culpã ignoꝛãtie.ꝛ ſȝ neſciat illa que
requirũtur ad ſimplicis ſacerdotis ad duos an=
nos futuros:dum modo interea laboꝛat ea ſcire
que ſufficiunt ad ſacerdotẽ ſimplicẽ:nõ ẽ ampli
us in peccato ignoꝛantie:ſȝ in ignoꝛantia mane=
at.ſecus eſſet ſi eſſet beneficium quo eſt indignꝰ
poteſt illud a ſuis humeris exuere:et tenetur:vt
detur ſcienti facere illa que illi officio incumbũt
❡ Ad philoſophũ dicitur:ꝙ ad virtutes ſcire pa
rum aut nihil poteſt niſi ponatur executio.multi
multa ſciunt ꝛ ſeipſos neſciunt.hoc eſt:nõ operã
tur ꝛ per ꝯñs negligunt colere ſpiritualiter ani=
mam.❡ Quarto arguitur.ignoꝛantia iuris ne=
minẽ excuſat g̊ q̊libȝ tempoꝛe quo homo habet
ignoꝛantiam iuris peccat.❡ Diſtinguo ꝙ igno=
rãtia iuris neminẽ excuſat.vl' iuris qõ q̇s teneꝫ
ſcire:ꝛ ſic cõcedo.vel iuris quod non tenetur ſci
re:ꝛ ſic negatur.Ex iſto pȝ ꝙ multipliciter igno
rantia iuris humani excuſat:et etiam iuris diui
ni.quando non conſtat eſſe falſe:ſed ſunt opinio
nes pꝛobabiles/in quo ſenſu ĩtelligitur:vt an de
us gratis repꝛobat vel pꝛopter demerita p̄miſſa
tunc eſt ignoꝛantia inuincibilis.ſimiliter quod
vni eſt ignoꝛantia inuincibilis alteri eſt ignoꝛan
tia vincibilis:quia vnus teneꝫ plura ſcire q̃ꝙ alter
❡ Dubiũ occurrit:ẽ aliq̇s q̊ õtiet alienũ excuſaꝫ
per ignoꝛantiam inuincibilem ne peccet detinẽ=
do alienuȝ/ſi ſciret/peccaret detinendo:an ego
debeo ei ſignificare verum?Iſtud in.3 circa ma=
teriam pꝛeceptoꝛum enucleatum habes.

CIrca hanc vigeſimãtertiam
diſtinctionẽ in qua magiſter
loquitur de noticia Ade quã
habuit erga deuȝ ꝛ creaturas
Queritur an Adam in ſtatu ĩ
nocentie habuit noticiam in=
tuitiuam de deo.❡ Rñdetur
ꝙ nõ.Pꝛobatur per illud Io
annis pꝛimo.Deum nemo vidit vnq̃ꝙ.vnigenitꝰ
filius qui eſt in ſinu patris ipſe enarrauit.Su=
per quo paſſu dicit gloſa marginalis:id ẽ nullus
purus hõ viuens ĩ hoc coꝛpoꝛe vidit deũ:vt eſt.
Pꝛobaꝫ ẽt Exodi.xxxiij.Nõ videbit me hõ ꝛ vi=
uet.❡ Scõa ꝯcluſio.Perfectioꝛeȝ noticiã habu=
it de deo Adam q̃ꝙ homĩes in ſtatu nature lapſe.
Pꝛobatio.nũc coꝛpꝰ quod coꝛrũpitur aggrauat

animam ꝙ non poteſt ita lucide apprehendere aliquod obiectum: ſecundum illud Eccleſiaſtes ſeptimo. Solum hoc inueni ꝙ fecerit deus hominē rectum: ⁊ ipſe ſe infinitis miſcuerit queſtionibus. hoc magiſter etiam probat in littera.

¶ Contra iſtas concluſiones arguitur ſic. Non videtur eſſe negandum ab homine in ſtatu innocentie quod eſt conceſſum aliquibus in ſtatu nature lapſe. Sed Paulo conceſſa eſt clara noticia dei. vt Auguſtinus dicit in queſtionibꝰ ad Oroſium. hoc Moyſi conceſſum eſt / qui palam ⁊ non per enigmata / et figuras deum vidit. Numeroꝝ duodecimo. ⁊ Exodi trigeſimotertio. Loquebatur autem dominus ad Moyſem facie ad faciē: ſicut loqui ſolet homo ad amicum ſuum. ¶ Preterea Adam poterat rationabiliter deſiderare videre eſſentiam diuinā: ſed non eſt conſonū rationi dicere ꝙ ipſe erat pro illo ſtatu fruſtratus.

¶ Alterius. Adam habuit noticiā clariorem de deo ꝙ̄ nos habemus per ſecundā concluſionē: ſꝫ nos habemus notitiam abſtractiuā de deo: ſed ſola intuitiua eſt clarior abſtractiua. ergo ipſe in illo ſtatu habuit notitiam intuitiuam de deo.

eſſet meritorius:⁊ eſſet eiuſdem ſpeciei cum actu
meritorio ſortis:ſed hoc non eſt contra principa
le. ¶ Propterea. Sexto ex hac poſitione ſequiꝰ
ꝙ aliquis pōt mereri p̄miū infinitum ſm legem:
hoc ↄn̄s eſt falſum. Nullum em̄ tale alicui viato-
ri vnq̄ dabiꝰ:oſtendiꝰ tamen ↄn̄a.eliciat aliquis
actum in inſtanti diligendi deum(ſic doctor cuiꝰ
eſt hec poſitio admittit) tunc ſi hō eliciat actum
de neceſſitate continuat per tempus: alioq̄n nō
videꝰ quomodo aliquis poteſt euitare infinitatē
meriti vel demeriti. Sed hac via euadere neq̄s
qđ ꝓbo.ſicut ille actus in inſtanti elicitionis li-
ber eſt:ita eſt in quolibet inſtanti continuatiōis
cuius ꝓbatio eſt:quia in facultate ſua eſt peccare
mortaliter:quocunq̄ inſtanti dato inchoare po
terit illum actum:⁊ ꝙ primū peccabit mortaliter
actꝰ deſinet eſſe:q̄ erat meritorius. g̊ ſponte iſte
actus continuaꝰ. ¶ Septimo ſic arguiꝰ.idē actꝰ
credendi eſt elicitus a fide infuſa ⁊ non a fide in-
fuſa in intellectu continuatus.ergo volūtas pōt
habere eundem actum numero vel in ſpecie cuȝ
charitate ⁊ ſine charitate:ↄn̄a tenet. Cuȝ primo
non minor eſt voluntas in ſuo actu in hoc poſſe
q̄ȝ intellectus in ſuo. Cum ſecundo:principiū ſu
ſtinendi poſitionē in vtroq̄ habet equale robur
:Probatur an̄s. ſi quis aſſēſiſſet huic xp̄s morieꝰ
per breuē morulā ante morteȝ: ⁊ ſic cōtinuando
vnū aſſenſum poſt mortem xp̄i: iam fides infuſa
poſt mortem non inclinabit : quia non eſt actus
fidei/ſed erroneus:ante mortem tamen bene in
clinabat. ¶ Octauo arguiꝰ.idem eſt actus fidei
informis ⁊ fidei formate.ergo idem actus eſt me
ritorius ⁊ non meritorius. Propterea teneo ꝙ
actus meritorius et non meritorius ſunt eiuſdē
ſpeciei. ¶ Diſtinctio.27. ¶ Queſtio.1.

Irca hāc diſtinctionem vige-
ſimāſeptimā queritur:an libe
rum arbitrium cū gratia pōt
mereri aliquid de condigno
Hic altercatio eſt inter docto
res potius verbalis in multꝭ
ꝙ realis. Aliquibus neganti
bus ꝙ aliquid poſſimꝰ mere-
ri de condigno. Alijs oppoſitum aſſerentibus:
ſed ſententiam tenētes modum loquendi vulga
rem non aſpernemur. Et in primis diciꝰ:cum ꝓ
actibus noſtris non meremur vitam eternaȝ:ſic
ſcilicet ꝙ deus eā non daret iniuſte ageret:quia
deus nulli obligaꝰ nec pōt iniuſte agere: ⁊ ꝑ con
ſequēs nō eſt actus iuſtitie cōmutatiue proprie ī
ter actum meritoriū ⁊ premiū vite eterne:nec eſt
valor equiualēs rei ad rem:nec eſt actus iuſtitie
diſtributiue:q̄ in illa habetur reſpectus ad per-
ſonas eas comparando ad earum merita:reddē
do premia in proportione geometrica:qđ hic nō
ſeruatur:et cum non eſt valor idem ſm ꝓportio
nem arithmeticam/non eſt ꝓprie iuſtitia cōmu-
tatiua:ſed magis proprie eſt actus liberalitatis:
Nec eſt iuſtitia diſtributiua:⁊ cum vtraq̄ iſtaruȝ
ſpecierū quandā conuenientiā habet:et potiꝰ cū
cōmutatiua:extendendo terminū iuſtitie poteſt
vocari iuſtitia ꝓ illo qđ fit cum cōuentione ex li
beralitate dantis et facto exhibito ab operante
ita ꝙ decet liberalem dn̄m dare ꝓmiſſum ſubdi
to facienti qđ in ſe eſt. ¶ Iſto notato:ponuntur

ꝯcluſiones. ¶ Prima. Liberū arbitriū cum gratia meretur premium de condigno. pꝫ ꝯcluſio: q̇ meritꝰ eſt dignus eſt: qꝛ eſt in gr̃a: ⁊ facit actū bonum / ⁊ hoc eſt eſſe meritū de condigno. nõ ſecluſo auxiliū ſpeciale. cõſequētia tꝫ. qꝛ ſic loquētes termino vtūtur. ¶ Et cõfirmatur iſtud. ſi aliq̇d obſtat ꝙ aliquis nõ põt hac via mereri de condigno: h̾ eſſet qꝛ modus loquēdi nõ eſſet cõformis ſcripture: ſꝫ h̾ eſt falſum. Eccleſi. 22. merces mea mecū eſt reddere vnicuiqꝫ ſcđm opera ſua. ⁊ Luce. x. Dignꝰ eſt mercēnarius mercede ſua. ⁊ de ſe apoſtolus loquēs: ſcđe ad Thimo. 4. Bonū certamen certaui / curſum cõſummaui: fidē ſeruaui: ideo repoſita eſt mihi corona iuſticie: quā reddet mihi dñs in illa die iuſtus iudex. Juſtꝰ iudex ergo ſcđm iuſticiā. ⁊ h̾ eſt p̃miari condigne. ¶ Secuda concluſio eſt. aliquis eſt actus meritoriꝰ de congruo. ⁊ eſt actus bonus factꝰ in pctõ mortali cogruit dare gratiā ⁊ gloriā ꝓ illo actu ſi pctm̃ mortale nõ impediret: ⁊ hoc eſt mereri de ꝯgruo ¶ Cõtra primā cõcluſionē arguit̾ ſic. Rom. viij. Non ſunt cõdigne paſſiones huiꝰ tēporis ad futurā gloriā q̄ reuelabitur nobis. Similiter Luce ſexto. Cum feceritis q̄cūqꝫ precepta ſunt vobis dicite ſerui inutiles ſumus: qđ facere debuimꝰ fecimus. Et pꝫ per gentilē philoſophū. 8. Ethico. dijs parentibus ⁊ magiſtris nemo põt regratiari ad cõdignū. ¶ Et cõfirmatur Eſay. 64. Quaſi pannus menſtruate vniuerſe iuſticie nr̃e. ¶ Reſpondetur / ꝙ hee auctoritates ītelligūtur de noſtris actibus conſideratis in ſe. ⁊ ſic nõ meremur de condigno vt dictū eſt. ¶ Aliā concluſionē in preſentiarū nõ impugnabo: ſꝫ in ea eſt aliq̄ difficultas apđ cõmuniter loquētes. deteſtās ſua peccata preterita ante infuſionem gr̃e hꝫ actū meritoriū de ꝯgruo poſt gratiam infuſam: actꝰ ē meritorius de cõdigno. ſed in quarto diximꝰ ꝙ deteſtatio rite circūſtātionata momētanea ē cõtritio et tunc eſt gratia. ⁊ ꝑ cõſequēs actus meritorius de condigno in illo inſtanti: cū gratia eſt preſens ad illū cõcurrit: niſi ad h̾ eas qđ ī p̃mo inſtāti gr̃a infuſa nõ coagit ad actū meritoriū. ¶ Sed tunc erit difficultas. Si actus deteſtandi pure partibiliter eliciatur ꝑ vltimū inſtans nõ eſſe: iam nõ dabitur inſtās in quo voluntas hac deteſtatione informatur q̄n in illo erit meritū de cõdigno: qꝛ in aliquo inſtanti priori (quocūqꝫ dato) priꝰ erat gr̃a: cū per vltimū inſtans nõ eſſe habuit originē Sed ſuper h̾ in ſeptimadecima diſtīctiõe ī quodā argumēto (qđ ſenticoſum vocaui) alique imaginationes recitate ſunt: quare vt oĩa quadrent aliter vocaui meritū de cõgrno ꝙ̃ cõmuniter loquentes: ſed non nego quin actus meritorius de congruo erit actus meritorius de cõdigno. quod ſic patet. diligat ſortes deum pura volendo ipſum eſſe deum vel aliquod aliud bonū predicatū ei cõpetere: ⁊ ſit cū hoc in peccato mortali. Non debes dubitare poſſibilitatē caſus: quo admiſſo: cõtinuando illū bonū actū meritoriū de ꝯgruo / deteſtet̾ ſuū peccatū: iā idē actus erit meritorius de ꝯdigno. Eodēmodo ex actu meritorio de ꝯdigno põt fieri actus meritorius de cõgruo: patet continuando bonū actū q̇ fuit elicitus in gratia: poſtea in peccato mortali. Etiaꝫ in aliqua acceptione ꝯgrui actꝰ meritorius de cõdigno eſt meritorius de ꝯgruo. nihil aliud eſt congruū in vna acceptione vulgari ꝙ̃ cõueniēs. ⁊ ſic om̃e condignum eſt congruum. tamē capiendo congruū vt excludat gratiaꝫ: ⁊ condignū vt gratiā includat et ab ea prodeat: nihil in eodē tempore adequato eſt actus meritorius de cõgruo et de ꝯdigno.

IN hac diſtinctione. 28. magiſter loquit̾ de facultate liberi arbitrij. tria īquirere ꝓpono p̄rio tāgēdo / an requirat̾ gr̃a dei p̄ueniēs: hoc ē auxilium dei ſpēale ad hoc ꝙ hõ actuꝫ moraliter bonū eliciat. 2. an hõ põt implere p̄cepta dei vl̾ hoim̃ abſqꝫ charitate infuſa. 3. an hõ poteſt diu viuere ſecūdū legem cõem ſine peccato aliquo. ¶ Quo ad primum magiſter errorē pelagij monachi recitat. quē augꝰ in pleriſqꝫ ep̃lis recitat ⁊ ſignāter in ep̃la. 106. ⁊ epiſtola. 95. dicebat eī pelagius ꝙ homo põt īplere mandata dei ſine gratia. et cum ei a ſuis fratribꝰ obijceretur: quare ergo hoī ꝯfertur gr̃a: dicebat vt faciliꝰ mereri poſſit. dicit inſuꝑ. gr̃a datur ſecūdū merita nr̃a: et ex ꝯñti nõ cõducūt alioꝝ preces et ꝙ ꝑuuli nõ naſcunt̾ in pctõ origīali. nihil eſt pctm̃ niſi a quo hõ cauere põt: vt ex dictis Aug. viri famatiſſimi ſui ꝯtēporanei deducebat nimis libero arbitrio et minꝰ gr̃e dei / pelagius attribuebat vt augꝰ et vitas dicit. ⁊ nõ modo fuit hic error circa libertatem arbitrij: ſed varij extāt modi dicēdi inter fideles. ¶ Duo ſunt modi cões. vnus ē modꝰ cum ſcriptura multū cõueniēs: quē augꝰ / cõplectitur ⁊ magiſter ī lr̃a ſubſcribit ⁊ multi alij poſteriores ſcriptores: vt grego. q̇ hūc modū ī ſuis veſpijs tenuit et putat ſanctū tho. idē tenere: prima ſecunde. q. 109. ſic videt̾ tenere ī articulis illiꝰ queſtionis: ⁊ ſignāter in ſexto. ita putat thomiſtarū longe primꝰ ioānes capriolꝰ. doctor ſeraphicꝰ nõ lõge ab hoc diſtat. ¶ Modꝰ ē iſte ꝙ nullus põt bene moraliter agere ſine auxilio dei ſpēali: nec recte iudicare de oībꝰ circūſtātijs requiſitis ad bn̄ agendū. ſecꝰ ē de actu bono ex genere vl̾ de actu īdifferēti ſi ponatur. ¶ Alius ē modus totaliter oppoſitꝰ q̇ videt̾ hūanior: ꝙ qlꝫ bn̄ põt moralit̾ agere ⁊ recte iudicare cõplere de agendis cū auxilio ſolo dei generali. hic modus plꝰ ſaluat volūtatis libertatē: ⁊ ꝓpiciꝰ apparet. ⁊ multuꝫ niſi hūc īſequerer / ſi nõ viderem ſcriptuā ſacrā ⁊ ſctõs multū īclinātes in oppoſitū. ¶ Tertia põt dari via media: ſcꝫ ꝙ aliquos deus ſpēalit̾ euocat ad recte credendū ⁊ ad bn̄ opandū. ⁊ int̾ illos aliq̇s magis: aliquos vero minus. auxiliū dei tñ ē paratū omnibus volētibꝰ bn̄ vti naturalibꝰ: ita ꝙ nõ requirit̾ auxiliū ſpēale ad bene agēdū vel ad recte iudicādū ¶ Quarta via auxiliū generale dei

ſufficit ad recte iudicandum in his que ī lumine naturali haberi poſſunt: et ad conformiter operandum. in his que ſciri nõ poſſunt in lumne naturali: quēadmodum de multis credibilibus: ad credēdum requiritur auxilium dei ſpeciale: et ad conformiter operandum in his. ⁊ vie he non longe dependent ex illo probleumate de cauſa predeſtinationis et reprobationis: ⁊ eſt perſimilis difficultas. Una via tenet tam predeſtinationis ꝙ̃ reprobationis poteſt dari alia cauſa ꝙ̃ voluntas diuina. Secunda via contraria illi / nec predeſtinationis nec reprobationis eſt dare aliam cauſam a voluntate diuina. Tertia via. predeſtinatorum omnium nulla datur cauſa niſi volūtas diuina: ſecus eſt de reprobis. Quarta via. Aliquorum predeſtinatorum nulla cauſa datur predeſtinationis: ſed ſola voluntas diuina hos predeſtinans: ⁊ non illos: eſt cauſa: tamen predeſtinatorum omnium datur cauſa predeſtinationis. Hec queſtio non eſt de lana caprina. propt̾ea decet eam cum quadam mediocri prolixitate tractare / cauendo ne homo ſit nimis profuſus: tedium dans lectori. ⁊ ne nimis ſit ſuccinctus: ne materie difficultas non aperiatur. ¶ Scđm tempꝰ ergo oblatum / aliquid ſuper hac materia dicaꝫ. Unum pedem ſcilicet dexterum ponendo ſuper ſcripturam ⁊ conciliorum determinationes: aliū ſuper modum qui videtur hominibus humanior vt videbitur in ſolutione. 16. argumēti: in qua explanabo quid dicere velim. Hactenus michi placet ꝙ deus non gratis reprobat: ſed gratis predeſtinat. propterea conabor ⁊ ſcripturam ⁊ concilia tenere illeſa. et ſic modū ponere ꝙ nulli erit deſperatio. ¶ Ponam aliquas concluſiões: quarum prima eſt. nemo poteſt recte credere niſi ſpecialiter a deo vocatus. patet hec concluſio Joānis ſexto: cum chriſtus dixiſſet, ego ſum panis viuus qui de celo deſcendi: et ſuper hoc murmurarunt iudei: quibus dixit chriſtus: nolite murmurare: inuite nemo poteſt venire ad me niſi pater qui miſit me traxerit eū: vbi gloſa interlinearis: credere in me niſi gratia eum preueniet. non eſt ſermo de gratia gratum faciente: ſed de ſpeciali dei auxilio: qđ gratis datur. et per conſequēs poteſt vocari gratia gratis data. ⁊ ſequitur. Omnis q̇ audiuit a patre ⁊ didicit: venit ad me. Ubi gloſa interlinearis in verſiculo / audiuit a patre / dicit: ꝙ eſt trahi a patre. Et cum chriſtus exponeret hunc panem de corpore ſuo coram multis: viſus eſt ſermo chriſti durꝰ: ita ꝙ multi reliquerūt eum. Chriſtus hoc videns repetijt verbum ſuuꝫ ante prolatum / inquiens: propterea dixi vobis: quia nemo poteſt venire ad me niſi fuerit ei datuꝫ a patre meo. Ubi gloſa marginalis ſic īquit. cauſam quare quidaꝫ non credūt ſubdit: quia nõ eſt a deo datū. fides enim non eſt hominibꝰ a ſe: quaſi propria: ſed a deo gratia. quaſi ſimilis eſt auctoritas chriſti Joānis. 15. Sine me nichil poteſtis facere. ¶ Inſuper: Auguſt. de predeſtinatione ſanctorum ad Proſperum ⁊ Hylarium: nõ longe a principio contra pelagianos reprehēdit opinionem que ponit primam fidem eſſe ab homine ⁊ ſecundam a deo. hoc ſic reprobat auguſtinus inquiēs talis primam partē ſibi tollit: ſequētem autem dat deo. ⁊ ꝙ in eo dicit eſſe amborum priorem ſe facit poſteriorem deum. ¶ Secunda concluſio. nemo poteſt elicere actum moraliter bonuꝫ ſine dei ſpeciali auxilio. Probatur. nemo poteſt habere actum continentie ſine dei ſpeciali auxilio. ergo neqꝫ aliud bonum opus. tenet cõſequentia. eadem eſt ratio de vno bono et alio. antecedens patet per illud quod ſcribitur ſapientie. 8. non poſſum eſſe cõtinens niſi deus det. nõ valet dicere niſi deus concurrat cum influentia ſua generali: quia ſic nemo poteſt habere actum incontinentie. ¶ Secundo probatur eadem cõcluſio per illud Romanorum. 9. non eſt volentis neqꝫ currentis ſed dei miſerētis. ⁊ pſalmiſta. Dominus regit me: ⁊ Dñs illuminatio mea. ⁊ iteruꝫ apoſtolus per illud quod ſcribitur ad Philip. 2. c. Deꝰ opat̾ in nobis velle et perficere pro bona voluntate: vbi gloſa marginalis ſic dicit: per ꝓprium enim arbitriū niſi gratia dei ipſuꝫ adiuuetur. nec ipſa voluntas bona in homine eē poteſt illic voluntas pro voluntatis actu capitur. ⁊ prime a Corinthi. 4. Quid habes quod non accepiſti: ſi autem accepiſti: cur gloriaris quaſi nõ acceperis. ¶ Probatur hec concluſio auctoritatibus ſanctorum. Unde Auguſti. in de predeſti. ſanctorum ad iſtud propoſitum introducit Ciprianum martyrem. et ex propria ſententia ipſe Auguſti. de verbis apoſtoli ſermone. 9. confitere inquit a deo te habere quicq̇d habes boni: a te quicquid mali. ⁊ de verbis apoſtoli ſermone. 12. prorſus ſi adiutorinm dei defuerit nichil boni agere poteris. agis quidem illo non adiuuante libera volūtate: ſed male. adhuc idonea eſt voluntas tua q̄ vocatur leo: ⁊ male agendo fit dampnabilis. cuꝫ dico tibi ſine adiutorio dei nichil agis: nichil boni dico. nam ad male agendum habes ſine adiutorio dei liberam voluntatem. ſimilem ſentētiā ponit in de correc. ⁊ gratia. c. 47. ſic inquiens. liberum arbitrium ad malum ſufficit: ad bonū autem parum eſt niſi adiuuetur ab omnipotēti bono. ⁊ in epiſtola ad Hylarium ſiracuſanum: valet itaqꝫ liberum arbitrium ad bona opera ſi diuinitus adiuuetur: deſertum vero diuino adiutorio qualibet ſciētia legis excellat nullo modo habebit iuſticie ſoliditatē: ſed inflationem impie ſupbie ⁊ exitioſum tumorē. ⁊ Aug. ī ep̃la ad Paulinū volanū ep̃m ait. ſi q̄rere homo voluerit ante gratiā quid meruerit vt accipiat eam: mala ſua poterit homo inuenire: non bona. ergo homo nõ põt habere actū meritoriū niſi p̄uētꝰ motiõe ſpūſſancti. cui cõſonat apl̾s ad Romanos. xj. dicens. quis prior dedit illi ⁊ retribuetur ei. hoc exponēs aug. ſermõe decimo de verbis apl̾i dicit. quis p̄or dedit illi et retribuetur ei: quis prior dedit cum totum gratis accepit. quis prior dedit illi et retribuetur ei. ſi dominus retribuere vellet

nichil niſi penam debitam retribuiſſet. quis prior dedit illi: quis preuenit gratiam que gratis datur. ſi aliquid meritorium anteuenit gratiã: iã non gratis datur: ſ; ex debito redditur. ¶ Preterea: nẽo põt temptationẽ vicere ⁊ malũ euitare niſi gratia ſpeciali dei adiutus. ğ concluſio vera. aña patet. docemur a xp̃o in talibꝰ orare ne nos inducas ĩ temptationẽ: ſed libera nos a malo. et iterũ: actiões nr̃as q̃ſumꝰ dñe aſpirando p̃ueni ⁊ alibi. gratia tua dñe ſẽper nos p̃ueniat. ſed ſi talia ſint in nr̃a ptãte fruſtra ꝓ eis oramꝰ. ¶ Sed dicis / ꝯña non valet. ꝓ amico morbo laborante cuiꝰ vitã ſperamus rogamus quatenus deus eũ ꝑſeruet. ¶ Contra. ſi certũ tibi eſſet ꝙ viueret nõ orares. et augꝰ / ſtat ĩ hac ꝯña cõtra pelagiũ. ĩ de natura et gratia. c. 18. dicens. quid ſtultius q̃ꝙ orare vt facias quod ĩ ptãte hẽas. ⁊ in epiſtola ad vitalẽ hereticũ. prorſus ĩquit nos oramus deũ: ſed orare nos fingimus: ſi noſipos non illum: credimus facere ꝙ oramus. prorſus non deo gratias agimus ſed nos agere fingimus. et expreſſiſſima ẽ auguſtini auctoritas ĩ de p̃deſti. ſctorũ circa p̃ncipiũ: in qua dicit. nemo ſibi ſufficit ad incipiendum vel perficiendũ quodcũq; opus bonũ: ſ; in omni opere bono ⁊ incipiendo ⁊ ꝑficiendo ſufficientia noſtra ex deo eſt. hoc. 13. de trinitate c. 15. tenet: ſic inquiens: ad bonũ aĩe prior eſt volũtas creatoris eius: ſiue vt eã faceret q̃ nulla erat: ſiue vt reficiat q2 lapſa ꝑierat. ¶ Inſuꝑ dicit de gratia ⁊ libero arbitrio. niſi ip̃a ꝯuerſio hoĩs ad deũ eſſet ex deo nõ dr̃etur / deus v̓tutũ ꝯuerte nos. deus ſalutaris noſter: ⁊ deus tu conuei ſus viuificabis nos. ⁊ Augꝰ ex cõcilio carthaginenſi ⁊ milenitano cũ ſcriptur; multũ ſe muniuit. vide ĩ epiſtola ad paulinũ volanũ ep̃m: vbi augu. ſic inq̃t cõſequẽs ſit vt q̇cũq; ſequitur illiꝰ ep̃alis iudicij auctoritatẽ ⁊ ipiꝰ pelagij cõfeſſionẽ: hoc tenere debeat quod ſemper tenuit eccleſia catholica. et paulo poſt ad ꝓpoſitũ hec numerat vt fateat̃ qñ cõtra tẽptatiões cõcupiſcẽtias illicitas dimicamus: q̃uis ⁊ illic habeamus ꝓpriã voluntatẽ. nõ tñ ex illa: ſ; ex adiutorio dei noſtrã ꝑuenire victoriã. ⁊ mox loquẽs ĩ ſua ⁊ ceteroꝝ ꝑſona dicit. ſine gratia nos dicimꝰ ad nõ peccãdũ nihil valere libertatis arbitriũ. ſimile habetur ĩ ep̃la aurelij carthaginẽſis ep̃i quã deſtiauit ad ꝯprouĩciales ep̃os de dampnatiõe pelagij ⁊ celeſtij. videas multa iſtoꝝ originaliter ex libro conciliorum eccleſie ꝑ iſodorũ recollectorũ. ¶ Et cũ augꝰ. infamaret ab hoſtibꝰ: cũ diceret liberũ arbitriũ ſolũ poſſe in malũ / niſi prius erigeretur a deo: ⁊ inferretur ꝙ idẽ eſſet ĩ demonibus: reſpondit non eſſe idem: quia deus auxilium ſpeciale dat hominibus in via: demonibus autem nulla ſeruata eſt conuerſio. ¶ Hoc etiam patet per Iheronimu; in expoſitione catholice fidei ad damaſũ papam ſic ait: liberũ ſic confitemur arbitriũ vt dicamus nos ſemper dei indigere auxilio. ⁊ in epiſtola ad theſorophõtẽ ait. vnde audes lingua proferre temeraria vnumquemq; ſuo regi arbitrio. ſi ſuo regitur arbitrio: vbi eſt auxilium dei. et ſi xp̃o rectore non indiget: quomodo ſcribit Iheremias nõ eſt in hoĩe via eius: ⁊ a dño greſſus hoĩs diriguntur. ¶ Ceterũ nos ab eo differimus brutis aĩalibus ꝙ liberi arbitrij cõditi ſumus. S; ip̃m liberum arbitrium vt diximus dei nititur auxilio illiuſq; per ſingula ope indiget. hoc facit in dialogo ſuo contra pelagium. ¶ Et beatus ambroſius libro quinto ſuper lucam de fletu petri inquit. bis negauit petrus et non fleuit. poſt tertiã negationẽ reſpexit eũ dñs ⁊ fleuit. nõ ẽ hic ſermo de corporalibꝰ oculis q̇bꝰ eũ dñs reſpexerat. ⁊ Grego. 22. moraliũ ſuper illud Job. 31. Si oſculatuſſum manum meam ore meo: ſic ait. Si viri ſciunt ſe nõ virtute propria ſed preueniente ſuperna gratia ad meliora vota vel opera commutatos. et quicquid ſibi mali ineſſe cognoſcunt de mortali propagine ſentiunt meritum. quicq̇d vero boni in ſe inſpiciunt: immortalis gratie cognoſcunt donum. ¶ Preterea: cum Caſſianus colla. 13. c. 12. dixiſſet: cauendum nobis eſt ne ita ad deum omnia ſanctorum merita referamus / vt nichil niſi id quod malum atq; peruerſum eſt humane aſcribimus nature. Contra illud ſanctꝰ proſper cuius ſcripta Gelaſius approbat edidit librum intitulatu; pro predicatoribꝰ gratie. Hoc magiſter in littera inſequitur / vt clarum eſt intuenti / hoc ſctõru; auctibꝰ muniẽs. idẽ t; diſtĩctiõe 25. c. penul. ⁊ diſtĩctiõe. 26. ĩ. 1. capitulo. ¶ Tertia cõcluſio. nemo ſine ope dei ſp̃ali p̃t ſufficiẽter cognoſcere q̇d ſit faciendũ in his q̃ ad moralem vitã ſpectant. ꝓbat̃ hec ꝯcl̃o. nemo ſine dei ope ſpeciali põt hr̃e cogitatione; de tali bono. ğ nec rectũ iudiciũ hr̃e ſine eodẽ auxilio. ꝯña ẽ nota. ꝓbat̃ aña aucte apl̃i. 2. Corĩth. 3. nõ ſumꝰ ſufficientes cogitare aliquid a nobis q̃ſi ex nobis: ſ; ſufficiẽtia nr̃a ex deo ẽ: q̃ aucte vtit̃ Aug. ad h̓ ꝓpoſitũ ꝯ̄ Pelagiũ libro p̃ĩo de gr̃a xp̃i ⁊ pctõ origiali. c. 25. ⁊ in eccleſiaſticis dogmatibus. c. 50. bone cogitationes ſemꝑ a deo ſunt. ¶ Inſuper. eccl̃ia orat pro recta noticia: vt notã fac mihi viã ĩ qua ambulẽ. ergo liberũ arbitriũ ⁊ intellectus nõ habent h̓ in poteſtate ſua cum influentia dei gñali. ꝯña t; vt ſupra in ꝯcluſiõe p̃cedẽti. ¶ Probat̃ eadẽ ꝯcluſio aucte Aug. ĩ ep̃la ad ſixtũ pbr̃m ſic dicẽt;. nemo recte ſapit: ĩtelligit recte: ꝯſilio: ac fortitudĩe p̃ualet: nemo ſciẽter piꝰ ẽ vel pie ſciẽs: nemo timore caſto deũ timet niſi accipet ſp̃m ſapiẽtie ⁊ intellectꝰ: ꝯſilij ⁊ fortitudĩs: ſcie ⁊ pietatis ⁊ timoris dei. nec q2 tot ſunt ſp̃ũs: ſed oĩa hec operatur vnus atq; idẽ ſpiritus diuidens ꝓpria vnicuiq; prout vult. quia ſpiritus vbi vult ſpirat. h̓ tenet Hugo de ſctõ Victore libro. 1. de ſacra. ꝑte 7. c. 25. inquiẽs. aĩa rõnalis corpori humano infuſa: niſi ꝑ gratiã adiuuet̃: neq; cognitionẽ veritatis ꝑcipere neq; ꝯcupiſcẽtie carnis ſue reſiſtere p̃t. loquit̃ illic de cognitiõe v̓itat; ad ſalutẽ ꝑtinẽt;. ſic explicuit ꝑte. 6. c. 25. dicẽs. nõ dubiũ aũt ẽ cognitionẽ eorũ q̃ agẽda ſũt vel vitãda: nolenda vl̓ volẽda: ꝑtinere ad nr̃a; ſalutẽ. ¶ Quarta

ꝯcl̃o. dato ꝙ ĩtellectꝰ recte dictet q̇d agẽdum vel vitandũ: fuerit voluntas non põt ꝯformare ſe tali dictato ſĩe auxilio ſpeciali. hec ſeq̇tur ex ſecũda. q2 alias ad opꝰ bonũ nõ eẽt opꝰ ſp̃ali auxilio cuiꝰ oppoſitum ex ſecunda concluſione patuit. ⁊ patet eadẽ ğ ꝑ articulũ ꝑiſienſe; .128. qui oppoſitum dampnat ⁊ teſtatur fuiſſe errorem pelagij. vnde ſic ait articulus. ꝙ ſi recta ratio / et voluntas recta / error. q2 ꝯtra gloſa; aug. ſuꝑ illu: co n cupiuit anima mea deſiderare. ¶ Inſuper: pelagius poſuit nos iuuari a deo ad credendũ ⁊ operandum / ad hunc ſenſum: ꝙ deus iuuat poſſibilitatẽ nature dando doctrinã ⁊ noticiã de agẽdis ſic recitat Augꝰ li. i. de gratia dei et pctõ originali c. 7. hec erant verba pelagij. adiuuat eĩ nos deus ꝑ doctrinã ⁊ reuelationẽ ſuã dũ nr̃i cordis oculos aperit du; nobis (ne preſentibꝰ occupemur) futura demõſtrat: dũ diaboli pandit inſidias: dũ nos multiformi et ineffabili dono gr̃e celeſtis illuminat. q2 tñ non ponebat bonũ velle prouenire ex gratia dei: dixit eſſe hereſim. ¶ Ex dictis infero ꝓpoſitiones aliquas correlarias: quaru; prima eſt facilius hõ poteſt elicere actum malu; q̃ꝙ bonum. ꝓbatio correlarij. cũ ſolo auxilio dei generali poteſt homo elicere actum malum: et cum eodẽ nõ põt elicere actum bonũ, igitur / ſecũdo apparenter ſequitur. nemo meret̃ p̃mã gratiam de congruo vel condigno. patet: deus ſemꝑ erigit peccatorem ad deteſtãda pctã ſua: ita ꝙ p̃ꝰ natura mouet volũtatẽ ad hoc ꝙ volũtas mereatur. ⁊ ſic gr̃a gratis datur. Dixi apparent̃ ſeq̇tur non ẽ neceſſe ex omnibus his q̃ dixi ita dicere: licet auxiliũ ſpeciale p̃requiratur ad actũ moraliter bonũ: etiã libertas volũtatis: nõ ſemper neceſſitatur ab illa ope volũtas. ğ poteſt nõ agere. ⁊ ſi agat ſecũdũ incliatione auxilij dati: iam actus ẽ meritoriꝰ de ꝯgruo: iuxta dicta prius de merito de ꝯgruo et de cõdigno. ¶ Tertio ſequitur. nemo põt hr̃e iudiciũ verum de aliquo agẽdo vel cauendo ſine ope dei ſpeciali: bene autem erroneũ ſine illa ope. ¶ Quarto ſequitur quare vnus credit ⁊ nõ alter: q2 ẽ a deo vocatꝰ ⁊ bñ vtitur naturalibus: non autẽ alter. ¶ Quĩto ſequit̃ ꝙ p̃us ſpecialiter peccator vocatur a deo ad pẽitendũ q̃ꝙ ſe p̃paret ꝑ ꝯtritionẽ. ¶ Cõtra dicta arguitur primo cõtra hoc vltimũ correlarium. ſcribit̃. iohelis ſcd̃o. ⁊ zacharie primo Cõuertimini ad me ĩ toto corde vr̃o ⁊ ego cõuertar ad vos. ğ priꝰ natura ⁊ etiã tp̃e: p̃ſuppoſita tñ influẽtia dei generali: hõ ſe ad deũ cõuertit: ⁊ poſtea deus eũ iuuat cõuertẽdo eũ ad ſe. ¶ Reſpõdetur. apparatus de penitẽ. di. p̃ma c. cõuertimini q̃rit in principio gloſe / nũquid ſtandũ ẽ huic ordini: vt p̃ma ſit nr̃a ꝯuerſio ſequẽs dei. ⁊ dr̃ ꝙ nõ. quod patet de penitẽ. d. 4. c. dixit dominus. prius natura datur gr̃a: hoc ẽ auxiliũ ſpeciale: quod apud antiquos cõmuniꝰ vocat̃ gr̃a. poſtea voluntas bene vtit̃ libertate ſua. ⁊ fit pctõrũ deteſtatio. ſecundũ ꝙ dicit augu. de bono ꝑſeuerantie c. 45. pctõr iõ nõ ſurrexit q2 deus hũc nõ erexit. ⁊ ſurge q̇ dormis: ⁊ illuminabit te. xp̃s ad epheſiõs q̇nto. ⁊ ſic ĩtelligat̃ illõ Iacobi quarto. ⁊ tales auctoritates appropinquate deo ⁊ appropinquabit vobis.
¶ Secundo arguit̃ cõtra oĩa ꝑ illud quod ſcribitur Actuũ decio: ĩ veritate cõperi q2 nõ ẽ ꝑſõaꝝ acceptor deꝰ. ⁊ ad romanos ſecũdo. nõ enĩ ẽ ꝑſonarum acceptio apud deũ. ⁊ mathei. 22. non ẽ tibi cure de aliquo. ſed demõſtratis duobꝰ vel tribus equalibꝰ quãtũ ẽ ex parte eoꝝ: vnũ accipere ⁊ non aliũ / ẽ ꝑſonas accipere. ¶ Reſpondet̃: ꝯña eſt nulla. acceptio ꝑſonarum (vt in. 24. diſtinctione. 4. diximꝰ) eſt ꝑſonã ꝑſone iniuſte p̃ferre: capiẽdo iniuſte cõtrarie ſemꝑ capit̃ ĩ malã ꝑtẽ. tũc aliquis accipit ꝑſonas qñ peccat cõtra regulã ſuperioris ꝑſonã p̃ferendo ꝑſone: hoc ẽ: facit aliq̇d vel omittit: ⁊ tenetur ad opoſitũ. modo deus nõ habet regulam ſuperiorem: ſed eſt ſua regula: et nulli obligatur. in actu liberalitatis dando aliq̇d vni et non alteri / non eſt acceptio perſonarum: vt de denario diurno mathei ſecundo. tolle q̇õ tuum eſt et vade. non facio tibi iniuriam. ſicut epiſcopus dat ſorti beneficium ſine acceptione perſonarum: relinquendo multos eque idoneos cu; eo. ſi ergo deus hunc predeſtinat ſine meritis vl̓ euocat ſpecialiter ad fidem et actus bonos: non facit alijs iniuriam. et ſi gratis reprobaret: etia; reprobis nõ facit ĩiuriã. ſ; ſuꝑ illo mẽbro alias loq̃mur. ſcriptura vult dicere / deus nõ acceptat perſõas ex hac patria: puta nõ ſolũ iudeos: ſicut apl̃i ⁊ multi alij ꝓ tp̃e crediderũt. ſ; capit de omni gẽte: h̓ eſt grecos / barbaros / indos / diuites / paupes / viros / femĩas / liberos / ſuos: l; vnũ gratis de hac gẽte p̃uenit ad bñ agẽdũ: ⁊ non illũ ex ſua clementia. ſic̃ rex dat vni famulorũ ſuorũ plꝰ liberali dono q̃ꝙ alteri ſine pctõ: cum oĩbꝰ ſoluit debitũ: ſed vni plꝰ dat q̃ꝙ ſuũ obſequiũ meritũ eſt
¶ Tertio arguit̃. nobilior modꝰ operãdi eſt per rõnẽ: ⁊ de ſingulis poſſe reddere rõnẽ: q̃ꝙ dicere ſic volo ſic iubeo ſit pro rõne volũtas. ergo hoc deo eſt dandũ. ſed magis cũ rõne inter nos quadrat dicere ꝙ deus eſt oĩbꝰ indifferens ⁊ cũ quolibet equaliter agit quãtũ eſt ex parte eius: ſ; defectus ꝓuenit ex nobis nõ bene vtẽtibꝰ naturalibus nr̃is. ¶ Et ꝯfirmat̃ hec rõ. vir ille reputatur ſapiẽtior inter nos qui omnia cu; ratione diſponit ⁊ ſcit de ſingulis rationem reddere quare ita facit. ſ; ſapientiores magis ꝯueniunt cũ deo q̃ꝙ minus ſapientes. ergo conditio ſapientioru; eſt deo tribuẽda: viſo ꝙ ſcriptura hoc ei tribuit Sapientie. 8. dicẽs ei. ſapiẽtia attingit a fine vſq; ad finem et diſponit omnia.
¶ Ad tertium reſpondetur. poſſumus pro deo de ſingulis rationem reddere a fortiori: ⁊ patebit in ſolutione ad. 16. argumentũ in liberalitate hõ põt facere gratiã cui vult: ⁊ illud reputamus rationabile. ¶ Ad cõfirmationẽ cõcedo aſſũptũ de viro qui legi ſuꝑioris obligat̃: nõ autem deus in hoc homo nõ poteſt ei aſſimilari ſm̃ illõ pſal. Exiſtimaſti inique ꝙ ero tui ſilis. voluntas dei eſt ratio ſufficiens: cũ ip̃a nũq̃ a recta ratiõe diſ-

xij.

coꝛdet vni facit grãm:alteri autẽ nõ.qꝛ nõ bene vtitur naturalibus nec auxilio ei diuinitꝰ dato. ¶ Quarto arguit ad idẽ. Ex dictis ſeqtur ꝙ aliq̃s eẽt deuictꝰ aliq̃ facere ſuis hũerſipia:⁊ſic eẽt obligatꝰ ad ĩpoſſibile.ſꝫ hoc eſt falſũ.igit ⁊ añs. falſitas ↄñtis pꝫ ꝑ Iheronimũ ĩ explanatione fĩ dei ad damaſum papã. Anathema ſit dicere deũ obligare ad impoſſibile.plẽo oꝛe omnes p̃dicãt ad impoſſibile nẽo obligat .ↄña tñ pꝫ. ſoꝛtes obligatur diligere deũ et facere actũ bonũ: quẽ tñ facere nõ põt.igit. ¶ Ad quartum nego ↄñaꝫ.lꝫ nobis ſit ĩpoſſibile facere actũ moꝛaliter bonuꝫ ſine dei ope ſpeciali:nõ tñ ẽ ſimplicit ĩpoſſibile. hoc pꝫ:cũ ĩterdũ ꝑtialiter facimꝰ actũ moꝛaliter bonũ.hoc poſſumꝰ quod ꝑ alios poſſumꝰ. ſicut vulgo dici ſolet:hoc poſſumꝰquod ꝑ amicos poſſumꝰ. Et qꝺ hoc argumentũ nõ debeat te ſic mouere/aperiat ſic.hõ ſecũdũ aduerſarios tenetur ad actũ bonũ.⁊ tñ nemo põt actũ bonũ hẽre ſine influentia dei generali(vt palã eſt)et non ꝓpterea aſſeris hominẽ obligatuꝫ ad impoſſibile :ſic dr ĩ ꝓpoſito:nec diſcrimẽ ẽ vllũ niſi qꝛ tu ponis auxiliũ generale poſſe ſufficere ꝓ actu moꝛalit bono quod ſemꝑ cuilꝫ creature ẽ ꝑatũ:hic auteꝫ modus dicit auxiliũ ſpeciale requiri quod nõ ſẽꝑ cuilꝫ dat.ſed de hoc in.16.argumẽto Et iſtud pꝫ ꝑ auguſtinũ de ꝑfec.iu.ſexto capite inquiẽs:cum videmꝰ claudũ q̃ ſanari põt recte vtiqꝫ dicimus debet eẽ hõ iſte ſine claudicatiõe.⁊ ſi debet/põt nec tñ cũ vult cõtinuo põt.ſed cũ fuerit (adhibita curatione)ſanatus:et medicia adiuuerit volũtatẽ.hoc fit in interioꝛe hoĩe quod ad peccatum attinet tanq̃ eius claudicationẽ/ꝑ eius grãꝫ qui venit non vocare iuſtos:ſed peccatoꝛes.qꝛ nõ eſt opus ſanis medico:ſꝫ male hñtibꝰ. ¶ Arguit quĩto.pono aliquẽ habituatũ diligere deũ q̃ ſpecialiter auxiliabatur a deo ĩ elicitiõe actuũ ꝓductiuoꝝ illius habitus.hoc p̃miſſo ſic arguit. Iſte habitus ſine auxilio ſpeciali inclinat in actꝰ moraliter bonos:qꝛ pono ꝙ deus nũc ſolum generaliter auxilietur.ſcꝺo ethicoꝝ.hĩtus inclinat ĩ actus ſimiles actibus a quibus emerſit. ¶ Sexto arguit.idẽ ẽ auxiliũ ſpeciale dei ⁊ generale.g̊ ſi ad peccatũ ſufficit gñalis ĩfluẽtia dei:⁊ ſpecialis ſufficiet. ¶ Ad quintũ admitto caſum.dicit ꝙ ille habitus inclinat ĩ ſimiles actꝰ q̃tũ ẽ de ſe: ſed illos ꝓducere nõ põt ſine cã ſecũ cõcurrẽte. hitꝰ ſine cõcurſu potentie non põt ꝓducere actũ:ſic nõ põt ſine auxilio ſpeciali dei ꝓducere actũ moraliter bonũ. ¶ Ad ſextũ reſpondetur ꝑ ꝓpoſitiones. ¶ Prima eſt:lꝫ grã et v̉tutes a deo infuſe dicantur ſpecialia auxilia dei : tñ non loquimur de auxilio creato:ſed de increato. ¶ Secũda ꝓpoſitio. auxilium generale dei ẽ auxiliũ ſpeciale eiuſdem. Probatio. auxiliũ dei ſiue gñale ſiue ſpeciale non diſtinguitur a deo.⁊ ex illo demonſtrãdo deum expoſitoꝛie concludere potes auxilium generale eſſe auxilium ſpeciale.tamen illa complexa/auxilium generale/ et auxilium ſpeciale habent alias quid nominis. Auxilium generale dei ſupponit pꝛo deo connotando cõmunem cõcurſum eius:hoc eſt omne eius pꝛoducibile ſiue fuerit actꝰbonꝰ/malꝰ/vel ĩdifferẽs.auxiliũ ſpeciale cõnotat ſpecialẽ motũ dei quo ad bonũ allicit. ¶ Ponit alia ꝓpoſitio. auxiliũ ſpeciale dei ad pctm̃ ↄcurrit.ꝓbat.℞ auxiliũ gñale dĩ ad peccatum cõcurrit.hoc auxilium generale dei ẽ iſtꝺ auxilium ſpeciale.igitur. Et pꝛo veritate minoris ſupponatur ꝙ deus ſuffragetur iſti vel alteri ad pꝛoductionem actus bõi. ¶ Alia ꝓpoſitio. falſum eſt dicere ꝙ deus iuuat ad peccatũ (potiſſimũ quo ad actũ ĩterioꝛẽ)cũ auxilio ſpãli. Prioꝛ iſtaꝝ pꝛopoſitionũ nihil aliꝺ denotat niſi ꝙ illa res q̃ eſt auxiliũ ſpãle ad pctm̃ cõcurrit. Secunda denotat ꝙ deus ſpãli ope pctm̃ pꝛoducit: vel qꝺ ꝓducat pctm̃ ſpãli ope: qꝛ iterũ põt intricaturã facere ſic ſyllogiſando.hac ope gñali deꝰ peccatũ pꝛoducit.hoc auxiliũ gñale ẽ auxiliũ ſpãle. g̊ ℞ auxilio ſpãli deꝰ pctm̃ ꝓducit.ↄña ẽ ſyllogiſmus expoſitoꝛiꝰ.ſinonimitas foꝛmã ſyllogiſticã nõ ĩpedit.ergo illa cõcluſio eſt vera.pꝫ: cũ deducitur ex duabꝰ veris.ſed ponẽdo illos terminos cõnotatiuos a ꝑte pꝛedicati:ꝓpoſitio erit falſa: nec vllo modo inferibilis ex ꝓpoſitionibꝰveris ¶ Sed ↄ iſtud arguit. Ex iſto ſeqtur ꝙ hõ multo facilius ꝓducit actũ moꝛaliter bonũ q̃ actum malũ:cõtra vnũ coꝛrelariũ illatũ ex hac poſitiõe ↄña tñ oſtẽdit. Auxilio gñali deꝰ ad oẽm actum concurrit.⁊ cum auxilio ſpeciali etiam concurrit ad actum moꝛaliter bonũ.ergo duo auxilia equiualenter dat in pꝛoductione actꝰ boni.ergo facilius eſt actũ bonũ elicere q̃ malũ.quẽadmodum ſi duobus gradibꝰauxilij iuuarẽ te ad ferẽdũ tuũ lapidẽ:facilius ferres q̃ dando vnũ gradũ auxilij. ¶ Duobꝰ modis huic argumẽto pt hõ imaginari rñſionẽ. Uno mõ ſic.negãdo ꝙ duobꝰ iuuaminibꝰ iuuet ad ꝓductionẽ actꝰ boni. Dicit. ad quẽlꝫ actũ ↄcurrit auxilio gñali foꝛ͛alr vel v̉tualiter:id eſt:ſi non det auxiliũ gñale/ſpeciale dat. Alio mõ cõcedẽdo ꝙ duo auxilia datv l idẽ duobus modis:⁊ ℞ eſt v̉tualr duo:et cõcedit.faciliꝰ ẽ viro appoſitꝫ iſtis auxilijs hr͛e actũ bonũ q̃ malũ.ſed qꝛ nõ cuilꝫ nec quolꝫ tꝑe dat ſpãle auxiliũ vbi tñ dat gñale:gñale reputat facilius:qꝛ apud plures reperit.⁊ foꝛte ꝓpterea quãdã dulcedinẽ habemꝰ ĩ actibꝰbonis:⁊ ſi ſpũales ſint:nõ aũt in malis.licet in aliquibus pctĩs carnis põt eſſe voluptas ſenſualitatꝫ.ſꝫ iſta nõ ẽ ad ꝓpoſitũ. ¶ Sꝫ petis:an auxiliũ ſpãle plus facit ad pꝛoductionẽ actus q̃ auxiliũ gñale. ¶ Rñdet. vtrũqꝫ eoꝛũ totũ actũ facit vbi ponũtur:lꝫ non totaliter.⁊ foꝛte plus ꝑ auxiliũ ſpeciale q̃ per gñale deus coagit. quare alias vocat ſpeciale.iſta pꝛobatio ẽ bene tenuis. ¶ Septimo arguit.ex iſto ſeqret ꝙ homo eſſet neceſſitatus ad bene moꝛaliter agendũ. conſequẽs eſt incõueniẽs.ergo ⁊ añs.qꝛ ſpãli cõcurſu dei nemo p̃t reniti.ſic xp̃s dixit paulo:duꝝ ẽ tibi ↄtra ſtimulũ recalcitrare ¶ Octauo ar. Ex iſto ſequitur ꝙ aliquis erit bonus actꝰ moꝛaliter in voluntate ad quẽ volũtas nõ cõcurrit.hoc cõ

ſequẽs ẽ incõueniẽs.g̊ ⁊ añs a quo trahit oꝛiginẽ Probat ↄña.deꝰ ꝑ pꝛiꝰ ꝓducit actũ moꝛalit bonũ q̃ voluntas.tunc in illo p̊oꝛi ille actꝰ erit moraliter bonꝰ.⁊ tunc ad ip̃m actum non concurrit voluntas.igit. ¶ Ad ſeptimũ reſpõdetur in pꝛimis ad materiã argumẽti ponẽdo aliquas notatiũculas ꝑ quas argumẽtatio eluit.triplex eſt auxiliũ dei.quoddã generale:de quo locuti ſumus aliud ſpẽale.⁊ illud allicit vel ĩſtigat hominẽ ad bñ agẽdũ.ſꝫ nõ ẽ tãte efficacie ꝙ hominẽ neceſſitet quis põt hẽre illumĩatiões ſpũſſcti ſpeciales ad hoc bonũ opꝰ vel ad illud:⁊ illi ĩpulſui reluctari.⁊ poſt hoc reddet ſe indignioꝛẽ ad ſpeciales motões ſpirituſſancti. Tertiũ eſt auxiliũ ſpecialiſſimũ:quo deus neceſſitat creaturã ad actus bonos:nec ↄcurrit cũ actibꝰ malis ꝓducẽdis ĩ ea ſicut deꝰ facit ĩ beatis. Iſtud auxiliũ volũtatẽ neceſſitat.⁊ ſic demones et dãnatos hoĩes neceſſitat ſtare in pena. Ex his dilue argumẽtũ tu ipſe ĩ foꝛma. ¶ Ad octauũ negat ↄña. Probatio pꝛe ſupponit falſum:ꝙ deus in aliquo inſtanti vel tẽpoꝛe illum actum ꝓducat quo volũtas eũ nõ ꝓducit:quod nõ ẽ verũ.deus tñ pꝛiꝰ natura ⁊ independenter ꝓducit illũ actũ:creatura aũt dependenter.nec hic ẽ maioꝛ difficultas q̃ de actu pꝛoducto a deo ꝑ auxiliũ generale ⁊ a creatura q̃rẽdo de pꝛioꝛitate illaꝝ cauſarũ:et ſicut illic dr/iſtic dicat. ¶ Nono arguit.ponendo ſic caſum ꝙ deus p̃cipiat ſoꝛti ĩ pꝛima medietate hoꝛe nolle a.et ĩ ſecunda medietate velle a.⁊ põat ꝙ ſoꝛtes ex malicia ſua in p̃ma medietate hoꝛe velit: quã volitionẽ ↄtĩuat ĩ ſecũda medietate hoꝛe.tũc ſic ſoꝛtes põt iſtũ actũ ĩ p̊oꝛi medietate hoꝛe elicere ⁊ ipꝫ ĩ ea ↄtĩuare cũ auxilio gñali dei.g̊ ℞ ipꝫ põt facere ĩ ſcꝺa medietate hoꝛe.et ſi diffugiũ q̃ras dicens ſoꝛtẽ nõ poſſe illũ actũ ita diu cõtinuare: ſolũ ꝓtrahis moꝛaꝫ.quia grã exẽpli illud tempus adiecimus.ſtantibus iſtis/arguitur ſic. Oẽs cauſe q̃ poſſunt aliquẽ effectum pꝛoducere in aliquo tꝑe ille eedẽ poſſunt eundẽ effectum in ſpẽ ĩ alio tꝑe pꝛoducere.vel ſic meliꝰ.omnes ille cauſe q̃ ſufficiunt inchoare vnum actum ille eedem ſine appoſitione noui auxilij eũdẽ actũ cõtinuare poſſũt faciliꝰ. ẽ motũ ↄtĩuare q̃ eũdẽ ĩcoare vt pꝫ de pꝛĩo pulſãte cãpanã ⁊ ↄtĩuãte pulſũ ſaltẽ nõ ẽ difficiliꝰ ſꝫ volũtas cũ auxilio gñali dei ſufficiẽt elicuit illum actum ⁊ ip̃m cõtinuauit in pꝛioꝛi medietate hoꝛe.quod pꝫ.qꝛ tunc ille actus erat malus.ſꝫ ad actũ malũ ſufficit auxiliũ generale dei igitur.dicere ꝙ eſt alius actus numero vel in ſpẽ ꝓpt̃ p̃ceptum:eſt ſolũ diffugiũ qꝛ ponitur ꝙ pꝛeceptum non cadat in ratiõe obiecti. ¶ Decimo arguitur ꝓbando ꝙ auxilium generale ſufficiat ad aliquẽ actũ bonũ:⁊ hoc/ſi ad omne pctm̃ auxilium generale dei eſt ſufficiens.aliquis actꝰ bonus eſt peccatum.ergo ad aliquẽ actum bonum auxilium generale dei eſt ſufficiens.ↄña tꝫ in darij: maioꝛe in obliquo ⁊ minoꝛe in recto eadẽ obliquitate collecta in cõcluſione quã ſeminaſti in p̃miſſis. Nec obſtat ꝙ maioꝛ ſit indefinita ex parte ſubiecti enunciationis. ſufficit vniuerſalitas ex parte ſubiecti diſtributionis ⁊ medij. maioꝛ ẽ nota.pꝛobatio minoꝛis:poſito ꝙ homo ꝑ duos actus velit facere aliquod opus exterius:vt puta:facere contionẽ apud populũ ꝓpter deũ et ꝓpter inanẽ gloꝛiã:vel ferre ſcãnũ vel quodcũqꝫ aliud opus exterius imperatũ a duobꝰ actibꝰ ĩterioꝛibꝰ:ſcꝫ bono ⁊ malo. tunc ille actus exterioꝛ eſt malus ⁊ peccatũ.quia imperatur ab actu ĩterioꝛi malo.modo actus exterioꝛ non vocatur malus niſi denominatione extrinſeca.qꝛ imperatur ab actu interioꝛi malo.et per eandem rationem ille actus exterioꝛ erit bonus :quia imperatur ab actu interioꝛi bono. ergo habet minoꝛ ꝙ aliquis actus bonus eſt peccatum: que a pꝛincipio pꝛobanda reſtabat. ¶ Ad nonum reſpondetur admittendo caſum ꝙ idem actus voluntatis pꝛimo eſt bonus ⁊ poſtea malus/vel econuerſo. ſed nego ꝙ voluntas creata hominis põt cum influxu dei generali illum actum continuare:vel elicere quando eſt bonus.in pꝛimo inſtanti quo eſt bonus deus ſpecialiter concurrit ad illum actum.vel ſi ponatur vltimum inſtãs in quo nõ eſt bonꝰ:puta inſtãs mediũ illiꝰ hoꝛe:dr ꝙ ĩmediate poſt hoc deꝰ ſpecialiter cõcurrit ad illum actum: et nõ in illo inſtanti. Si poſt hoc deꝰ non cõcurrat cum auxilio ſpeciali:illud inſtans medium ẽ vltimum inſtans cõpletũ illius actꝰ.⁊ qñ pꝛobas conſequẽtiam accipiendo illam maximã in qua nodus argumenti latet:omnes cauſe que pꝛoducunt aliquem effectum poſſunt eundẽ cõtinuare. diſtinguit.vel dũmodo ille actus manet in eodẽ genere boni vel mali:⁊ ſic conceditur(loquoꝛ de bono moꝛali). Si de malo in bonũ labatur:hoc nego.et potiſſimum in cauſis voluntarijs : vt in pꝛopoſito. Ad hoc patẽter teſtĩonia in frõte queſtionis adducta deducunt. ¶ Pro decimo argumento pono pꝛopoſitiones. ¶ Prima eſt.ad alterum illoꝛum actuum elicitoꝛum deus ſpeciali concurſu concurrit:⁊ ad alium non influit. patet. vnus eſt totaliter bonus ⁊ alter totaliter malus. ¶ Secunda pꝛopoſitio.ſi quis per eundem actũ interioꝛem vellet facere aliquod opus pꝛopter deum ⁊ pꝛopter inanem gloꝛiam : deus ſpecialiter ad illum actum non cõcurrit . Probatur . ille actus eſt ſimpliciter malus. ¶ Tertia pꝛopoſitio.ille vnus actus non equiualet alijs duobus ĩ bonitate ⁊ in malicia.pꝛobatur.ille actus eſt malus:et vnus alioꝛum actuum eſt bonus / et alter malus. ¶ Quarta pꝛopoſitio. pꝛima fronte poni poteſt ad illum actum exterioꝛem tã q̃ ad actũ imperatum deus ſpecialiter concurrit. patet:ille actus eſt bonus ¶ Et ex illo ſequitur quinta pꝛopoſitio.ꝙ ad peccatuꝫ auxilio ſpeciali deus concurrit:non ſtãdo in hoc ꝙ idẽ eſt auxilium generale et ſpeciale.ymmo ſi eſſet diſcrimen reale inter hec auxilia : per illud non impediretur hec pꝛopoſitio. ¶ Sexta pꝛopoſitio:deus non cõcurrit ſpeciali influxu ad illud actum ea ratione qua eſt pctm̃ et demeritũ:ſꝫ ea rõne q̃ ẽ meritum

et actus bonus. ſed ſatiꝰ eſt hic dicere ꝙ auxiliuꝫ ſpeciale ſolū cōcurrit ad actū interiorē: ⁊ tunc nō ſequūtur iſte propoſitiones: ſaltē earū alique videntur peregrine. ¶ Tertio. forte dicis ꝙ ad oēꝫ actum bonū: qui non eſt etiam malus: deus influentia ſpeciali concurrit. et iſta reſponſio non eēt extranea. ¶ Undecimo arguitur. Si ad omnem actum moraliter bonū requiratur auxiliū ſpeciale dei / ſequitur hec concluſio: ꝙ ad deceptionem deus ſpecialiter cōcurrit. ħ ꝯſequēs nō eſt admittendū. In fine primi diximus deum nō poſſe fallere. Probatur tñ ꝯña. aliqua deceptio ē actꝰ bonus. qḋ patet. capio bonā vetulaꝫ mulierem vel agricolam qui audit prelatū predicātē vnā hereſim occultā cuius oppoſitū ipa nō tenet ſcire: vt puta: Thobias iunior nō habuit vnū canē. iā ipſa volēdo aſſentire illi aſſertioni ſui curati et docti ⁊ boni apḋ oēs exiſtimati / meret. Tūc illa volitio eſt moralit̃ bona: puta volitio qua ipſa vult aſſentire propter deuꝫ. g̃ pari fora ille aſſenſus q̇ imperat ab illa volitione erit bonus. ⁊ ille aſſenſus eſt deceptio. igit. ¶ Duodecimo arguit. aliquis meret ſine auxilio dei ſpāli: immo ſine ope ſpāli vel gñali. g̃ opinio nulla. añs pꝫ. ꝑcipiat deus alicui nullū actū elicere: iā talis cōformat volūtatē ſuā volūtati diuine: hoc eſt: totaliter ſe habet ſua voluntas ſicut deus precepit. ergo talis meretur. ¶ Ad vndecimū altiſſiodorēſis ⁊ pleriqꝫ negarent ꝙ illa vetula mereatur. ſꝫ illḋ reputo falſuꝫ ⁊ alibi locupletiꝰ rñſionē ſuā ipugnauimus. Pro nūc ſine ꝓbatione dico ꝙ ipa meretur volēdo aſſentire illi aſſertioni propt̃ deū: quā inuicibiliter ipſa credit verā: lꝫ ſit falſa: ⁊ tm̃ / ac ſi aſſertio eſſet vera. q: non eſt ſcitū in facultate vetule veritas vel falſitas illius. de illo aſſenſu imperato / dr̃ ꝙ argumētū bene colorat' ꝙ nō reqritur auxiliū ſpāle ad actū iperatū. ⁊ illa erat vna imaginatio data de actu exteriori: cui magis acquieuimꝰ. ¶ Ad duodecimum poſthac erit ſmo cū de pura omiſſiōe loquemur. ¶ Decimotertio arguit ꝓbādo ꝙ q̇s recte p̄t dictare de oībꝰ circūſtantijs actꝰ. Circūſtātie a. actꝰ nō ſūt īfinite: ſint ergo q̇nqꝫ. q̇s pōt recte iudicare de b. circūſtātia c. circūſtantia ⁊ ita de qualibet alia. igitur de oībus. ¶ Decimoquarto arguitur. q̇s p̄t formare vnū ſyllogiſmū ex altera p̄miſſaꝝ falſa et altera vera cōcludendo cōcluſionē verā. q: ex falſo bñ ſequit verū. 2. Priorū. talis p̄t aſſentire añti: q: ille aſſenſus eſt falſus q̇ eſt totiꝰ copulatiue: ⁊ hoc cū auxilio dei generali. vel ponat vtraqꝫ p̄miſſarū falſa. ergo talis poterit aſſentire illi cōcluſiōi cū eodē auxilio. q: cognitis maiore ⁊ minore ſimul tp̄e cognoſcit ꝯclo. 1. Poſteriorū. ¶ Ad tertiūdecimū rñdet admittēdo finitatē circūſtātiarū: ⁊ ſint gr̃a exēpli q̇nqꝫ. ſortes p̄t recte iudicare de quacunqꝫ vna circūſtantia / de duabꝰ q̇buſcūqꝫ vel tribus. ſꝫ nō de oībꝰ ſimul. quēadmodū ſi eſſent q̇nqꝫ lapides: quorū quattuor ſortes poteſt leuare ⁊ nō q̇nqꝫ. iā quoſcūqꝫ quattuor illorū ſortes poteſt leuare: ſed non eos omnes. ¶ Ad quartūdecimū admitto caſum de formatiōe ſyllogiſmi. ⁊ cōcedit ꝙ talis pōt aſſentire antecedēti ⁊ etiā ꝯſequēti: ſꝫ cū auxilio ſpāli. ſine eo / ħ negatur. ¶ Si dicas. ph̄i gētiles multa poſuere vera: pꝫ ī ethicis / politicis / ⁊ alijs ſcript̄ ariſtotel' et tamen non eſt dicendum ꝙ ipſi erant illuſtrati ſpecialiter. ¶ Reſpondet. tales gētiles ph̄i erant illuſtrati a deo. ¶ Decimoq̇nto arguit. bñ ſeq̇tur diligo deū ꝓpt̃ vanā gloriā. ergo diligo deū. añs eſt ſitū in facultate ſortis cū auxilio dei generali. g̊ ⁊ ꝯñs. ¶ Sextodecio ſic arguit. aliq̇s pōt habere noticiam intuitiuā platonis cuꝫ auxilio dei generali. ſed illa ꝓducit iudiciū naturalr̃ de p̄dicatis accidētalibꝰ ipſi platoni cōueniētibꝰ: vt puta ꝙ eſt albus vel imberbis. ¶ Ad q̇ntūdecimū reſpondetur cōcedēdo ꝙ talis p̄t diligere deū deordinate cū auxilio dei gñali. ¶ Ad aliḋ dr̃: ħ nō cōcludit. q: ſi ſic: nō eſt iudiciū regulatiuum bone operationis: de quo loquimur. ¶ Sed dices. dabile eſt aliquod iudiciū regulatiuū actꝰ boni moraliter cū omnibus circūſtātijs requiſitis. ⁊ iſtud iudiciū poteſt eē imperatū ab actu volūtatis malo. ergo iſtḋ iudiciū ē malū. ⁊ ꝑ cōſequēs p̄t haberi ſine auxilio ſpeciali dei: cū ē actꝰ malꝰ. ⁊ tamē eſt rectū iudiciuꝫ de oībus circunſtantijs. igitur. ¶ Reſpondetur. neſcis probare ꝙ intellectus ſine ope ſpeciali poteſt talem actum habere. Secūdo. qñ ipm haberet ħ mō: ſolū eſt actus malus lꝫ ſit verꝰ ſpeculatiē ⁊ regulatiē reſpectu alteriꝰ actꝰ ¶ Septiodecimo ar̃. tāgēdo aliq̇d nō plene diſcuſſum in. 2. argumento. auxiliuꝫ generale ad quēlꝫ actū bonū ⁊ malū requirit. ⁊ cuilꝫ paſſi datur: quod ſufficit ad eliciendū actū malū ⁊ nō ſufficit ad eliciendū actū cōplete moraliter bonum ex dictis. ſꝫ aliquibus auxiliū ſpēale dat: aliquibus nō dat: ſꝫ ſolū auxiliū generale. ſꝫ his ē impoſſibile elicere actū bonū cū auxilio generali. Si ego loripes non poſſum incedere ſine baculo: ⁊ tollis mihi baculum neceſſarium ad ambulandum: quomodo michi imputabitur auxilium ſpēale dei eſt michi baculus ad bene agendum vel ad recte iudicandū. ergo innumeri ſunt (etiam adulti) quibus ſimpliciter eſt impoſſibile vnq̃ in tota vita bene agere vel ad penitentiam reſurgere a peccato: que ſententia videtur multum dura. ¶ Dicis. figulus ex eodem luto format vnū vas in laudem et in honorem / vt in facieꝫ humanam: aliud in formam vilem: et nullus dicit ꝙ facit iniuriam luto ſuo. ſic facit deus duos ex eodē luto: ſcilicet terra: ſortem et platonem: ſorteꝫ predeſtinat cui dat auxilium ſpēale. platoneꝫ reprobat et indurat cui non dat auxilium ſpēale: ⁊ nō eſt iniuria. ¶ Reſpondetur: licet hanc ſententiam putem rationabiliorem ꝙ deus omnes predeſtinatos gratis predeſtinat adhuc quouſqꝫ meliꝰ examinet materia: nolim concedere ꝙ gratis reprobet. vt ī diſtictiōe. 40. primi dictū ē. ꝓpterea hic extetendā cōcluſiōes p̄poſitas q̄tū fieri pōt ad partē oppoſitā ⁊ id rōnis ē auctoritates (q̇bꝰ ꝯcluſiōes ꝓbate ſūt) plurimū debēt vnū quēlibet mouere: licet p̄ria frōte in hūane videantur. fides rationē naturalē vel potius putatā naturalē in ſoliditate vincit ex vna parte: pro qua quilibet (niſi inſipiēs) collū ſubdit iugo. ſꝫ vltra fidem et determinationes conciliorū ⁊ ſanctorū non debemꝰ humanitatē deſerere. ¶ Ad formā argumēti concedo ꝙ auxilium generale cuilibet datur: ⁊ eſt paratum cuilibet ⁊ quodlibet tēpore ad omnē operationē. ſed auxiliū ſpeciale nō cuilibet datur et ſemper. ⁊ loquor de adultis de quibus aſſumit argumentū. dico ſi culpa adulti non obfuerit cōmuniter et cōmuniſſime cuilibet dat. et ſi adultꝰ mediocriter vtat naturalibꝰ. licet interdū non habeat auxiliū ſpeciale ad tēpus: dat ei alio tēpore: dūmodo bene vtitur naturalibus ſuis. ⁊ ſic culpa adulti eſt ī cauſa quare non datur cōmuniter ei. etiā deus plurimis hoc auxiliū ſpeciale impartit: quos non neceſſitat ad bene agēdum. quia cum auxilio reqritur conuerſus volūtatis ad bene moraliter agēdū. hi indignificant ſe ne habeant auxiliū ſpeciale ad magnū vel paruum tempus ſecundū ꝙ deo placet. ergo indignitas adulti facit ne detur ei auxilium ſpeciale ad nutū. ſi bene vtat naturalibus aliquis: illi datur preueniendo naturalia in eliciēdo. nec ſine culpa hominis non dat. pono iſtud auxiliū multū generaliter dari. ſed quia hoc auxiliū non eſt reſpectu actꝰ mali: et ſubtrahitur ratione culpe hominis: et auxiliū generale reqritur ad actū bonū ⁊ malum quod nunq̃ ſubtrahitur: ꝯparatiue vnū auxilium dicit ſpeciale: aliud vero generale. tamen iſtud auxiliū ſpeciale cōmuniter immo cōmuniſſime vt oppinor dat. et patet. plurimi gentiles: vt homerus / plato / ſocrates / ariſtoteles / tulliꝰ / ſeneca / de virtutibus ⁊ vicijs erudite et docuerūt et ſcripſerūt: ⁊ veritates ad ſalutē neceſſarias poſuerūt. iſta non poſſunt fieri ſine auxilio ſpeciali. etiā mali ypocrite: potiꝰ mali viri et magni ypocrite: egregie predicant cōtra vicia in cathedra. in qualibet veritate predicata dat auxiliū ſpeciale dei. vides tam p̄deſtinati q̃ reprobi / tam fideles male viuentes q̃ infideles / et multa pertinētia ad ſalutē vere dicūt et actus multos moraliter bonos faciūt. ergo cōiter multū ymmo ꝯmuniſſime datur auxiliū ſpeciale dei ad bene operādum. ⁊ ſi deus aliq̇bus auxiliū ſpeciale det efficacius et maius q̃ alijs: nulli facit iniuriā / nec apparentē quocūqꝫ humano iudicio: dūmodo cuilibet dat illud auxiliū ad recte iudicandū ⁊ bene operandū niſi defectus ꝓueniat ex aliquo nō bene vtēti. et licet peccet crebrius: adhuc dat ei auxiliū ſpeciale ad recte iudicandū de bono et malo et ad penitendū. exemplum in ſimili. imaginemur. nemo poteſt ire ab vrbe parrhiſia ad montes hiperboreos vel paradiſum terreſtrē ſine die rectore ſorte. ſortes aliquos mlt̄ū iuuat: et ſtimulat eos ſi aberrāt vt ad rectū iter redeāt. oībꝰ ſic pandit iter vt facile ipſum tenere valent: ⁊ ipſos viſitat de ſtadio in ſtadiū ponēs eos ſi aberrant in rectū iter: et ſemꝑ ſortes eſt ſatis itinerāti propinquus in recto itinere ad preſtādā opem ſi queratur. ſed aliqui temulentia / alij amētia / aliqui gratia alicuiꝰ voluptatis potiūde iter reliquūt: in hirciniā ſiluam (recto itinere relicto) ſe includunt ⁊ ab vrſis et beſtijs immanibus deuorant. eſt ne iſtud attribuendū negligentie vel imperitie ſortis: qui ſepe / ymmo crebriter / eos ab errore ad regiū iter (quod erat facile ꝑtranſitu) reduxit. ſic ē recte de dño deo. paulum / magdalenā / et ſimiles aberrā tes a regio itinere in via morū reduxit efficaciter vt ad viam regiam redirēt: et eis in agēdis aſtitit: qui optime vſi ſunt naturalibus: propterea digni inuenti ſunt quaternus eis aſſiſteret. et ſi non fuiſſent digniores alijs ſibi relicti: tamē eos ſtimulauit ſuo auxilio ſpeciali quatenus in recto itinere inciderēt. nulli fecit iniuriam: ſed iſtis gratiā. reliquis omnibꝰ crebro ymmo creberrime dedit auxiliū ſpeciale ſuū et eos ab errore reuocauit et poſuit ī rectū iter. ⁊ aliqui ad rectū iter auxilio totiens preſtito / redire noluerūt. eſt ne iſtud durū: ymmo mitiſſime actum ¶ Dicis. pluries habetur in Exodo quomodo deus indurauit cor Pharaonis. Non ergo dedit ei auxiliū ſpeciale. nec tirijs et ſidonijs tot ſigna dedit ſicut illis de corozaim ⁊ bethſaida Luce decimo. vnde dicit Auguſti. in libro de dono perſeuerantie tirij et ſidonij non crediderunt: q: non erāt predeſtinati: ſed potius reprobati erāt. ergo tirij et ſidonij non habebāt auxiliū ſpeciale. ¶ Reſpōdetur Exodi. 4. dicit glo. interlinearis: indurabo cor pharaonis / indurari permittā primo volebat deus voluntate ſigni: licet nō efficaciter voluntate cōplacentie: ꝙ pharao relinq̄ret hebreorū populū egredi egiptū: et ad hoc miracula vera oſtendit per manus moyſi et aaron: et a principio dedit auxilium ſpeciale pharaoni vel antea in multis: et pharao male vſus eſt auxilio ſpeciali dei. quod patet. introduxit magos. et aruſpices egyptiorū: et omnia magica putabat: et manſit implicitus in denominatis. ergo ſe īdignificauit. ⁊ ꝓpterea dignꝰ erat ꝙ deꝰ ei auxiliū ſpāle ſubtraheret. ⁊ ꝑ ꝯñs nō poterat ī illo negocio ampliꝰ recte iudicare / nec bene moralr̃ agere. ſed aberrare poterat cū influentia dei generali. ⁊ ſic fuit induratus. etiā mirabiliter durꝰ erit iſte pharao / tot dei prodigijs ⁊ miraculis viſis nō ſe flectere. nō eſt improbabile q̇n etiā poſt q̃ peccauit in primo ſigno: adhuc in aliquibus alijs habuit ſpeciale dei auxilium vt libere poterat pplm̄ dei relinquere. Ad qḋ ꝓpoſitū alit̃ faceret deus corā eo vlteriora ſigna: ſi non dediſſet ei auxiliū ad hoc ꝙ poterat ſe cōuertere: cū poterat deꝰ gloriā ſūā exaltare paucis ſignis ſic̃ multis. ſed fecit ħ deꝰ ſucceſſiue vt videret viri obſtinatio ⁊ q̃ pertinax erat. ⁊ circa finē veroſimile ē abſtulit illi ſuā grāꝫ: ⁊ eū puniuit ī mari rubro cū ſuis. ¶ De tyrijs ⁊ ſidōijs dicitur / etiā habebāt auxiliū dei ſpeciale: ſed nō tot ſicut illi de Corozaim ⁊ Bethſaida. ſi tot habuiſſent crediſſent. cuilꝫ bene vtenti naturalibus auxiliū ſufficiens

virgine nulla fit exceptio. et in libro de natura ⁊
gratia: Et recitatur a magiſtro diſtinctione ter-
tia tertij libri. Si omnes ſancti et ſancte cū hic
viuerent interrogati fuiſſent: an peccatum habe
rent: omnes vna voce clamaſſent. Si dixerimus
quia peccatum non habemus ipſi nos ſeducimꝰ:
et veritas in nobis nō eſt. Et Gregorius duode-
cimo moraliū. Nullus ſine peccato fuit: niſi ille q̄
in hoc mundo venit ſine pctō. et pſalmo duode-
cimo Hieronymus. vnica eſt aīa chriſti: q2 ſola
ſine peccato. et Luce ſecundo. Ambroſius dicit
quod enim ex te naſcetur ſanctū: ſolus enim per
omnia eſt natus de femina ſanctus dñs Jeſus.
Et pſalmo tertio. Omnes filij hominum corru-
pti: et abhominabiles facti ſunt: nō eſt qui faciat
bonum vſq3 ad vnum. et Auguſtinus de fide ad
Petrum Firmiſſime tene: ⁊ nullatenus dubites:
omnem hominē qui per concubitum viri et mu-
lieris cōcipitur in originali peccato naſci: impie-
tati ſubditū: mortiq3 ſubiectū: ⁊ ob hoc naturali
ter naſci ire filiū. De qua dicit apoſtolus. eramꝰ
aliquando natura filij ire: ſicut et ceteri. De qua
nullus liberatur niſi per gratiā et fidem dei ⁊ ho
minis Jeſu chriſti. ¶ Sed he auctoritates non
mouēt. Sacre littere patiunē expoſitionē ⁊ mul
tum fidei patribꝰ i his expoſitionibꝰ exhibere: ⁊
merito: ſolemꝰ. ad ſcripta patrū ḡ reſpōdere ſuffi
ciet. Et iſtos patres in oppoſitū adducā. et ꝯſe
quens dicere oportebit eos ſibi ꝯdixiſſe. ⁊ ex ꝯſe
quenti nullā fidē eis eſſe dandā. vel oportet ite-
rum eos exponere. Dicit enim Auguſtinus in li-
bro de natura ⁊ gr̄a. ꝙ hac virgie excepta ſi oēs
ſcti ⁊ ſancte cōgregari poſſent: ⁊ q̄rerēt ab eis: an
peccatum haberent / quid poſſunt rñdere: niſi ꝙ
Joannes ait: Si dixeremꝰ ꝙ peccatum nō habe
mus nos ipſos ſeducimus: ⁊ veritas in nobis nō
eſt. ergo Auguſti. aſſerit virginem ois peccati ex
pertē. Et iteruꝫ cum de peccatis agitur de virgi
ne Maria nullā prorſus intēdo mentionē agere
ſcimus enim tm̄ gr̄e ad vincēdū ex omni pte pec
catum illi fuiſſe collatum: ꝙ illum meruit parere
quem conſtat nullum habuiſſe peccatū. Et q̄ p3
qō negat eā vnꝙ̄ fuiſſe i peccato. Et in ſecundo
ſermone de natiuitate eiuſdem ſuper illo verbo
angeli. Aue gratia plena: dicit. quid iuſtitie: quid

ſanctitatis hec virgo indigere potuit: que effica-
cis ad oīa gratie plenitudinē accepit: aut ꝙ̄vnꝙ̄
in eius aīa vel corpore locus potuit. inueniri pec
cati: que ad inſtar celi continentis omnia: ⁊ teplū
domini eſt effecta. hec eſt domꝰ: de qua ꝑ Salo-
monem dicitur. ſapientia edificauit ſibi domum
hanc ꝑfecto domū diuina ſapientia edificauit.
De qua carnem aſſumeret. cui nullus patriarcha
rum: nullus prophetarū eſt cōferendꝰ. Nec mirū
ſi hec virgo puritate / cunctorū celſitudinē tranſ
cendit mortalium: cum partu oim merita exce-
dat angelorū. Itē magis exprimit hoc btūs Hie
ronymus ſuper illud pſalmi ſeptuageſimi ſepti
mi. Deduxit eos i nube diei: ⁊ tota nocte i illumi
natione ignis. vbi dicit Hieronymus ꝙ per illā
nubem poſſumus intelligere ſanctam Mariam.
illa enim nullo humano pōdere ꝑgrauata ſemp
fuit in die: et nunꝙ̄ in nocte: ⁊ ſemper in luce: ⁊ nū
ꝙ̄ in tenebris Ex quo patet ꝙ tam de mente Hie
ronymi ꝙ̄ de mente Auguſtini fuit ꝙ virgo Ma
ria non ſolum ab actuali ⁊ veniali: ſed etiam ab
originali peccato fuit per gratiam preſeruata. Nā
Auguſtinꝰ dicit ꝙ nullus preter ipſam potuit di-
cere nullum habuiſſe peccatum: ⁊ ꝙ vicerit ex oī
parte peccatum: ⁊ ꝙ nunꝙ̄ in eius corpore vel a-
nima locus potuit inueniri peccati. Beatus vero
Hieronymus dicit ꝙ ipſa nunꝙ̄ fuit in nocte pec
cati: ſed ſemper in die gratie: ⁊ nunꝙ̄ i tenebris:
ſed i luce. ergo ab omni pctō fuit preſeruata. Ex
his p3 ꝙ iſti ſācti exponūt ſe in vno loco de hoc
quod dicunt in alio ¶ Sed dicis / ꝙ i iſtis aucto
ritatibus loquuntur de peccato actuali. Et ego
dico de quolibet peccato. cum nullum excipiat:
⁊ peccatum originale eſt pctm̄ ſimpliciter ſcđm
Anſelmum: ⁊ veritatem. ¶ Vlterius ex iſto pa-
tet ad minus oportet dicta iſtorum exponere ſe-
cundū rationē: ⁊ tūc erūt ꝓ cōcluſione noſtra. vl̄
dicere ꝙ exponunt ſe in iſtis locis vltimis in qui
bus ē ſpālis mētio de beata virgine: q2 ſpeciale
reſcriptum derogat generali: vt patet extra: de
reſcriptis. Et ſic iterum habebitur concluſio.
¶ Tertio dicitur ꝙ iſti patres nullo pacto cogi
tarūt an beata virgo eſt cōcepta in peccato origi
nali vel ne. Propterea loquebantur de his que
cōmūiter contigebant. ſi occurriſſet eis in mentē
nō vmbratice: ſed lucide ſuas ſententias: ſicut in
multis alijs materijs deprompſiſſent. ¶ Quar
to dicitur propter auctoritates ſcripture ⁊ alias
ꝙ ſecundum legem communem quilibet ꝓpaga
tus per commixtionē duorū ſeminū eſt conceptꝰ
in peccato originali: ſed nulla lex ē vel pauce ſūt
leges extra legem nature que nullam patianē in
ſtantiā: ſed beata virgo erat preſeruata ab illa le
ge: ⁊ hoc rationabiliter. ſi Joannes baptiſta et
Hieremias erāt ſanctificati in vtero: quāto for-
tius debeat mater chriſti eſſe ſanctificata i ꝑmo
inſtāti: ſicut videmꝰ i legibꝰ poſitiuis ꝙ cōditor
legis diſpēſat ꝓ rōnabili cauſa i aliquibꝰ pſōis
vt p3 de Heſter a pō Aſſuerū: ⁊ i alijs legibꝰ poſi
tiuis regū. ¶ Inſup: imperator nō ē obligatꝰ legi-
bꝰ: nec īperatrix: nō beata virgo ē īperatrix to-
tius mūdi. ḡ neſcis eam coarctare legibus cete-
rorū: ſi bene de ea iudices. ¶ Secundo arguit.
beatus Bernardꝰ ad canonicos Lugdunēſes:
(vt p3 i iſta epiſtola) cōcedit eā eſſe cōceptā i pec
cato originali: nec feſtū cōceptiōis eſt celebrādū
Idē tenēt multi ſancti patres. patet de doctore
ſeraphico: ⁊ de doctore ſancto. ḡ tenere oppoſi-
tū ē cōtradicere ſanctis: ⁊ dicere ꝙ ipſi i hoc pec
carūt. Multi alij ad hoc poſſunt itroduci. ¶ Cō
detur cōcedendo ꝙ hoc dicat beatꝰ Bernardus:
ſed Thomas tenuit hāc cōcluſionē diſtinc. 44.
primi ſententiarū q̄ſtione pria in ſolutiōe ad ter
tiū. Et doctor ſeraphicus duas poſitiōes ꝓbabi
les i hac materia recitat dās modū ſuſtinēdi hu
ius cōcluſionis ꝑ argumēta viroꝝ q̄ eū preceſſe-
runt: licet magis declinauerit i cōtradictoriū hu
ius cōcluſionis. Non reprobat modū celebrandi
de cōceptione multum ſobrie (ſuo more) in hac
parte loquutꝰ eſt. ¶ Pro oibus iſtis negent pe-
de fixo: ⁊ tot quot adduxeris: ⁊ ꝙ non volunta-
rie loquar patet. multe erant opiniones in diebꝰ
beati Auguſtini celebres q̄ nunc in nichilū con-
uerſe ſunt tanꝙ̄ inopinabiles: ⁊ tu colligis mihi
Joannē Andream ⁊ ei ſimiles in iure ⁊ alios cō
cionatores ⁊ hyſtoricos qui parū eratis i theolo
gia conſumpſerunt: ac ſi ex multitudine populi
ſtaret victoria belli: ⁊ non ex virtute eius / qui de
celo ē: cuius oppoſitū ſenſerat magnanimꝰ Ma
chabeus. Hec concluſio ex fōte puriori (vt ex ꝑ-
miſſis patuit) collecta eſt ꝙ̄ oppoſita. nō habe-
mus in ſchola modū negare doctores ſcholaſti-
cos oēs q̄ ſcripſerūt ꝑ arguit ſic: vt ita loquar:
qn̄ noſtre poſitiōi cōtradicūt. tm̄ auctoritatis ha
bent quantū eorū ratiōes valēt. hoc pat3 apud
eos q̄ ſcholā parrhiſieñ viſitarūt. ¶ Inſup. nul
lū iſtorū famatū dabis quin illū ab aliquo poſte
riorū (et merito crebro) tibi oñdā īpugnatuꝫ De
beato Bernardo ⁊ ſimilibꝰ: ⁊ de his magnis pa
tribus quorū aliq̄ erāt ſcholaſtici: dicāt ꝙ eoꝝ ſē
ctimonie nō obuiat errori intellectu. ¶ Nō con
cedo more multoꝝ ꝙ patres tenētes cōtradicto
riā peccarūt: eo ꝙ nimis leuiter aſſeruerūt aliq̄d
ad quod nō habuerūt motiua. Dico ei ꝙ motiua
habebāt ſufficiētia: ⁊ ꝓ illa tēpeſtate habebant
ignorātiā iuincibilē. nūc aūt q̄ teneret cōcluſio-
nē eoꝝ / male ageret ⁊ haberet errorē vicibilem
q̄ a toto nō excuſat: ſtat ꝙ quis volēdo aſſentire
falſo: vel falſo volēdo aſſentire tantū mereat ſi-
cut volēs aſſētire vero: vtraq3 ps habuit iuſtam
cauſam: nūc autē vna ſola habet iuſtā: alia aūt in
iuſtā: quod ſi neges ⁊ oppoſitū hic tenere tenta-
ris: vide ꝙ̄ honeſtū finē cōſequeris. Ex hoc pat3
aliquorum inſcitia beatum Bernardum aſſeren-
tium vni deuoto appariuſſe cum macula in fron
te. Propterea quia tenuerat ꝙ beata virgo erat
concepta in peccato originali. Falſitas illiꝰ cor
relarij pat3 ex dictis. ¶ Secundū patet. fictio ē
dicere ꝙ fratres ꝑdicatores hn̄t cucullaꝫ breuio
rem ſuper tunicam albā: ⁊ arcentur dicere Sal-

imo nō male agit cum nō ſit aliquid ꝑ rationem deſtitutꝰ

ne regina/in corpore eccleſie/in penā illius ꝙ te
nuerunt noſtram dn̄am in peccato originali fuiſ-
ſe conceptam:licet apud plebeos:potiſſimū no-
ſtrates:immo populares:eſt vnū figmētū. tem-
pore quo iſta fecerunt in tēplo:⁊ veſtes ſic diſpo
ſitas primo deferebant:non peccarūt. ¶ Tertio
patet. imprudenter agunt iidem religioſi ſi ori nō
imponūt ſilentium/⁊ digito compeſcant label-
la:tenere vlterius ꝙ dei genitrix in peccato ori-
ginali eſt concepta. in hoc non edificant: ſed per
nicaciā oñdunt:vt vincant. ſciſma excitant in po
pulo:⁊ populus (vt par eſt) repugnat. teſte Salu
ſtio. Fruſtra niti:⁊ nil niſi odiū querere extreme
demētie eſt. ¶ Quarto patet. inanem eſſe colle-
ctionē multorū doctorum apud cōcionatores ꝓ
parte cōtradictoria. Patet. colligūt doctores ꝑ
ſuperficiem littere/q̇ de hac materia nihil cogi-
tarunt:vel ſi ſonū verborum capiunt in vna par
te/non reſpiciunt ad partem oppoſitā. computāt
(vt aiūt) ſine hoſpite. ⁊ ſic māet auditoriū turba
tū:imo ꝯcionatores/qui ad hanc cōcluſionē quā
tenemus etiā ſuperuacanee colligūt doctores ꝓ
hac parte:q2 expreſſe oppoſitū tenuerūt/vel de
concluſione nichil cogitarunt. ¶ Tertio arguit̄
beata virgo mortua eſt. ⁊ ille eſt effectus pcti ori
ginalis. Inſuper. hac via ipſa equaretur xp̄o:q2
eſſet concepta ſine peccato originali:ſicut chriſtꝰ
¶ Ad primū cōcedo añs. eius morti apoſtoli in
terfuerunt. mors non eſt effectus peccati origina
lis:ſed conditio nature:nec ex aliqua culpa ſequi
tur. ¶ Ad ſecundum nego aſſumptum Chriſtus
eſt deus:ipſa autem creatura:quam ob humilita
tem benedicūt oēs generationes. Si ſit ſermo
de humanitate chriſti:Ille nō erat conceptꝰ ex
cōmixtione ſeminum. ſecus eſt de beata virgine
q̄ concepta eſt ex Joachim et Anna. in gratia et
multis gratuitis beatā virginē lōge ātcibat:ani-
ma eius erat beata in primo inſtanti quo erat in
rerū natura:oīa ſciens:infinitā gratiā intenſiue
habēs. Iſta nō cōpetebant beate virgini. Inſup
honorē beate virgini tribuimus propter filiū:nō
autē econuerſo. ¶ Quarto arguit̄. ordo Carthu
ſienſium (ſicut aduerſarii aſſerūt) feſtū concepti-
onis ꝑ orbem totum non celebrat niſi ſub nomīe
ſanctificatiōis dicēs in prima oratione. Suppli-
cationē ſeruoꝝ tuoꝝ deus miſ. exaudi:vt qui ī ſā
ctificatione. ¶ Ulterius. ſi ipa nō erat concepta
in pecccato originali/nō fuiſſet obligata pecca-
to:nec pene:nec habuiſſet reatum peccati:ſʒ qui
non habet reatum peccati non indiget redēptio
ne:quia redemptio eſt ſolum propter obligatio-
nem peccati vel pene:⁊ propter reatum peccati.
ergo beata virgo non indiguiſſet redemptiōe fa
cta ꝑ xp̄m. Et hec ē rō Alexādri halēſis. ¶ Ad
quartū nō credo illud eſſe verū:potiſſimū de Car
thuſienſibus citra alpes. Et ſi verū eſſet:rñſionē
hēo ī prōptu/certe nō eos excuſādo. ¶ Ad aliō
dicit̄. ꝙ paſſio chriſti profuit beate virgini ſicut
aliis:q2 rōne illiꝰ actus eius erant magis accep
ti ꝙ̄ fuiſſent ſine paſſiōe:ſed quo ad liberationeʒ

culpe/nullo pacto. ¶ Quinto arguit̄. beata vir-
go decepta eſt quod nō cōuenit ante pctm̄:vt ſu-
perius ꝓbatū eſt de primis parentibus. añs pa-
tet. Luce ſcd̄o. Ipſa exiſtimabat xp̄m eſſe in co-
mitatu Joſeph:⁊ tn̄ nō erat. ſed manſit diſputās
Hieroſolymis cum doctoribus quia cum modꝰ
erat cū Hieroſolymā adibāt viri incedebāt ſepa
ratim a mulieribꝰ eūtes ⁊ redeūtes:⁊ paruuli po
terāt incedere:cū hac parte vel illa. Beata virgo
egreſſa eſt hieroſolymā. ergo oportʒ dicere ꝙ ip
ſa putabat chriſtū eſſe ī comitatu Joſeph ⁊ poſt
iter diei putabāt eū egreſſum fuiſſe a Hieroſoly-
ma:⁊ tamen ita non erat a parte rei. ꝙ ita ſit: al-
legabo verba euangeliſte ad litteram. Et cum fa
ctus eſſet annorum duodecim aſcendentibus il-
lis Hieroſolymā ſcd̄m conſuetudinem diei feſti:
cōſūmatiſqʒ diebus cū redirēt/remāſit puer Je-
ſus in Hieruſalem ⁊ non cognouerunt parentes
eius. Exiſtimātes autem illū eſſe in comitatu ve
nerunt iter diei:⁊ requirebant eum inter cogna-
tos/⁊ notos. Et non inuenientes regreſſi ſunt in
Hierl̄m requirentes eum. Et factum eſt poſt tri-
duum inuenerunt illum in tēplo ſedentē ī medio
doctorū:⁊ audientem illos/⁊ interrogantē. Stu
pebant autē oēs qui eū audiebant ſuper pruden-
tia/⁊ reſponſis eius/⁊ videntes admirati ſūt. Et
dixit mater eius ad illum. Fili quid feciſti nobis
ſic? Ecce pater tuus ⁊ ego dolentes q̄rebamꝰ te.
¶ Ad hoc argumētū ī primis rn̄detur:ꝯña ē nul
la:licet ita ſit ꝙ primi parētes ante primū pctm̄
non errarunt:⁊ ſancti hoc pro inconuenienti ha
buerunt ante tempus nature deſtitute:modo be
ata virgo venit tempore nature deſtitute. Deus
preſeruauit eam ab omni culpa. quis poteſt erra
re tn̄ ſine culpa:ergo errare non concludit eā fuiſ
ſe conceptam in peccato originali. Sed tētemꝰ
an littera Luce:poteſt exponi veniendo ad pti-
culas que aliquid difficultatis habent:de illo ver
bo:⁊ non cognouerunt parentes eius. hoc pōt
verificari duobus modis. Unomodo ſic:quia Jo
ſeph nō cognouit. ergo parētes eius non cogno-
uerunt:ſicut demonſtrando cecum ⁊ videntē ve
re dicimus:iſti non vident. ſic in propoſito:ſed h̄
eſt nimis ſophiſticum. Aliomodo ſic. non cogno
uerunt parentes eius beatam virgineʒ. multa la
tent:ipſa neſcit oīa diſtincte:ſolum deus ⁊ ani-
ma chriſti omnia cognoſcunt diſtincte:ſʒ poſtea
ſequitur particula. Exiſtimātes autem illū eſſe ī
comitatu venerunt iter diei:⁊ requirebant eum
inter cognatos et notos. ergo Joſeph exiſtima-
bat chriſtum fuiſſe in comitatu diue virginis:et
de errore Joſeph nullam difficultatem facimus
Et rurſus:beata virgo putabat puerum Jeſuʒ eſ
ſe in comitatu Joſeph:quia quid eſt exiſtimare
niſi aſſenſum habere ſic ad herēdo? Si dicas:tn̄
valet ſicut dubito. Cōtra. Si btā v̄go dubitaſſet
an chriſtꝰ fuiſſet in ſocietate Joſeph:eū nō reliq̄ſ
ſet:nec egreſſa fuiſſet hieroſolymā. g̊ oportuit di
cere ꝙ ipa aſſētiebat ꝙ puer Jeſꝰ erat ī comitatu
putatiui pr̄is:ſcʒ Joſeph:ī ſocietate viroꝝ. Et ad

hoc tendit Gloſa marginalis que eſt ipſius vene
rabilis Bede. ergo erat perdifficile ſaluare quin
in illo caſu beata virgo habuit aſſenſum falſum:
niſi violentam gloſam euangeliſte dederimꝰ:ꝓ
pter verbum exiſtimabant. Sed ſi oporteat ī diſ
iunctiuam hanc incidere:ꝙ chriſtifera virgo ha
buit aſſenſum falſum de filio:vel ꝙ euangeliſte.
oportet nos elongare a ſcylla. ſcilicʒ maiori diſ-
crimine:⁊ appropinquare Caribdi. Maius diſ-
crimen eſt dare gloſam violentam beato Luce
ꝙ̄ admittere chriſtiferam virginem deceptioneʒ
aliquā incurriſſe:quia hoc nullo pacto arguit pec
catum originale in ea:nec vllo modo pctm̄. quia
hoc ipſa nō tenebatur ſcire:vt palam eſt. Inſup
quod diximus de primis parentibus ꝙ ante pec
catū nō poterāt errare:hoc diximus propter au
ctoritatē beati Auguſtini:ſed illa ꝓbatio ē bene
tenuis. cū ipſe ſufficienter ratione ſuum dictū nō
ꝓbet. nec auctoritate. ⁊ illud negando nulla ē ap
parentia in argumento. Et licet hoc argumentū
alia via eſt ſolutum. Forte ſecūda ſolutio poteſt
eſſe ꝙ non inconuenit p̄mos parentes ante om-
ne peccatū erraſſe:errore quidā quē nō tenebant̄
ſcire:et hoc dico niſi aliūde ſolidior ꝓbatio eue
niat. Forte etiam non actualiter cogitabat bea-
ta virgo de chriſto quando diſceſſit a Hieroſoly
ma:ſed in itinere exiſtimabat eum eſſe in comita
tu Joſeph:id eſt dubitabat:⁊ celeriter diſpoſuit
ſe ad obuiandū Joſeph:vt exitū rei videret:quo
cognito ſtatim rediit Hieroſolymā: etiā in litte-
ra ponitur pater tuus ⁊ ego. ⁊ palaʒ eſt ꝙ Joſeph
non erat pater eius:ſed ſolū putatiuus:ſed alia
verba euangeliſte exponūt hoc. de iſto tertio ꝓ
nunc nichil aſſero:alias fortaſſe loquēdū erit.
¶ Sed dicis. Romanꝰ pōtifex ꝓhibet mouere
litem cōtra predicatores. ergo nichil de hac ma
teria voluit dicere. añs patet in quadā extraua-
gāte Sixti. ¶ Rn̄detur hoc non concludit:q2 ip
ſe tenebat hanc cōcluſionem:ſed ad cauenduʒ a
lite ꝓhibebat aliis maledicere.

Quia magiſter in duobus vlti
mis capitibus huius diſtincti
onis determīat quō poſteri
tas fuerit in Adam ſecunduʒ
rationem ſeminalem:⁊ quo-
modo ex eo deſcendit lege ꝓ
pagationis. Gratia illius q̄ri
tur vtrum aliquid de alimen-
to trāſeat in compoſitionem hominis vel alteri
us animalis. ¶ In hac queſtione duo faciam:in
primis opinionem magiſtri recitabimus ſup ꝓ-
poſita q̄ſtione eam reprobantes. poſtea ponetur
modus Ariſtotelis quem credimus eſſe verum:
⁊ ad motiua magiſtri et ad quedam alia rn̄debi-
mus ¶ Poſitio magiſtri fuit hec. Omne quod in
humanis corporibus naturaliter eſt:non forma-
liter dicit̄ fuiſſe in primo homine:ſed materialit̄
atqʒ cauſaliter:⁊ deſcēdit a primo parente lege
ꝓpagationis:⁊ in ſe auctum ⁊ multiplicatum eſt
nulla exteriori ſubſtantia in id trāſeūte:et ipſuʒ

ī futuro reſurget. fomentum quidē habuit a cibis
ſed non cōuertuntur cibi in humanā ſubſtātiā/q̄
ſcʒ per ꝓpagationē deſcendit ab Adam. ¶ Poſt
ea modum totius ꝓpagationis explicat/inqui-
ens. tranſmiſit Adam modicū qd̄ de ſubſtantia
ſua in corpora filiorūʒ:qn̄ eos ꝓcreauit:id eſt. a-
liquid modicū de maſſa ſubſtantie eius diuiſum
ē ⁊ inde formatum corpus filii. ſuiqʒ multiplica
tione ſine re extrinſece auctū ē. Et de illo ita ar-
gumētato aliquid inde ſeparatur vnde formant̄
poſterorū corpora:et ita ꝓgreditur ꝓcreatiōis
ordo lege ꝓpagationis vſqʒ ad finē humani ge-
neris. Ecce ſententiā magiſtri in verbis ſuis ꝓ-
priis recitatā. ¶ Sed contra hanc poſitionē ſic
arguit̄. Impoſſibile ē ꝙ ex puo entitatiue fit ma
ius entitatiue ſine additiōe noue rei:ſʒ hō adultꝰ
ē maior entitatiue ꝙ̄ puulꝰ vniꝰ diei:igit̄. ſed ip-
ſe negabit minorem. Dicet enim non erat plꝰ in
hūane nature ī Og rege Baſā adulto ꝙ̄ erat ī eo
dū erat in vtero materno prīo ꝯceptꝰ. Alit̄ aſſu
mo:ergo impoſſibile eſt de paruo non poſito in
pluribus locis ꝙ ſit aliquid magis extenſum niſi
ꝑ rarefactionē. quicquid dicat Hugo ipſe etiam:
oppoſitū nō eſt michi intelligibile:⁊ credo:nul-
li alteri aſſueto in philoſophia naturali. Et hoc
tetigimꝰ in decimaoctaua diſtinctione huiꝰ. ma
giſter non vadit ad hoc ꝙ idem ponat̄ in pluribꝰ
locis circunſcriptiue. forte hoc cū multis aliis re
putabit īpoſſibile. Secūdo:⁊ ſi reputauerit poſſi
bile:hac via incedere nō valebat. ⁊ ſi illud ſit poſ
ſibile (ſi pro q2) tamen in propoſito non eſt verū
vt ꝑ ſequentia facile patebit
¶ Secundo:ex iſta poſitione ſequitur ꝙ Caym
erat multo minor Adam:immo in centuplo/vel
millecuplo eo minor:ꝯñs ē inconueniēs (loquor
de Caym adulto) ꝯñām tn̄ probo:pars illa ſemi
nis vel corporis Ade ſecūdū magiſtrū deciſa ab
Adam vix erat ſub millecupla ad Adam. ⁊ ſi po
nas mēſtruū mulieris compoſitionē fetus īgre-
di:adhuc nō erit ꝓportio ſub millecupla ad Adā
vel paulo maior/nō refert:īmo hac via Og rex
Baſan non fuiſſet ita magnus ſicut Adam. ꝯñs
eſt falſum. Deutero. tertio. Monſtratur lectꝰ eiꝰ
ferreꝰ/q̇ ē in Rabath filiorū Amō nouē cubitos
habens longitudinis:⁊ quatuor latitudinis:ad
menſurā cubiti virilis manꝰ. ¶ Tertio arguitur
ad idē. Ex iſto ſequitur vnū abſurdiſſimū ꝙ nō ē
de veritate humane nature ī quocunqʒ viuente
quantitas vniꝰ fabe/vel grāi papaueris:quo ni-
hil auditu abſurdius. ꝯñām nō obſtāte monſtra-
bo. vna parua portio (puta illa que erat quantita
tis vniꝰ pomi gr̄a exēpli) q̄ erat in Adā ingredi-
ebatur cōpoſitionē ipſius Seth:tūc veritas hu-
mane nature ī Seth ſcd̄m aduerſariū nūꝙ̄ erat
maior entitatiue ꝙ̄ vnū pomū. Et rurſꝰ milleſia
ps Seth ītrauit cōpoſitionē Enos. g̊ tota virtꝰ
humane nature in Enos vix erat tāte molis ſi-
cut vnū ceraſū. Et iterū milleſima ps ipſiꝰ Enos
intrauit cōpoſitionē ipſius Caynā:⁊ ſic tota ve-
ritas hūane nature ī caynā nō erat maior vno pſ

ſo:et ſic anteꝙ venias ad ꝓnepotes / abnepotes
⁊ trinepotes ipſius Caynā: dabis hominē (im=
mo ita erit de quolibet) cuiꝰ tota virilitas hūane
nature erit multo minor grano ſinapis: ⁊ adhuc
ꝯſiter procedendo erit multo minor quantitas:
ſed iſtud ꝯñs eſt auditu indignū ⁊ falſum: quia ſi=
cut dicit̄ primo phyſicorū: oē finitum per ablati
onem finiti tandem conſumitur: ⁊ hoc eſt verum
per partes eiuſdem quātitatis: vt in ꝓpoſito cō=
tingit. Cum ſecundo. dabile eſt minimū natura=
le: ⁊ minima caro / ſicut probat Ariſtoteles ꝯtra
Anaxagoram primo phyſicorum: ꝙ non quodli
bet fit ex quolibet: ⁊ de hoc ſeptima decia diſtin=
ctione p̄mi loquuti ſumus. ¶ Ulterius quarto ar
guit̄. in impertinentibus ad fidem oportet imita
ri illud quod eſt cōforme rōni: alias ſine lege lo=
quendū erit: ſed tenendo quod philoſophi / ⁊ me
dici tenent dicendo cū Ariſtotele primo de gene
ratione: ꝙ alimentū cōuertitur ī ſubſtantiā aliti:
omnia bene ſaluantur: ſic ſaluabitur ꝙ puber eſt
ephebo ſubſtantialiter ⁊ quātitatiue maior: ⁊ vir
pubere eſt maior. Ex eiſdē ſumꝰ ⁊ nutrimur. qua=
re alias datur bonū alimētū cū alito ſymboliſās
niſi vt cibus appoſitus cōuertat̄ ī ſubſtātiā aliti.
¶ Quinto non ob aliā cauſam ſecūdū Auicēnā
mēſtrua conſueta fluere deſinūt: q̄ tripartiuntur.
quarum vna ad māmillas tranſit in quibus ī la=
cteam ſubſtantiā decoquitur: vt infās natꝰ depa=
ſcatur. Secūda in epate matris ꝑfecte digeritur
vt fetus in vtero matris augeatur. nō ꝑ os cibuꝫ
capiens illic: ſed per venas q̄ in vmbilico ſunt q̇
bus ⁊ matri iunctus eſt. Tertia ſuperfluitas ſtat
donec hora veniat vt expellat̄. hoc pꝫ de ſuper=
fluitatibus aliquibus vrinalibꝰ q̄ īter pelliculas
circa ſecundinā recipiūtur: ⁊ in natiuitate ſimul
expelluntur. Et beatꝰ Auguſtinꝰ in libro de vera
religione. alimenta corpori nō apta ꝑ congruos
meatus eijciuntur: quorū aliud feculētiſſimū red
ditur terre ad alias formas aſſumendas: aliud ꝑ
totum corpus exhalat: aliud totius animalis la=
tētes neruos accipit: ⁊ inchoatur in prolē: ⁊ Glo
ſa interlinearis ſuꝑ illo paſſu Luce vndecio. Be
atus venter. dicit ex eodē fonte ⁊ lac nutriendis
et ſemen ꝓcreandis pueris emanat de ſemine er
go virginis potuit ꝯcipi / q̄ eius lacte potuit enu=
triri. Multe rationes poſſunt adduci que ſufficiē
ter hanc poſitionē infirmant. ¶ Propterea po
nitur concluſio contradictoria: ſcilꝫ ꝙ homo: et
cetera animalia augētur per nutrimentum aſſum
ptum. ¶ Contra hanc concluſionem arguit̄ duo
bus argumētis / que magiſter facit ī littera. vnū
eſt fundatum Matthei. 15. ſuper illo verbo chri=
ſti. Omne quod in os intrat ī ventrē vadit: ⁊ in ſe
ceſſum emittitur. ergo totus cibus aſſumptꝰ egre
ditur corpus aſſumentis: ⁊ per conſequēs nichil
eius conuertitur in ſubſtantiam aliti. ¶ Secun=
do arguit̄ ad idem de puero qui ſtatim poſt ortū
moritur ī illa ſtatura reſurgit quā habiturus erat
ſi viueret vſqꝫ ad etatem trigīta annorꝫ: nullo vi
cio corporis impeditus. vnde ergo illa ſubſtātia

que adeo parua fuit mortua in reſurrectione tāꝫ
magna erit niſi ſui in ſe multiplicatione. ſicut de
coſta Ade et panibꝰ euāgelicis contigit. Hec ar
gumenta non valent: ſolutioneꝫ primi videre po
terat in gloſa īterlineari / q̄ ſuper illo paſſu dicit
poſt digeſtiones: volens dicere in purum egeret
⁊ in ſeceſſus emittitur. Hoc ſufficiebat chriſto cō
tra phariſeos / ⁊ Scribas: qui diſcipulos argue=
bant de comeſtione manibus illotis. Oñdit qđ ī
trat in os non coinquinat hominem: ſed quod ꝓ
cedit ex ore hoc coinquinat hominem. poteſt di=
ci ꝙ ſeceſſus etiam non tm̄ vocatur via inferior
per quam currūt egeſtiones: ſed oēs meatꝰ ſubti
les per quos fit ciborum delatio. Nec oportet ca
pere illam auctoritateꝫ per ſola verba. multa os
ingrediuntur que ī ventrē nō vadūt: niſi dicas o=
portet limitare hoc totū pro ſubiecto. ens quod
in os intrat in ventrē vadēs. ¶ Uel ſic poteſt di=
ci / ꝙ eſt diſtributio pro generibus ſingulorum: ⁊
non pro ſingulis generum. Etiam illud quod ſuſ
cipitur in ſubſtantiam aliti: poſtea reſoluitur ⁊ in
ſeceſſum emittitur. ¶ Ad ſecundū argumentum
in quarto rñſum eſt: ꝙ deus ſupplet defectū illiꝰ
materie. Et idē erit de illo q̇ veſcitur carnibꝰ hu
manis. ¶ Secundo arguitur etiā theologice. ex
iſta cōcluſiōe ſequitur ꝙ ſecunda ꝑſona in diui=
nis aliud et aliud corpus aſſumebat: quod nō eſt
dicendū: vel aliquod corpus vel pars eius erat ī
humanitate chriſti nō aſſumpta a verbo: qđ eſt in
cōueniēs. ꝯñam tm̄ ꝓbo. corpus chriſti ſucceſſiue
augebatur. tunc creuit per appoſitionē nouaruꝫ
partiū: ſic ſcꝫ ꝙ forma piſcis vel alterius cibi aſ=
ſūpti a chriſto corrūpebatur: ⁊ poſtea informaba
tur anima intellectiua. ⁊ tūc illa pars aſſumeba
tur a verbo: quia ſecundū Damaſcenū tertio li=
bro: capite. 14. Siebat carnē affici / ⁊ agere que
eſſent ꝓpria. idē. 15. capite: patet. ⁊ in hoc nulla ē
difficultas. ¶ Rñdetur cōcedendo ſequelā: ſicut
in vnionem ypoſtaticā partes corporis aſſūpſit
in vtero diue virginis: ſic cum cibus conuerteba
tur in corpus eius / ſicut ſolet eſſe ī alijs homini
bus: illa pars aſſumebatur ſicut alie partes p̄ce=
dentes quod ſemel aſſumpſit quo ad partes eſſē
tiales totales nō dereliquit: id eſt: ſemper mate=
ria aſſumpta fuit verbo vnita: ſimiliter ⁊ anima:
licet anima corpus non informauit in triduo.
¶ Tertio arguitur: ſi cibus conuertatur in ſub=
ſtantiam aliti: duo corpora erunt in eodē loco cō
tra Ariſtotelē. 4. phyſicoruꝫ: cū cibus ⁊ ipſe ali
tus erant in eodeꝫ loco. Sed dices (et ſic dicēdū
eſt). ſūt quedā partes poroſe in homīe replete a=
ere vel alijs humoribus ꝑ quos ſuꝑfluitates ex=
pelluntur. vt patet poſt ſomnū ſi homo dormiat
calidus: ⁊ in illis poris ſuſcipitur cibꝰ cuiꝰ forma
ſubſtātialis corrūpit̄ a forma ſubſtātiali: a calo=
re naturali: ⁊ a tota v̄tute agētis: et ītroducit̄ no
ua forma. ¶ Contra hoc arguitur. tunc erit niſi
vnus porus in homine: qr illius quod augetur q̄
libꝫ pars augetur primo de generatiōe. cōſeq̄ns
eſt falſuꝫ. ¶ Rñdetur: negādo ꝙ ſit vnꝰ porꝰ ſꝫ

Q̄ō. v. Diſtin. xxx. Secundi ſentētiar. Fo. cxxxv.

inter ꝑtes poroſas eſt ꝑs nō poroſa / pars poro=
ſa auget̄ ꝑ intꝰ ſuſceptionē: nō poroſa ꝑ iuxtapo
ſitionē: ⁊ h̄ in corpore ſano et augmētato. ¶ Sꝫ
cōtra. non eſt maior rō ꝙ ſint pori in vna ꝑte q̄ ī
alia. ergo in qualibet erit porꝰ vel in nulla. ¶ Re
ſpōdet̄. minor eſt reſiſtentia in vna ꝑte q̄ in alia:
vt videre eſt in vola manus: ⁊ in dorſo eiuſdem.
aliqui habundant poris / ⁊ carnem delicatam ha
bent: que facile a calore reſoluitur: vt ingenioſi
ſicut dicit Ariſtoteles ſecūdo de anima. Molles
carne aptos mente dicimus. Aliqui ſunt quoruꝫ
caro non facile reſoluitur: vt rudes apti ad artes
mechanicas: ⁊ prioribus preſtantiores in bello.
Mꝫ pars nō poroſa non augeatur augmentatiōe
proprie dicta: hoc eſt per intus ſuſceptionem: pa
tet: qr alias eſt penetratio corporum: vel diuiſio
corporis: ⁊ ſic augmentatio eſſet doloroſa cuius
oppoſitum experimur. ¶ Sed cōtra Ex iſto ſe=
quitur ꝙ forma migraret de materia in mate=
riam: patet. Anima intellectiua nunc informat
materiam paruā / que poſthac reſoluetur. poſtea
informabit aliam / poſtq̄ illa defluxerit. Et ita
in forma aſini: ⁊ in alijs animantibus ¶ Reſpon
detur de anima intellectiua que creatur a deo:
hoc concedendo. nunc ipſa informat vnam ma=
teriam nunc aliam: nec eſt ſubiecta legibus alia=
rum formarū. Et ratio. ipſa non eſt educta de po
tentia materie more ceterarū: ſed de aliorū ani=
mantiū formis: hoc negat̄. Reſoluta vna portio
ne corporis aſini: corrumpit̄ partialis forma et
noua ꝓducitur / de potentia materie a forma aſi
ni: et eius virtute. talis forma ſubſtantialis non
plus migrat de vna materia in aliam q̄ accidēs
de vno ſubiecto īheſionis in aliud ſubiectum in=
heſionis migret. ¶ Sed contra iſtud arguitur.
Ex iſto ſeq̇t̄ ꝙ augmētatio ꝓprie dicta erit gñā=
tio: qr acq̇retur noua forma ſubſtātialis: ⁊ per cō
ſequēs erit motꝰ ad ſubſtantiā. Eodēmodo ꝓba
bitur ꝙ mutatio erit generatio. ¶ Reſpondetur
Ad primū ꝯcedo illatū. appoſitio aque ad vinū /
vel intēſio forme / vel q̄cunqꝫ alia aliena ab hac
acceptione / non eſt augmentatio proprie dicta.
¶ Ad aliud cōcedo ꝙ nutritio eſt augmentatio.
oīs augmentatio eſt generatio: et oīs nutritio ē
generatio. ⁊ licet non oīs nutritio ſit augmenta=
tio: om̄is augmētatio eſt nutritio: quia de ratio=
ne augmentatiōis ē ꝙ ſubiectuꝫ augeatur: quod
non eſt de ratione nutritionis. Propterea ſecun
dum Ariſtotelem primo de generatiōe: licet hō
non augeatur per totam vitā: nutritur ſecūdū eā
¶ Quarto arguitur. Aliqua aīalia primo ſunt ꝑ
ua: et poſtea magna ſine aſſūptiōe cibi. ergo ita
eſt in omnibus. añs patet. Salamandra viuit in
igne: ⁊ tamen non poteſt ali ex eo. idē pꝫ de alle=
ce quod dicunt viuere in aqua: et nunq̄ comede=
re. ¶ Quinto arguitur. Ex iſto ſequitur ꝙ caput
nūq̄ pōt augeri: ⁊ ſic pueri haberēt minutiſſima
capita: quod ē falſū. ſunt maxima ceterorū mem
brorū ꝓportionabiliter. Et idem patet de ſenibꝰ
quod ſic pꝫ. cibus ingreditur os ⁊ deſcendit ī ſto

machū: ſꝫ graue naturaliter nō aſcēdit. ergo nul=
la pars vadit ad caput. ¶ Ad quartum negat̄ aſ
ſumptū. ex aliquo nutriuntur. vt patet inductiue
Minores piſces maiores comedūt: vt pꝫ de his
q̇ in eorū vētribꝰ reperiūtur: aliqui vermibꝰ: ali
qui alijs limoſitatibus veſcūt̄: ſiue aliqua anima
lia ad modū pauca viuant ex puris elemētis ſiue
oīa ex mixtis paſcant̄: nō refert. ſufficit ꝙ nichil
proprie auget̄ niſi per intus ſuſceptionē ſiue ī po
ris. ¶ Ad aliud argumentum dicit̄ ꝙ cibꝰ attra=
hitur ad caput: ⁊ ad reliquas corꝑis ꝑtes a virtu
te naturali ip̄orū mēbrorū. ſicut naturaliter Ma
gnes ad ſe trahit ferrū. Ita dono dei quodlibet
mēbrū hꝫ v̄tutē ſibi attrahēdi cōueniēs in nutri=
mento: ⁊ oēs pori terminantur ad capita venarū
capillariū. Et ideo ꝑ eas ad ſingulas partes tam
carnis q̄ oſſis nutrimentū defertur. ¶ Pro cuiꝰ
vlteriori intelligentia notabis ꝙ nutrimentum
in animali recipitur in ore aut in aliquo ꝓportio
nabili illi: vt in arborum radicibꝰ: ⁊ in aīalibꝰ ꝑ=
fectis mittitur ad ſtomachū: ⁊ a ſtomacho dige=
ritur in vnā ſubſtantiā albā: ſcꝫ Chilon. Iſta aūt
trahit̄ per venas meſaraicas mediātes inter ſto
machū ⁊ epar. ad ipſum epar ⁊ illic digeritur in
maſſam rubeam que in confuſo continet quattu
or humores: ſcilicet choleram / ſanguinem / fleg=
ma / et melancoliam. ⁊ cōmuniter nominatur chi
mus. poſt hoc defertur ad alia mēbra. ¶ Sexto
arguitur. Ex iſto ſequitur ꝙ nūq̄ illud qđ auget̄
erit maius. hoc eſt manifeſte falſum. igitur. ꝙ ſeq̄
tur patet ſic. qr ſolū pori vacui replebūtur: ⁊ illis
repletis homo non erit maioris quantitatis.
¶ Preterea. illis poris repletis non erit vlterior
augmentatio: quod eſt incōueniens. ¶ Ad p̄mū
iſtorum dicitur negādo aſſumptum. Illi pori ex=
tenduntur / ⁊ dilatantur: licet inſenſibiliter ī bre=
ui tempore: ſucceſſu temporis erit ſenſibilis aug
mentatio. hoc patet ſi tecum fuerit preſens ado=
leſcentulus / eius crementum non percipis cum
crebro in die eum vides: licet ſecundo die fuerit
maior q̄ primo: ſed h̄ ē inſenſibile: ⁊ ſic de tertio
die in ordine ad ſecundum. Hic aūt ſemper cōpa
res breuem horam ad paruuꝫ tēpus. ¶ Ad ſecū
dum dicitur / ꝙ illis poris clauſis alij reſoluun=
tur. ¶ Ultimo arguitur. ſi fiat iſte refluxus et ge
neratio nouarum partium / non remanebit idem
compoſitum in fine vite quod erat ī p̄ncipio. ſed
hoc eſt incōueniens: qr partes intrinſece oēs va=
riabūtur. fluit tota materia aſini ad cuiꝰ fluxum
tota forma fluit: ⁊ ſic non remanebit idē aſinus:
et ita in alijs mixtis dicatur. ¶ Preterea. aug=
mētatio ꝓprie dicta eſt ſolū ſm ꝑtes formales:
et non ſm partes materiales: ſicut dicit Ariſto=
teles primo de generatione / textu commēti. 35.
¶ Reſpōdetur bipharia: aliq̇d pōt dici idē. Uno
modo qñ nullo mō mutatur: vt deꝰ angelꝰ ⁊ aīa
intellectiua. nō loquor de mutatione accidenta=
li: ſed intrinſeca. Alio modo aliquid dicitur ma=
nere idem moraliter / ⁊ vulgariter: qñ iudicatur
apud vulgus propter ſimilem ſitum et ordinem

partium:ſiue vna pars maneat eadē:vt ī hoīe: ſi
ue vtraqꝫ ꝑs varieẗ:vt ī aſino.hoc mō dicimꝰ eū
dē Sequanā ex vna ꝑte ⁊ eūdē Rhenū: ⁊ Scal-
dam eūdē icludere Galliā Belgicā:q̄ includebāt
in diebꝰ Jullij Ceſaris: ſꝫ tota aqua q̄ erat in di-
ebus eiꝰ oceanū Germanicū ⁊ Gallicuꝫ ingreſſa
eſt.⁊ ſic non incōuenit aliqđ totū ꝑpetuo manere
et partes eiꝰ eē corruptibiles:ſicut ariſtoteles di
ceret de elemento ignis.poſui in hoc mēbro ſcđꝫ
vulgus.hoc eſt:qn̄ eſt ꝑua variatio:vel illa q̄ apđ
vulgus iudicaẗ inſenſibilis:tunc ſemꝑ iudicabiẗ
idē.vt ſi ſtola vetꝰ reſartiaẗ in parte q̄ ſolū hꝫ q̄n
qꝫ pedes.prima medietate anni addaẗ vnum pe
dale.ſcđa medietate anni aliud pedale.⁊ ſic ꝑ du
os annos cū dimidio:non ꝑſentabitur epō bn̄di
cēda:ſed ſemper iudicabitur eadē: vbi ſi a princi
pio poſuiſſes quattuor pedes:ad epm volaſſent
ꝓ bn̄dicēda ſtola. Simile ꝯtingit de eadē ciuita-
te:vt puta parrhiſio:q̄ iudicaẗ eadē cū illa q̄ erat
in diebꝰ Clodouei primi regis frācorū: ſic̄ ariſto
teles dicit de alijs ciuitatibꝰ p̄mo Politicoꝝ.hoc
cōtingit de naue.ſi longo tꝑis interuallo ſinguli
aceres auferantur:⁊ noui loco eorū ponātur: iu-
dicabitur eadem nauis. ¶ Queſtio ſexta.

SExto circa hanc diſtinctionē q̄-
riẗ. Utrū generatio fiat de ſuper
fluo alimento ſiue de ſubſtantia
gn̄antis. ¶ Hic ē vna opinio ce
lebriū patrū:vt alexandri halē-
ſis q̄ſtiōe.83.ſcđe ꝑtis : ⁊ docto-
ris ſeraphici in hac diſtinctione:ꝙ danda eſt po-
ſitio media inter opinionē magiſtri:⁊ illā quā te
nuimus q̄ſtione precedēti.Dicūt ꝙ aliqđ de ſuꝑ-
fluo nutrimēti:nec tn̄ ſemē oīno eſt de ſuꝑfluo nu
trimenti:imo aliqđ eſt ibi de humido radicali:et
ex vtroqꝫ ſemē propagari.ſicut videmꝰ circa nu
tritiuā qđ eſt humiditas radicalis: ⁊ nutrimēta-
lis:vt pote illa q̄ fluit:ſic intelligendū eſt etiā cir
ca vim gn̄atiuā ꝙ in ipſa eſt aliqua humiditas ra
dicalis / ⁊ etiam aliq̄ fluēs / ⁊ refluēs:⁊ in gn̄atiōe
ꝓlis vna currit cū alia. Tranſmiſit igiẗ adaꝫ qn̄
gn̄auit primū filiū aliqđ de illa radicali humidi-
tate:⁊ illud modicū ꝑ virtutē nature toti corꝑi
filij ſui cōmixtū ꝯmixtione ꝑfecta:qꝛ nullā ꝑtem
erat ſignare in corꝑe filij ſui in qua nō eſſet aliqđ
de illo humido qđ a patre traduxit. Si igiẗ filiꝰ
ade in generando ꝓlē ſimiliter aliqđ decidebat
de ſuo humido radicali neceſſe erat ꝙ aliqđ trāſ
mitteret de eo quod ſumpſerat a patre:⁊ ſic dein
ceps.et pro tanto dicūtur oēs fuiſſe in adā: nō qꝛ
fuit ibi totaliter materia : ſꝫ qꝛ ibi erat aliquāta
materia:⁊ rō ſeminalis ſiue potētia ꝯuertēdi ad
ſe aliā naturā / ita vt ſufficeret ad oīm procreatio
nē:addito ſibi in quo poſſet ſe multiplicare.Et ē
exēplū. Si aliq̄s haberet fermentū qđ cōmiſce-
ret ꝯmixtiōe ꝑfecta toti paſte:nichil fieret de illa
totali paſta.Et ſimilr̄ ſi illa paſta cōmiſcereẗ ad
huc maiori paſte:⁊ ſic ꝓcedēdo quaſi innumerabi
les panes fermētati poſſent fieri ex modico fer-
mento ꝑ appoſitionē rei fermētalis:ſic ⁊ in pro-
poſito ex modico ſemie ꝑ appoſitionē humoris
ſuſceptibilr̄ rōnis ſemīalis:poſſent īnumerabiles
hoīes ꝓpagari. ¶ Un̄ ad maiorē illius noticiam
dicit doctor irrefragabilis ꝙ in corpore ade erat
quātitas molis cū rōne ſeminali.rōne quātitatis
illius molis poterat extendi ⁊ diffundi ſm̄ exten
ſionē corporis quaſi in proportionaliẗ maioris:
ſicut gutta vini effuſa in magno vaſe aq̄:materia
illius diffundit ſe ꝑ totū vas illud:īmo (vt ponūt
noti in ph̄ia) aliqđ ꝑue quātitatis poſſibile ē ad
diffuſionē quaſi infinitā rōne quātitatꝭ ſue mate-
rie:ſicut quātū rōne qua quātū eſt diuiſibile eſt in
infinitū.Rōne ergo quātitatis molis ſiue mate-
rialis corꝑis ad ꝑtes ipſiꝰ deciſe in gn̄atiōe:quā-
tacūqꝫ eis fuerit facta additio ꝑ ſuſceptionē ali-
menti:diffundebat ſm̄ extenſionē quātitatis ad
dite. ¶ Preterea.rō ſeminalis in illo v̓tutē ha-
buit actiuā qua poterat ſe multiplicare ī materia
ſuſceptibili:ſic̄ pōt v̓tus lucis ⁊ ignis ⁊ ꝯſimilia.
Qꝛ ḡ portio deciſa a corꝑe illo rōne quantitatis
materialis poterat ſe extēdere ſm̄ extēſionē cor
poris cuiuſcūqꝫ quātitatis addite:v̓tꝰ aūt multi-
plicare ſe ī materiali addito ſufficiebat ad oīa
corꝑa gn̄is humani ſeminā da. Iſtoꝝ patrum po
ſitionē v̓e nō capio.ſemꝑ ſuppono ꝙ tales cele-
bre p̄res in eorū vita admiſiſſent argumēta ꝯtra
ſe:⁊ de h̄ non eſt dubiū nūc:cū ſint ī ꝑfecta btitu
dine.eadē lege in vita ipſi potiti ſunt.Hec dixerī
ne poſteriores deliquiſſe putes. ¶ Doctorē ſcīn
et hos p̄res īpugnādo arguiẗ ſic.ꝓbādo ꝙ nihil
qđ erat in adā (quocūqꝫ noīe voceẗ) eſt in nobis
Et aꝛ̄ ſic primo:ſicut argumentatꝰ ſum ꝯ magi-
ſtrū.Minor erit humor ille radicalis in nepoti-
bus ade q̄ꝫ in ſeth:⁊ in caym:⁊ minor in abnepo
tibus ⁊ ꝓnepotibꝰ q̄ꝫ in nepotibꝰ:⁊ ſic ſine ſtatu
Sed oē finitū ꝑ ablationē finiti tandē cōſumiẗ.
ergo anteq̄ꝫ deuenit ad nos iā pridē nihil erat vl
teriꝰ illiꝰ ſemis. Sed diceret aliq̄s:diuidiẗ in va
rijs ꝓportiōe geometrica:ita ꝙ ſemē deciſuꝫ ab
adā ꝓ gn̄atione vnius filij erat a / quātitatis . et
ille filius tranſmiſit ſubduplam quantitatem pro
gn̄atione ſui filij:hoc eſt pro gn̄atiōe nepotꝭ ade
¶ Sed cōtra.tūc in gn̄atione duorū filiorum to-
tū illud fuiſſet deciſum.⁊ ſic nihil qđ erat in Adā
eſſet in tertio filio / cōtra opinantes. Item: q̄riẗ
quare dicis ꝙ ſemen diminuitur geometrice.Rn̄
debitur : qꝛ alias non pōt defendi poſitio pro q̄
ſunt magne apparētie:ſicut īferiꝰ patebit: ⁊ ſi nō
ſit diminutio geometrica:ſēꝑ portio ī poſteriore
erat minor q̄ꝫ in p̄cedente. ¶ Scđo arguiẗ ad ideꝫ
Impoſſibile ē ꝑuū miſceri cū magno.ꝓbatio.vl
ipi intelligūt ꝑ penetrationē:⁊ hoc ē impoſſibile
naturalr̄ / vt ꝑꝫ.4.Phiſicoꝝ:vel ꝑ iuxtapoſitio
nem:⁊ hoc non ſufficit:qꝛ tūc erit aliq̄ pars ī ge-
nito nō ꝯmixta illi ſemini qđ ipi negāt. Nō ē eun-
dū ad miraculū:qꝛ ipi dicunt ſe loq̄ naturaliter.
¶ Tertio aꝛ̄ ſic. Impoſſibile ē paruū corpꝰ ꝯmi
ſceri magno ēt admiſſa penetratiōe corporū ſine
rarefactione niſi ponaẗ in pluribus locis. ḡ illud
paruū deciſū ab adā nō pōt cōmiſceri cū toto cor

pore p̄ris tui. Qđ nō pōt cōmiſceri arguiẗ ſic:⁊ ca
pio eoꝝ exēplū ꝙ gutta vini cōmiſceẗ toti aq̄ in
dolio. Illa gutta vini ſecluſa aq̄ nō pt̄ replere to-
tū doliū:ſꝫ determinatū locū occupat . ḡ hec gut-
ta nō rarefacta nō maiorē locū occupat ī toto do
lio q̄ꝫ ante occupabat:immo citius condenſabiẗ
ab aqua frigida.ḡ non coextendeẗ toti aque: be-
ne verum eſt quando coclear plenum vino poni-
tur in cipho pleno aqua : videtur ſcđꝫ ſenſū: ⁊ ita
forte plebeus homo iudicaret ꝙ illud coclear
rubei vini coextēdiẗ toti cipho:ſꝫ ita nō eſt.repe
rit aliquas ꝑtes aque minus reſiſtētes:⁊ ſic illas
ſeparat:⁊ eſt cōmixtio ſicut cū ſiligine et tritico:
licꝫ vna ſit ſenſibilior:⁊ rubedo multū īmutat po
tētiam:⁊ alique partes vini manēt ſuperius:⁊ ſic
totum iudicamꝰ rubeū:qđ nō eſt verū.illa rube-
do non migrat de vino ī aquā nec noua rubedo
in ea adhuc gn̄atur.Et de iſta cōmixtiōe pꝫ.ſub-
tiliter vinū extrahitur ex aqua:vel ſic pōt īponi
cadendo ſuꝑ paneꝫ ꝙ fuerit ſolum iuxtapoſitio:
dato ꝙ vinū tangat īmediate aquā.leuius ſupna
tat grauiori:vt ſtudētes practicat īponētes oleū
cū aqua qn̄ parū olei eſt in lāpade:vt oleū ſupna
tet. Sed dicit quiſpiā.nō eſt penetratio ſeminis
deciſi ab adā cū toto forte:qꝛ talis penetratio ē
impoſſibilis naturaliẗ:ſed ē iuxtapoſitio ad hūc
ſenſum ꝙ eſt vna parua portio illiꝰ ſeminis ī qua
erat v̓tꝰ gn̄atiua diſponēs ad īntroductionē aīe:
ſicut de fermēto.parū de fermēto totū panē fer-
mentat. ¶ Cōtra.tūc nō eſt neceſſe illū in ſuo ſe-
mine in gn̄atione prolis decidere aliqđ qđ erat
in adā.⁊ ſic deſtruitur poſitio. Itē fermētū tante
ꝑuitatis erit ⁊ paſta azima tāte magnitudinis ꝙ
totū nō fermētabit:vt notū eſt.ergo ſic ī propoſi
to. Inſuꝑ q̄ritur quare illđ quod erat deciſum ab
adā nō pōt reſolui ⁊ fluere: ⁊ augeri more cetera
rum partiū.de illo qđ dicūt ꝙ q̄ꝫtum pōt diuidi ī
infinitum alibi rn̄ſum eſt. ¶ Poniẗ cōcluſio ꝙ ſe
men conſtituitur de ſuꝑfluo alimenti:⁊ ꝙ nihil ē
in prole qđ erat de ſubſtantia parentū in actu:qꝛ
tunc illud ſemē deciſum eſſet vnꝰ ꝑuus hō:qđ nō
eſt dicēdū.nec aliqđ qđ erat in adā eſt in nobis q̄
deſcendimꝰ ab eo. Hec cōcluſio patet.qꝛ oīa per
hūc modū ſaluanẗ / ⁊ experiētie / rōnes / ⁊ aucto-
ritates.dicit ariſtoteles. 15.de aīalibꝰ ꝙ ſperma
nō ē n̄ ſi ſuꝑfluitas cibi vltimi.Et paulopoſt ſper
ma eſt ſuperfluum vltimi cibi qui ſpargitur per
membra.Et Auicenna.15. de animalibus capi-
tulo vltimo dicit ſic. ꝙ eſt res certa : quia ſper-
ma eſt ſuperfluitas vltime digeſtiouis / et eſt ſu-
perfluitas bn̄ digeſta:et eſt poſita in creatura ꝓ-
pter iuramentum:⁊ albeſcit ꝓpter fortitudinem
digeſtionis.⁊ qn̄ fit cum nimio conamine exibit
ſanguinolentū:⁊ ita ſanguis menſtruus ē ſuper-
fluitas vltime digeſtionis:ſꝫ nō peruenit vſqꝫ ad
digeſtionē ſpermatis:qꝛ ſicut dictū ē q̄ſtione p̄ce
denti cibus in ſtomacho p̄ma digeſtione digeriẗ
in epate eſt digeſtio ſcđa:⁊ ibi generanẗ humores
Deinde humores deriuanẗ per mēbra:⁊ ibi dige
ritur cibꝰ tertia digeſtione:⁊ per nutritiuā ꝯuerti
tur pars in ſubſtātiā corporis ad ꝯſeruationē in
diuidui:⁊ alia reponiẗ ad cōſeruationē ſpeciei:ſic
ꝙ nutritiua p̄parat ⁊ diſponit materiā gn̄atiue: ⁊
p̄mo capit neceſſariū.ſicut dici ſolet / charitas īci
pit ab habente:nō loquor de digeſtione q̄ fit ī o-
re cibū bn̄ maſticādo q̄ multū ad vnā digeſtioneꝫ
ꝯducit.⁊ pꝫ modꝰ dicēdi per ſigna.vnū ē ꝙ mlr̄ta
⁊ ſuperflua comeſtio augmentat materiā ſperma
tis:⁊ excitat gn̄atiuam. Non alias rigida parci-
monia vite vſi ſunt ſancti : quorum aliqui vix a-
quam ad ſacietatem ceperunt:alij quadam alia
frugalitate vſi ſunt. Ad quod propoſitum alias
ab exceſſiuis cibis ⁊ potibꝰ homines abſtinerēt
ſaltem illa eſt vna potiſſima cā.⁊ ꝓpterea ordina
tum eſt ī religionibus bene īſtitutis ꝙ nec religio
ſi exceſſiue dormirent:nec cum multitudine veſti
uꝫ:nec nimis molliter / digreſſiuncula relicta. A-
liud ſignū ē ad ꝓpoſitū:qꝛ ceteris paribꝰ minui-
tur ſperma in illis qui fortē habēt tertiam dige-
ſtionem:⁊ multo indigent cibo. Propterea dicit
Auicenna decimoquinto de animalibus:capite
penultimo.ꝙ non inuenitur ſperma ī pueris: qm̄
eorum digeſtio tertia ē fortis:⁊ eorum neceſſitas
ad cibum ⁊ multa:⁊ nō erit in eis ſuperfluitas ſe-
minalis. Ad hoc adducitur tertium ſignum Ari-
ſtotelis quintodecimo de animalibus. homines
multe carnis ⁊ multe pinguedinis nō ſꝑmatiſant
niſi modicum.Et rō eſt:qꝛ parum remanet de ſu
perfluitate : qꝛ nutritiua multū cōuertit de illa in
ſubſtantiā nutriti. ¶ Sed cōtra hanc concluſio-
nē arguitur ſic. Generatio ē ex ſubſtantia generā
tis produci qđ generaẗ ſecūda ſubſtātia:ſcđꝫ Da-
maſcenū libro p̄mo capite.8. ¶ Preterea ſm̄ Au
guſtinum.10.ſuper geneſim. Leui ⁊ Chriſtus ſm̄
carnē fuerunt in lūbis abrahe ſed Leui ſcđm cō-
cupiſcentiā carnalem / chriſtus autē ſcđm ſubſtan
tiam corporalem. Hoc autem nō eſſet verū niſi fi
lij eſſent de ſubſtantia parentum. ¶ Rn̄detur ꝙ fi
lij eo dicuntur generari de ſubſtantia parentum
qꝛ generantur de aliquo quod erat in potentia ꝓ
pinqua:immo in propinquiſſima diſpoſitione ad
hoc ꝙ conuerteretur in corpus patris : ⁊ decidiẗ
cum quadam virtute ab anima patris deriuata:
hinc eſt ꝙ illi actui nimis indulgentes attenuan
tur / ⁊ debilitantur:⁊ periodum ſue vite abbreuiāt
vt videre eſt in paſſeribus / ⁊ in aīalibꝰ multū co-
euntibus que ſunt breuiſſime vite. oppoſito mo-
do de mula. Filius non dicitur de ſubſtantia pa-
tris:eo ꝙ aliqua ſubſtantia que erat pars patris
compoſitionem filij ingrediatur:⁊ iſto modo di-
citur fuiſſe Leui ī lūbis Abrahe ſcđm corpulentā
ſubſtantiam:⁊ rationē ſeminalē. Non aūt chriſtꝰ
vt ſupra dictum eſt. ¶ Secundo arguiẗ. Ex iſto
ſequitur ꝙ magis filij agricolaꝝ ⁊ viticolaꝝ atti
nerent porcis ⁊ bobus:⁊ diuitum caponibus / et
perdicibus / q̄ꝫ eorum parentibus:ſed hoc eſt in-
conueniēs : ergo. Probatur tamen conſequentia
qꝛ ex ſubſtantia talium brutorū / ſaltē ex corpore
quod fuit eoꝝ vel eorum cadaueribꝰ componun
tur. ¶ Preterea. Adam anq̄ꝫ comediſſet poterat

tranſfundere ſemen ad generandum: ſed quarto
Methaphyſice: tunc vnumquodqꝫ perfectū ē cū
poteſt perficere tale alterum quale ipſum eſt: ſed
ſi gn̄atio eſſet de ſuperfluo alimenti: ꝛ nō de ſub=
ſtātia gn̄antis. Adā ante comeſtionem ſemē trāſ
fundere non potuiſſet. ¶ Ad ſcōm negatur con=
ſequētia. ꝛ ratio. apud loquentes nō habetur re=
ſpectus ad attinentiam corporis: qꝛ ſic ſi q̄s par=
uulus nutriretur ex duobus vel tribus bobus di
ceretur filius illorum boum: quod dicet nemo.
Etiam probatum eſt in queſtione precedenti ꝙ
alimentū conuertitur in ſubſtantiam aliti: ꝛ hoc
ab iſtis doctoribꝰ nō negatur. Et maior portio ē
ex alimento: tamen propterea nō dicimur filij a=
limentorum: ſed conceditur ꝙ omnes fiunt ma=
gis intrinſece ex alimento q̄ꝫ ex parentibus. etiā
ꝙuis illud ſuperfluum ſit ex carnibus dictis fiūt
multe trāſmutationes ſubſtantiales: ſaltem aliq̄
fiunt due ante ſuperfluum tertie digeſtionis: ꝛ in
tantū trāſmutatum eſt: ꝛ corpori paterno aſſimi=
latum per virtutem nutritiue: ita ꝙ ſit in ꝓpinq̄ſ
ſima diſpoſitione ad hoc vt conuertatur ī ſubſtā=
tiam patris: ꝛ cum hoc tranſmititur cum illo ſu=
perfluo quo ad indiuiduum: nec ideo quo ad ſpe
ciem virtus ab anima patris deriuata / ꝛ ab illa
expellitur: qꝛ ſicut dicit Auicenna. fen prima. do
ctrina quinta primi: declarans q̄d ē mēbrum / et
ſue partes / dicit. In vno quoqꝫ vero membro ē
virtus naturalis que enim rei nutrimenti com=
pletur et ſequitur ad propoſitum: ꝛ hoc quidem ē
nutrimentū attrahere: ꝛ retinere / ꝛ aſſimilare / ꝛ
vnire / ꝛ ſupfluitatē expellere. ¶ Ad aliō ſicut di
cit Ariſtoteles de ſomno ꝛ vigilia: humores ſunt
corporis nutrimētū. Vn̄ cibꝰ ſi nutrire debeat cō
uertitur ī humores / q̄ poſtea deriuanť ad mēbra
ſicut ordinate ꝛ ꝓlixe tradit Auicēna / fen. p̄ma.
doctrina. 4. in duobus capitibus primi. Cū adā
fuerit factus ꝑfectus fuerunt in eo producti hūo=
res qui eū poſſent nutrire de q̄bus poterat rema
nere aliqua ſupfluitas q̄ poterat eſſe gn̄atiōis p̄n
cipiū ad aliquod tp̄s vſqꝫquo ſcōm dictamē rō=
nis comedere debuit. ¶ Tertio arguiť. ex parē=
tibus leproſis generantur filij leproſi. qō nō vide
tur neceſſariū ſi filij nō gn̄arētur de ſubſtātia pa=
rentū ſuoꝝ. Preterea ex iſto perit linea cōſangui
nitatis. ¶ Ad tertiū diciť ꝙ illud ſupfluū tertie
digeſtiōis ꝓpter ſui magnā ꝓpinquitatē ad h̄ vt
cōuertať in ſubſtantiā corporis iā effectū: ꝛ pro=
pterea ſpūs in q̄ eſt vis īformatiua (ſaltē ꝑtialis
quo ad corpus) deriuata ab aīa patris: iā effectꝰ
eſt. ¶ Ad ſcōm dr̄ ꝙ duo fratres nō dicūtur ꝯſan
guinei: qꝛ idē ſanguis eſt in eis: nec ꝙ idē ſemen
ade ſit in vtroqꝫ: vel vna portio ī vno: ꝛ alia por
tio in alio. ſed dicunť conſanguinei aliqui: qꝛ de=
ſcēderūt ex vno ſtipite cōi in ꝓpinq̄tate ſufficien
ti ad denominationē cōſanguinitatis: vel vnus
deſcendit ab altero in ſimili ꝓpinq̄tate. ¶ Quar
to arguiť. filiꝰ interdū aſſimilať auo ꝛ proauo: ğ
ſemen proaui eſt in ꝓnepote: qꝛ nō ob aliō eſt aſſi
milatio inter patrē ꝛ filiū q̄ꝫ rōne ſeminis. Pater
zelotipus de vxore eiꝰ diligenter cōſiderat an fi
lius eius ſit ei ſimilis vel putatiuus filius. et qua
rōne ſemen proaui ingrediť cōpoſitionē ꝓnepo
tis: eadē rōne ſemen ade ingrediť cōpoſitionem
fetus. ¶ Itē Iſa. 11. Egredieť v̄ga de radice ieſ=
ſe: ğ in xp̄o fuit aliq̄d de radice ieſſe. ꝛ Romano=
rū p̄mo / factus eſt ex ſemine dauid ſcōm carnē.
ergo ī xp̄o fuit aliq̄d de carne dauid. ꝛ ad Hebre
os: ſemen abrahe apprehēdit. ¶ Rn̄deť. ſtat int=
dum ꝙ filius aſſimiletur auo. pr̄ eius ſuo p̄ri aſſi=
milabať: ꝛ qn̄ eſſet aliq̄ portio ſemis aui in filio:
nō ſic oꝫ eſſe de ſemīe ade vel remote ꝓpter rō=
nes quas interarguendū cōtra illam poſitioneꝫ
adduximꝰ: ꝛ alias q̄ facile fieri p̄nt. Inſuper. fi=
lius verus nōnūq̄ꝫ nullo pacto p̄ri aſſimilať. vt ī
18. diſtin. huiꝰ diximus. ¶ Alteriꝰ mr̄ dat p̄ri pu
tatiuo intelligere de non ente ꝙ ſit ens: oſtēdēs
vnū mēbrum qō a caſu eſt ſimile tali mēbro p̄ris
putatiui. oſtendit ei incōpoſitū pedē filij vel ma=
nus quē cōparat tali mēbro p̄ris: vel ſi pr̄ ſit ma=
ter: ꝛ male coloratus ob nimios labores ꝛ curas
et filius ſit ita coloratꝰ ob nimiū ſomnū: in con=
ſpectu p̄ris cauta mulier dicit ſe non diligere fili
um: ſed diligatur a p̄re cui eſt ſimilis. hoc dixiſſe
non peniteat: vt arceanť partes a ſacra fame au
ri ꝛ iniuſte ad ditādos liberos. Ad auctoritates
ſufficiens eſt data reſponſio ex dictis.

In diſtinctiōe. xxxj. magiſter
oſtendit quō caro eſt infecta
ꝑ peccatū origiale. Circa qō
q̄ro talē q̄ſtionē: vtrū poten=
tia gn̄atiua inť alias potenti
as ſit magis infecta. ¶ Rn̄=
detur: infectio cōiter attribui
tur his q̄ alios ſiī morbo vľ
contagione inficiūt. Vnde lepra / peſtis / ſcabies:
dicūtur morbi contagioſi ꝛ infectiui. Originalis
noxa eſt tā culpa q̄ꝫ infectio. ¶ Hoc p̄miſſo rn̄de
tur ꝑ duas cōcluſiones: quarum prima eſt. noxa
originalis ſub rōne culpe magis inficit volūtatē
q̄ꝫ quācūqꝫ aliā potētiā. ¶ Scōa cōcluſio. pctm̄
originale cōſideratū ſub rōne qua deriuať in ali
os quos inficit ſic potētia generatiua ē maxime
infecta. ¶ Prior concluſio ꝓbať. omne pctm̄ eſt
in voluntate inheſiue omiſſiue vel imperatiue. ğ
pctm̄ originale in ratione culpe maxime inficit
voluntatē. ¶ Scōa cōcluſio ꝓbať. Geñ. 3. amiſ=
ſa iuſticia originali ꝑ demeritū pctī originalis ꝓ
tinus prothoparentes erubuerūt. de mēbris ci=
tius q̄ꝫ quecūqꝫ alia potētia. ꝛ ita faciūt oēs alij.
¶ Inſup. illa potētia eſt magis infecta ꝑ quā ca
ro magis repugnat ſpūi. ſed ſic eſt de potētia ge=
neratiua. ſenſitiua obedit rationi. ꝛ eſt ꝑſuaſibi=
lis: primo Ethicoꝝ. cui voluntas principať prin
cipatu politico: primo politicorū. gn̄atiua vero
ſic erat in poteſtate voluntatis ꝙ nūq̄ꝫ fuiſſet mo
ta niſi ſcōm imperiū volūtatis cū ſua: ꝛ ſoluꝫ ad
gn̄ationē. ab hac lege poſt pctm̄ ade lōgus eſt di
ſceſſus. ¶ Preterea. plus rōnē tollit in ſuo actu
q̄ꝫ quecūqꝫ alia potentia: ſeptio Ethicorū. verꝰ

furatur intellectū ſpiſſi ſapientis. et. 14. de ciuita
te dei dicit Auguſtinus de voluptate que eſt in
actu generatiuo / ꝙ in ipſo momēto tēporis quo
ad eius ꝑuenitur extremū: pene oīs acies et qua
ſi vigilia cogitationis obruiť. nūq̄ꝫ nutritiua fuit
in poteſtate volūtatis vt famem ꝓhibere poſſet
niſi cibū applicando famem p̄ueniendo. ¶ Du=
bitať an iſta infectio ex libidine ꝑueniat vel ex
propagatione. diciť ꝙ ꝑuenit ratione qua aliq̄s
eſt filius naturalis ade genitus per propagatio=
nem: ꝛ non eſt ꝯſeruatus ab hac infectione / ſicut
erat diua virgo. vbi magiſter ꝛ Auguſti. ī de fide
ad petrū allegat: ꝙ hanc infectionē non facit ꝓ=
pagatio ſed libido. hoc ſic intelligať nō eſt de ra
tione ꝓpagationis in cōi ꝙ hec infectio et corru
ptio in hoīe fiat. ſi adam non peccaſſet fuiſſet ꝓ=
pagatio et non hec infectio. per libidinē / ineffre
natū impetū intelligit q̄ eſt in ſtatu nature lapſe.
propter actus turpitudinē pauci admodū copu=
le carnali vacarēt ſi non ineſſet libido. q̄rit phi=
loſophus. 4. particula ꝓbleumatum: ꝓbleuma
te. 15. cauſam illius voluptatis. dicit: quoniā aut
ex toto corpore ſemen ꝓfluit vt aliqui volūt: aut
quia ꝙuis non toto ex corpore: tamē per eā par
tem ſe ꝓmit in quā meatus oīs / veneqꝫ oēs ap=
¶ Scđa concluſio probatur. quicũq; facit vel omittit illud quod credit eſſe peccatũ peccat. cõtrauenięns ꝯſcientie ſue libere eſt huiſmodi. igit. ¶ Secundo arguitur ad idẽ. qui cõtempnit preceptorẽ ſuum illuminantẽ in fide et moribus peccat. ſed ſic eſt de illo qui ſue conſcientie contrauenit. igitur. non poteſt quilibet habere preceptorẽ extrinſecũ ſemꝑ preſentẽ. propterea datur ei ratio ad recte dirigendum eum de actibus ſuis. quam ſi relinquat quando ratio obligatorie dictat contempnit preceptorem datum. ¶ Tertio arguitur. quicumq; credit occidere hominem auctoritate ꝓpa. percutiẽs ſtatuam in tenebris quã putat eſſe hominẽ: peccat mortaliter ⁊ tantũ ac ſi realiter hominẽ occideret. ſed contrauenięs conſcientie ſue eſt huiuſmodi. igitur. ¶ Quarto arguitur per illud quod ſcribitur ad Romanos. 14. omne qđ non eſt ex fide peccatũ eſt. vbi gloſa ex fide contra conſcientiã: et per. c. litteras de reſti. ſpo. et. 21. q. 1. omnes. ¶ Tertia concluſio. non oĩs conformãs ſe ꝯſcientie erronee male agit ſe cõformando illi. patet: ſi conſcientia erronea dictet ſorti ꝙ teneatur ĩtrare carthuſiam. et ipſe introeat: ſtat ꝙ erit ei vtile. tunc talis conformãdo ſe cõſcientie erronee ſue non peccat. et ita in talibus. ⁊ in indifferẽtibus patet. iſte nõ cõtrauenit alicui ꝓcepto. ergo intrãdo carthuſiam nõ male agit. ¶ Inſuꝑ: talis actus volẽdi intrare carthuſiam regulatur ab errore non imputabili huic ſed error non imputabilis vel ignorantia inuincibilis ſufficit regulare actum moraliter bonũ. igitur talis actus volẽdi intrare nõ eſt malus. ¶ Ex his ſequit: ſi quis iudicat ſi non ſurgat ad magnificat peccat. ⁊ non ſurgit cũ poteſt: peccat. patet contrauenit conſcientie ſue. ¶ Scđo ſequitur: ſi quis iudicet ꝙ mortaliter peccat tranſiens ſuper duo ſtramina plicata per modũ crucis. ⁊ ſi ſuꝑ illã crucẽ trãſiuerit: mortaliter peccat ¶ Tertio ſequitur: non quilibet contrauenięns conſcientie deliberato aĩo mortaliter peccat. patet: ſtat ꝙ ſit ꝯſcientia de veniali. ſortes ſcit ꝙ mẽtiri iocoſe eſt veniale peccatũ. nõ obſtante mentiri. ¶ Quarto ſequitur: cõtrauenięns conſcientie dictanti de magno peccato plus peccat ꝙ̃ cõtrauenięns cõſcientie dictanti de paruo. hoc correlariũ ſequitur ex probationibus ſecunde cõcluſionis ſi applicentur ad hanc. ¶ Quinto ſeq̇tur. Interdum ledit conſcientia nimis ſtricta. patet facit de non peccato peccatum. hoc eſt facit illud quod de ſe eſt licitũ eſſe peccatũ propter difformitatẽ ad cõſcientiam. nec ex illo ſequitur ꝙ habere nimis latam cõſcientiã eſt bonũ. ymmo vtrũq; eſt malũ. ⁊ mediũ bonum. poteſt eſſe exceſſus tantus in vno extremorũ. et paruus exceſſus in alio: ꝙ vnum notabiliter cognoſcit plus obeſſe ꝙ̃ reliquum. ſed vbi eſt equalis exceſſus a recto iudicio intellectus in conſcientia lata vel anguſta: ceteris paribus conſcientia ſtricta eſt melior. patet. citiꝰ talis reuocat ad bonũ cui alludit illđ gregorianũ. bonarũ mentium eſt culpã agnoſcere vbi culpa non eſt. hoc eſt trepidare et inquirere ſi eſt c lpa. ⁊ abſtinere quouſq; doceat q̇d ſit in rei veritate. viris ſtricte conſcientie conſulendum eſt: ꝙ viuant cũ prudẽtibus et timorate conſcientie. quibus ſcrupulos cõſcientie ſue detegãt vt alij eorũ conſcientias ratificent. ¶ Cõtra illa arguitur. ex cõcluſionibus et dictis ſeq̇tur: ꝙ homo obligaretur ad impoſſibile. patet obligatur ſeruare legẽ dei. et cum hoc obligatur facere qđ dictat conſcientia: quã pono de oppoſito. ſ; hoc eſt incompoſſibile cum obſeruatione ꝓcepti dei. igitur. ¶ Secundo: homo obligatur non furari ex precepto diuino. ſed pono ꝙ conſcientia erronea dictat ſorti ꝙ eſt capiendũ alienũ ab auaro diuiti: vt detur bono pauperi. ſi homo furet peccat. ſi vero non furetur contrauenięt conſcientie ſue: ⁊ iterũ peccabit. et ſic homo erit realiter in lege dei perplexus. et ſic ad impoſſibile obligabit ¶ Ad primũ reſpondet. negãdo ſequelã. ⁊ ad ꝓbationem ꝯcedo ꝙ homo tenetur ſeruare legem dei. ſed nego ꝙ conſcientia de oppoſito obliget. nulla conſcientia erronea proprie loquẽdo obligat. ſed ligat hominẽ ad eius depoſitionẽ. vel ad conformandũ ſe illi. quãdo conſcientia erronea eſt oppoſita precepto: tunc homo obligatur conſcientiã deponere. et non cõtrauenire precepto. ¶ Ad ſecundũ admitto illa in argumẽto aſſumpta ⁊ ſi hõ furet peccat. et iterũ ſi ſue ꝯſciẽtie ꝯtrauenịat peccat. ſ; nõ ſeq̇tur ꝙ talis realiter in lege dei erit perplexus. patet ei via euadẽdi peccati: deponẽdo cõſcientiam. in nulla lege homo eſt realiter ꝑplexus: quin patet ei via euadendi peccati. licet exiſtimat ſecundũ ſuam ſtultã opinionẽ quicq̇d egerit peccabit. ſtat ꝙ homo cõtrauenịat vni legi: ex ignorãtia inuincibili. ⁊ tunc nõ peccat. ſi ex ignorãtia vincibili tunc non excuſat a toto. ¶ Tertio arguit: ponendo ꝙ aliquis habeat conſcientiã erroneam inuincibiliter contra vnum preceptum in hoc inſtanti. ꝙ non teneatur facere a. opus precepti. mox ſciat per informationẽ internã vel externã immediate poſt hoc. a. eſſe opus precepti. talis non ſubito conſcientiã erroneã deponere. iudiciũ eſt certe intentionis licet in inſtanti fuit productũ: non poteſt ſubito extingui. nitatur conſcientiam deponere ꝙ̃tum poteſt et interea faciat. a. ille talis non peccat. et tamen cõtrauenit conſcientie ſue. ergo ſecunda cõcluſio eſt falſa. ¶ Rñdetur: ſtante illo iudicio illud non eſt preceptũ: nõ poteſt habere iudicium quod eſt preceptũ. ⁊ facit tantum quantum poteſt ad cõſcientie depoſitionẽ: non imputabit ei pro tunc de precepto. ¶ Quarto arguit: ponatur ſortẽ habere ſcrupulũ ꝙ nõ dixit quattuor vel quinq; pſalmos matutinarũ. puta a te deũ laudamus incluſiue ad laudate dñm de celis. ⁊ interdicendũ horas: ex diſtractione inueniat ſe in fine pſalmi vltimi. ⁊ habeat ſcrupulũ de pſalmis non dictis. adhuc cum his ſcrupulis ſtat hominẽ non peccare. non vlterius dicentẽ illos pſalmos. ergo homo cõtrauenięns ſue conſcientie non peccat. ¶ Reſpondet non eſt idẽ ſcrupulus conſcientie / ⁊ conſcientia. nam conſcientia eſt iudiciũ quo intellectus iudicat habere ſcrupulũ conſcientie nullũ iudicium ponit: ſed motiua aliqua cõtra cõſcientiam. modo illa ſtant ſimul in intellectu: ꝙ homo habeat iudiciũ ꝙ dixit hos pſalmos. ⁊ habeat noticiã in oppm̃. illa motiua ſũt inſufficientia ad illius iudicij depoſitionẽ. habet ſortes motiuum grãdius pro ſua conſcientia. ſcit quãdo dixit cum ſocio inaduertenter. ſcit dicere pſalmos laudũ memoriter ex habitu ſine aduertẽtia. nec tenetur ſemper aduertere dicẽdo horas inuenit ſe nunc in vltimo pſalmo. ergo eſt ei veriſimile ꝙ reliquos iam dixit. pro leuibus motiuis. in oppoſitum non tenetur pſalmos hos iterare vel dicere: dato ꝙ non dixit. per ignorãtiã inuincibilem excuſatur. et ita in qualibet alia materia ſcrupulorũ cum conſcientia. quia ſolũ exemplariter de horis locutus ſum. ſcrupulus poteſt eſſe leuis et tunc eſt negligendus et cõtemnendus. ſi ſit magnus ſcrupulus magis eſt ponderãdus. poteſt ẽt talis ſcrupulus: ꝙ tollit conſcientiã: ita ꝙ homo erit dubius nullũ aſſenſum habẽdo: de hac parte vel oppoſita. quãdo motiua hinc inde ſunt equaliter fortia. tũc teneat pars ſecurior. ſ; põdera nõ eſſe idem: ſcrupulum conſcientie. et conſcientiã. ¶ Quinto arguit: ſi ſecũda concluſio eſſet vera: ſeq̇tur hec cõcluſio multũ extranea: vt videt ad pctm̃ ſortes obligat. patet pono ꝙ ſortes teneatur ad a. opus ꝓcepti diuini: vt pote ad dãdã elemoſinã extreme pauperi. indicet erronee illũ eẽ inutiliter reipublice: et ꝙ nõ eſt illi ſubueniendũ et ſubueniat illi: implẽdo preceptũ diuinũ ſtante hoc iudicio erroneo. Arguit ſic. ad hoc opus ſortes obligat. hoc opꝰ eſt ſorti pctm̃. ergo ad peccatũ ſortis obligat. conſequẽtia pt; expoſitorie et maior pt; ex diuĩo ꝓcepto termino. minor patet ex cõcluſione ſcđa cõtrauenit ꝯſciẽtie ſue. dictanti ei quod peccat ſic faciẽdo. ¶ Rñdetur dupliciter: tũ primo. maior eſt falſa. Si ꝑ pronomẽ hoc demõſtres actũ interiorẽ puta, volitionẽ dãdi: tũc maior eſt falſa. per medietatẽ illius actus

homo pōt adimplere preceptū et ſic cauillari po-
tes.ſi pronomē demōſtret dationē exteriorē iudi
cio maiorē: ꝙ homo teneatur ad hanc dationē.
ꝑ aliā ſimilē pōt adimplere ꝑceptū.et ſi ꝯtra hoc
replices: ad hanc dationē vel hanc ⁊c̄. homo te-
netur. Hec datio vel illa eſt pctm̄: ergo ad pctm̄
homo tenetur. hoc nō iuuat ſingulariſando totū
diſiunctū vnica ſingulariſatione totū accipit̄ pro
vno diſcreto ſuppleme͞to et ſic maior erit falſa.ſi
nō ſic ſingulariſes erit nullus. ¶ Scd̄o r̄ndetur:
maiore admiſſa rotūde loque͞do concede͞do hāc.
ad illud quod eſt ſorti pctm̄ ex ſtulticia ſua ſortes
tenetur que valet hanc:ad ſubſtātiā actus ſortes
tenetur ex ꝑcepto dei: quā ſortes facie͞do ex ſua
ſtulticia:qꝛ cōtrauenit ꝯſcientie ſue peccat: nec il
lud eſt extraneū ſi multi ſapie͞tes dicere͞t ſorti. fa
cere a.eſt preceptū diuinū. q̇bus tenetur credere
et ipſe facit a.cōtra cōſcientiā:nūquid ipſe peccat
facie͞do a: ergo tūc ad aliq̇d ſortes tenetur:ꝙ fa-
ciendo ipſe peccat: ex ſtulticia ſua cōtrauenie͞do
cōſcientie ſue quā tenetur deponere et non facit.
¶ Redeūdo ergo ad neruū argumenti cōceditur
hec cōcluſio de virtute ſermonis:ad pctm̄ ſortes
tenetur que valet hāc:ad illud quod eſt pctm̄ ſor-
tes tenetur:et hāc ad illud quod eſt pctm̄ ex ſtul-
ticia ſua ſortes tenet̄ ſed ſortes nō tenet̄ ad pctm̄
nec tenetur peccare imo tenet̄ nō peccare. ⁊ hoc
fit depone͞do cōſcientiā erroneā quā tenetur de-
ponere. ¶ Sexto arguitur ſic. ticius iudex corā
quo ſempronius eſt probatus nocens in caſu ſan
guinis:quē iudex nouit innoce͞tē. putet ipſe ꝙ de
beat ꝓcedere ſcd̄m allegata ⁊ probata.et iudicet
ſemproniū vltimo ſupplicio puniendū.cū hoc iu
dicet ꝙ ipſe male agit.tūc ſic ticius ꝯtrauenit cō-
ſcie͞tie ſue in hoc caſu et nō peccat.ḡ ſcd̄a ꝯcluſio
falſa. ¶ Forte dices cōtrauenit cōſcientie ſue vt
eſt ꝑſona priuata:nō autē vt eſt perſona publica:
iudicat vt eſt perſona publica ꝙ debet procedere
ſcd̄m allegata et probata vt eſt ꝑſona priuata iu-
dicat ꝙ male agit et tenetur hoc nō facere. ¶ Cō
tra hoc arguit̄ titius habet niſi vnū intellectū:et
non pōt habere iudicia cōtraria dato ꝙ ſit ꝑſona
publica in iudicio.et domi ꝑſona priuata:ergo ſi
iudicet ꝙ male agit et tenet̄ hoc nō facere cōtra-
uenit ꝯſcientie ſue et ꝑ conſeque͞s peccat. Uel ſe-
cūda ꝯcluſio eſt falſa :ꝙ ꝓbare cōte͞dimꝰ. ¶ Se
ptimo arguitur:habeat ſortes ꝯſcientiā erroneā
ꝙ tenet̄ facere a: hēt ꝑceptū diuinū in oppoſitū
et ſit in terminis caſus hic nō ſit mr̄imoniū inter
ſortē et bertā:et credat ſortes erronee ꝙ ſic.et ꝙ
teneat̄ reddere berte tanꝙ̄ vxori debitū hac no-
cte.tūc quicquid facit ſortes ſtante hac conſcien-
tia quā nō deponit peccat. vl̄ ergo magis peccat
debitū redde͞do vel minus peccat ꝙ̄ abſtine͞do.ſi
magis peccat. Cōtra:ponatur ꝙ ipſe iudicet eſſe
multo maius pctm̄ non reddere debitū ꝙ̄ adulte
rari.ſi minus peccat. ergo lex inferioris ſcꝫ con-
ſcie͞tia ſortis plus obligat ꝙ̄ lex dei ſuperioris:
qd̄ nō videtur eſſe dicendū. glo.c.j.de offi.iudi.
ordi.dicit ꝙ iudex debet procedere ſcd̄m allega-
ta et probata.nec peccat age͞do cōtra cōſcientiā.
hoc idē tenet glo.in.c.iudicet.3.q.7.Cardinalis
dicit nō debet ſequi cōſcientiā vt ꝑſona priuata:
ſed conſcientiā quā habet vt ꝑſona publica: nec
peccat facie͞do cōtra ꝯſcientiā vt perſona ꝑuata:
hee abſolutiones inter arguendū reprobātur. nō
poteſt propter duplex officiū vel triplex habere
iudicia cōtraria. ꝓpterea licet ſit ꝑſona priuata
quo ad aliquos actus circa ſe et ſuā familiā.⁊ ꝑſo
na publica quo ad alios actus habet niſi vnā cō-
ſcientiā. Ergo ad hoc ſcꝫ eſt iuſte dānandus vel
iniuſte cōtrarie.ſi conſcie͞tias circa alias materi-
as habeat quid ad a: ſi iudicet eſt male actū eum
dānare:tunc peccat accuſatū dānando. nunꝙ̄ de
bet iudicare cōtra conſcientiā. Et patet ꝑ proba
tionē cōcluſionis ſcd̄e et ex iure pōtificio. adhuc
patet ꝑ capitulū Cū eterni de re iud.li.6.et in cle
mē.j.§.verū.de hereti. ¶ Sed alia eſt queſtio an
debeat cōſcientiā vnā deponere et eme͞dare per
aliā.⁊ hoc depe͞det ex duabus opinionibus: qua
rū vtraqꝫ defendi pōt:ſed ꝙ debeat ꝓcedere ſm̄
allegata et ꝓbata: dūmodo fecit quod decet pro
bū iudicē facere circa teſtes: iudicio ꝓbabilius:
tunc debet vnā cōſcientiā per aliā rectificare. De
pone͞do ſuā ꝯſcientiā particularē: hoc eſt iudiciū
quod ipſe habet vt ꝑſona ꝑuata: aſſentie͞do huic
pōt vel debet hunc taliter probatū ꝯde͞nare:eſto
ꝙ ſit innoce͞s. cū eſt noce͞s probatus: cū teſtibus
oīm exceptione maioribus. tunc nō ſtat iudiciū
eius vt eſt ꝑſona ꝑuata ꝙ male agat. vt patet.4.
metha.ſi teneat̄ oppoſita opinio:tūc vel iudex vt
ꝑſona ꝑuata ſcit iſtū accuſatū eſſe innocentē.pu-
ta ꝙ nō occidit vel ſcit vt ꝑſona priuata eū noce͞-
tē.puta ꝙ occiderit: eſt probatus tm̄ innocens. ſi
primū liberet eū vt remittat eū ad vlteriorē iudi
cē: quia fortaſſe ſub alio dānabitur qd̄ eſt iſti illi-
citū ſm̄ hanc viā nō improbabilē. Si ſit probatꝰ
innocens: et ꝙ nō occidit iudex tm̄ ſcit ꝙ occidit
tūc debet eū liberare. Ad iudicē nō ſpectat illud
crimen probare:nec eſt ab alio probatus.ergo li
berādus eſt:nec formet iudex vllā conſcientiā in
hoc ꝙ liberet cū non eſt probatus ſufficienter cri
minoſus ⁊ per conſequens non eſt punie͞dus. vt
patet.6.q.2. Si tantū occulta ſunt relinquenda
iudicio dei.6.q.j.c. ſi omnia. Sic fecit mulieri in
adulterio deprehenſe dicens. quis te accuſat mu
lier.nemo dn̄e:dixit xp̄us:nec ego te conde͞nabo
vade et noli amplius peccare. ¶ Contra iſtud
quod dictum eſt de eme͞datione ꝯſcientie poteſt
eſſe replica.ꝙ nemo poteſt cōſcientiam emenda
re.patet.non poteſt ſcire ſe errare.ſed ne alia ar-
gume͞ta impediamus: in calce queſtionis tange-
tur in dubitatione ad partē. ¶ Reſpondeo ergo
ad ſeptimū quod querit: an ſit maius peccatū cō
trauenire precepto diuino vel ꝯſcientie erronee
Ad quod dicitur:oportet videre quid cōſcientia
dictet:et cōtra quod preceptū vel prohibitionē
eſt:et ſecundū hoc iudicare.practicat̄ exemplari
ter/capiendo aliquod illicitū quod conſcientia
dictat eſſe faciendū.cōſcientia ſortis dictat men

tiendum eſſe:quatenus ſortes ſaluet̄ in vita.me͞-
tiri officioſe eſt veniale peccatum ſolum.quoniā
eſt mortale id quod conſcīa erraneo dictat eſſe fa
ciendū:vt furari a diuitibus vt detur elemoſina
pauperibus. Altera ex parte oportet videre q̇d
cōſcientia erronea dictat:an ſcilicet erit pctm̄ ve
niale vel mortale niſi fecerit illō quod ꝯſcientia
dictat.ecce erit iudiciū conſcientie erronee cum
ſuo dictamie ex vna pte:⁊ hoc vel illō illicitū ex
altera.ī p̄mo caſu vbi q̇s me͞tit̄ vt vitā ſaluat:ſo-
lū venialit̄ peccat cōformādo ſe ꝯſcie͞tie erronee
ſue.⁊ mortalit̄ peccaret vbi eſſet reꝰ hōicidij.ī ſe
cundo caſu ꝯformare ſe ꝯſcie furādo notabile bo
nū ē mortale pctm̄ difformādo ſe ꝯſcie nō ē pctm̄
aliquod .nō facie͞s opꝰ nūc nō peccat.ex hoc ptꝫ
r̄nſio ad matiā ſolue tuipē ī forma ¶ Octauo ar̄.
cōtrauēiens ꝯſcie erronee nō agit ꝯtra aliquā le-
gē.ḡ nō peccat. ꝯn̄a ē nota.an̄s pꝫ.nō ꝯtra legeꝫ
dei.ſtat ꝙ habeat legē dei ꝑcipie͞tē oppoſitū illi-
us qd̄ ꝯſcīa erronea dictat eſſe faciendū. ¶ No-
no ar̄.quando lex ſuperioris legiſlatoris ⁊ īferio
ris ꝯtradicūt:nō ē pare͞dū inferiori.ḡ ſi deꝰ iube
at vnū ⁊ ꝯſcīa dictet aliud:cōſcīa tūc nō erit lex ſꝫ
ē cōte͞pne͞da:ſicut de procōſule ⁊ īperatore loq̇-
tur auguſtinꝰ. ¶ Decio ar̄.ex iſtis ſequit̄ ꝙ dile-
ctio dei ꝓpter ſe eēt mala:poſito ꝙ ꝯſcīa errōea
dictaret ꝙ deus nō ē dilige͞dꝰ nūc :ſꝫ debet nunc
nō diligi. ꝯn̄s eſt falſum.dilectio dei ꝓpter ſe nō
pōt male fieri. ¶ Ad octauū dr̄ ꝙ age͞s ꝯtra ꝯſci
entiā erroneā agit ꝯtra putatā legē:quod ad pec
candum ſufficit. ¶ Ad nonū cōcedo ꝙ nō ē pen-
dū ꝯſcientie cōtra legem dei.ſꝫ cōſcīa eſt refere͞-
da ¶ Ad decimū ꝯcedo ꝙ illo cāu ſtāte dilectio
dei ē mala.nō opinor cū eis dice͞tibꝰ ꝙ dilectio
dei ī nullo caſu pōt male fieri ¶ Undecio argui
tur.habeat ītellectus hoc iudiciū erroneū/aliq̇d
eſt diligendum ⁊ nec ꝓpt̄ ſe nec ꝓpter aliud:non
pone͞do actū mediū ir̄ vti ⁊ frui ar̄ ſic.vel volū-
tas ꝯformaret ſe illi iudicio:⁊ h̊ ē ꝯ poſitū.ſi n̄:ꝑt
cōtrauēire ꝯſcie ſue ⁊ nō peccat.qꝛ eſt impoſſibi-
le ꝙ voluntas conformet ſe illi iudicio. ¶ Duo-
decimo ar̄.ſi ſortes credit mendaciū eſſe licitum
nō deſinit propterea eſſe pctm̄.ḡ ſi credat datio-
nem elemoſine eſſe illicitam:et det: non propter
ea peccat. ¶ Ad.xj.patet ſolutio ex prima diſtin
ctione primi. ¶ Ad duodecimū nego conſeq̄nti
am.⁊ negationis cauſa eſt. ſi hō credat erronee
ꝓhibitū eē n̄ ꝓhibitū oꝫ qd̄ ꝑpea excuſet̄ :niſi ſit
ignorantia inuincibilis.ſi tamen faciat aliquid:
quod credit illicitum . ⁊ non minus faceret ſi in
rei veritate eſſet illicitum quia ipſe credit qd̄ ma-
le agit .et propterea imputatur ei ad peccatum.
¶ Nunc vidimus quid eſt conſcientia recta ⁊ q̇d
erronea.et quomodo obligant .conſcientia erro
nea ſiue error īuincibilis excuſat a toto. ſi fuerit
error īputabilis non excuſat a toto.et rurſus con
ſcientia interdum eſt per modum cōſilij ⁊ ſuaſio-
nis ⁊tunc non ligat nec illi contrauenie͞ns peccat
vt iudico bonum eſt intrare religionem. illi iu-
dicio contrauenieñs non pecco.interdum con-
ſcie͞tia dictat de precepto vel prohibitiōe .⁊ hoc
eſt tripliciter. vno modo dictat aliquid quod eſt
legi diuīe ꝯſonū.aliq̄n dictat de illo qd̄ legi di-
uine eſt diſſonū.nōnūꝙ̄ de illo quod ſtat cum le-
ge nec illi repugnat.quemadmodū ē actus indif
ferens,ſi pc natur.vel opus conſilij.⁊ ſuum oppo
ſitum.in primo ſimpliciter ligat.et homo eſt du
plici iure ligatus.tū a lege dei:tum a conſcientia
et vtrerqꝫ contrauenieñs plus peccat ꝙ̄ ſi vni
ſoli contraueniret. ſi ſcd̄o modo conſcie͞tia eſt de
ponenda .quia non ſtat cuꝫ anime ſalute. vt ſi di
ctem:nunc iſte tyrannus eſt a me occidendus.ſi
non faciam ꝙ dictatur pecco conſcientie pro-
prie contrauenie͞do.ſi facio ēt pecco. ſoluꝫ reſtat
remediuꝫ conſcientiā depone͞di.eſto ꝙ cum hoc
dictamine illud iudicium hr̄em :nulla cōſcientia
eſt a me depone͞da:illa ꝯſcīa ē ēt tūc erronea ⁊ ex
cutienda:voco conſcientiā dictare:quia habet di
ctamen pro obiecto: hoc eſt ꝓpoſitioneꝫ de ali-
quo dictantē.tertio mō conſcie͞tia dictat Si pu
ta ē leuāda crux de t̄ra vel tteneor: facere melio
ri mō quo poſſum facere:vel teneor intrare char
tuſiā: tūc nō obligor cōſcientiā deponere: qꝛ cuꝫ
conſcie͞tia ſtat aīe ſalus cōformiter operando ad
dictamen erroneū.teneor tm̄ cōformiter ad dicta
men cuius conſcientiā habeo operari vel cōſcie͞-
tiā exuere. Ex his patet:ſi quis haberet hanc cō
ſcientiā erroneā nō licet michi comedere carnes
in quadrageſima:ſi nō occurrat caſus comede͞di
non peccat.et vbi caſus ꝑcepti occurit:cōtinuan
do cōſcientiā peccat.ſi comedat cōtrauenit ꝯſcīe
ſi nō cōedat cōtrait precepto dei de ſeruanda vi
ta potiſſimū ſi nō ſit carthuſie͞ſis .de quo in .38.
diſtī.quarti loquuti ſumꝰ ¶ Dubitatur an homo
pōt deponere ꝯſcie͞tiā ſuā erroneā.⁊ dubitatiōis
rō ē.qꝛ notū ē ꝙ ſic:ꝯſilio ſapie͞tū:vel aliorū ſcri
pta reuolue͞do.vl̄ q̄re͞do vbi hec deficiūt auxili-
um a dn̄o.ſecūdū illō ſcd̄i palapomenō ſcd̄o:cuꝫ
ignoramꝰ q̇d agere debeamꝰ h̄ ſolū hēmꝰ reſidui
vt oc̄los n̄ros dirigamꝰ ad te.⁊ Jacobi ſcd̄o. Si
q̇s īdiget ſapie͞tia poſtulet ī fide nihil heſitās.
¶ In oppoſitū ar̄.nēo pōt ſcire ſe errare.ḡ nō
pōt ſcire ſe erraſſe.tꝫ ꝯn̄a.ſi illa de ꝑterito ē v̄a il
la de p̄nti īterdū fuit vera. vl̄ fuiſſꝫ ſi fuiſſꝫ foſata
aſſūptū pꝫ.nēo pōt aſſe͞tire fl̄o noto tl̄i. ꝓbatur.
nēo pōt aſſe͞tire ꝓpoſitiōi neutre īeuide͞ti ſic mo
tio .2.de aīa.imagiāri poſſumꝰ cū volumꝰ:n̄ aūt
poſſumꝰ opīari cū volumꝰ.ḡ nēo pōt aſſe͞tire fl̄o
ſcito tl̄i.ſecludo ꝓpoſitiōes reflexiuas:ꝓpt̄ aſſe͞
ſus taliū:hoc ē fl̄m:ꝑ ly hoc demonſtrando pro-
poſitionem cuius eſt pars. ego erro.⁊ hmōi .igit̄
IN hac.xl.diſtī. magiſter agit
de īte͞tiōe.ita ꝙ īte͞tio bōa re-
quiritur ad actū moralit̄ bo-
nū.Circa quā diſtinctionē q̄ri
tur talis q̄ſtio. Utrū aliq̇s tan
tū meretur quantuꝫ intendit
mereri Similit̄ an tātū deme
retur quātū demereri ītendit.
¶ Reſpondet̄ ꝯcluſiue ꝙ nō :q̄ cōcluſio ſic ꝓba-

tur. q̇ credit paruū bonū eē tanti meriti: ſicut eſt
magnū bonū: errat. ſʒ nunꝙ faciēs paruū bonuʒ
ītēdit tātū ꝑ illō mereri ꝙ̄tuʒ ꝑ maius bonū niſi
crederet illō bonū maiꝰ eſſe ꝙ̄ ſit: erroꝛ. nō ꝯducit
ad meritū: ģ nō ſemꝑ tātū q̇s mereť ꝑ ſuū actū ꝙ̄
tū ītēdit mereri. Cōfirmať hec rō. Frequēter hu
milis ex aliq̇ actu credit minꝰ mereri ꝙ̄ ſupbꝰ ꝑ
ſimilē actū: ģ ſi hūilis minꝰ mereať ꝙ̄ ſupbꝰ hūi
litas meritū dimīuit: ⁊ ſupbia meritū augebit: qō
nullo pacto ē admittēdū. ¶ Tertio ſic arguitur.
Aliq̇s pōt velle eſſe ſanctioꝛ Joāne Baptiſta ꝑ
vnū actū: ſʒ nēo repēte ē ſūmꝰ: ģ iſte nō tātū me
rebiť quātū ītēdit mereri. ¶ Sʒ ꝯtra hāc ꝯcluſi-
onē arguiť ſic: gloſa ſuꝑ illō mathei. xij. bonꝰ hō
de bono theſauro dicit ꝙ tātū q̇s bōi facit quātū
ītēdit. ¶ Reſpōdeť diſtiguēdo illā. quia vnꝰ ſen-
ſus eſt ꝙ iſte tātū mereť ſicut vult mereri. ⁊ ille ſē
ſus ē falſus: pōt velle mereri īfinite. Aliꝰ ſenſus
ē. opatio exterioꝛ ē ita bōa ſicut ſua ītētio ē bōa:
hoc ē ſicut actꝰ volūtatis ē bonꝰ. actꝰ exterioꝛ īꝑ
atus ab actu īterioꝛi multū bono ē multū bonus
⁊ imperatꝰ ab actu parū bono ē parū bonꝰ: ita ꝙ
vtrobiqʒ actꝰ exterioꝛ bōitatē actꝰ īterioꝛis īſeq̄
tur quo ad magnitudinē vel paruitatē. ¶ Sʒ cō
tra iſtud ſic argumētoꝛ. Si quis vult eſſe ita ma-
lus ſicut lucifer talis eo fctō ē ita malꝰ. Probo ſic
Soꝛtes qui vult eſſe malꝰ vt vnū nō vult eē ma-
lus vt duo: Cicero vt tria ⁊ ſic aſcēdēdo ſemꝑ il-
le q̇ vult eſſe peioꝛ ꝙ̄ ꝑcedēs / ē eo peioꝛ. et ſuppo
ſita equa ītēſione graduali ſui actꝰ: qꝛ ē īcremē-
tū malicie ex parte obiecti. Foꝛte dicis: ⁊ ſic di-
cēdū ē vtrobiqʒ: ille q̇ vult eſſe peioꝛ alio ē eo pe
ioꝛ ceteris paribꝰ: non tamē oʒ ꝙ ſi aliq̇s vult eſ
ſe malus vt. 8. ſit malus vt. 8. foꝛtaſſe erit malus
ſupꝛa. 8. foꝛtaſſis citra. viij. ſicut non opoꝛtet tu
vis eſſe malꝰ vēialiť ģ tu es venialiť malꝰ ¶ Sʒ
cōtra: ſi q̇s vult eē īfinite malꝰ: talis ē malꝰ īfini
teꝛ ī gradu quē deſiderat: ģ ſi q̇s vult eē ita malꝰ
ſicut mahometus: talis erit ita malus ſicut ma
hometus: ⁊ ita ī alijs. Probo aſſumptū. Si quis
vult eē īfinite malꝰ talis ē īfinite malꝰ: qꝛ da op-
poſitū / talis ē finite malꝰ: ģ dabiť aliq̇s ꝑ aſcen-
ſuʒ q̇ vult ſolū eē finite malꝰ ita malꝰ ſicut ipē. da
illū q̇ vult eē īfinite malꝰ ita ꝙ erit malꝰ vt mille
tādē deueniēs ad vnū q̇ vult finite eē malꝰ q̇ erit
malꝰ vt mille cuiꝰ oppoſitū tñ dixiſti. ſēꝑ volens
eē peioꝛ alio ē eo peioꝛ: ⁊ h̄ ē rōni cōſentaneum.
Nō alias ille q̇ vult mechari erit peioꝛ ꝙ̄ ille qui
vult foꝛnicari. nō ſtes ī hoc nemo pōt velle eſſe
malū licet malū ſe eē pōt velle: hoc nō īpedit ꝓ-
poſitū. qꝛ illo dato qō cōcedis argumētū hēt vi-
res ſuas. ¶ Ad vltimā replicā nego ꝙ is vult eſ
ſe īfinite malꝰ eo ipſo ē īfinite malꝰ. ⁊ ſit malꝰ vt
mille: nego ꝙ dabiť aliq̇s q̇ vult eē malꝰ finite ita
malꝰ ſicut ipē. ꝙ̄ꝙ̄ ē cremētū ſcōi ſuꝑ pꝛimū: tertij
ſuꝑ ſcōm: quarti ſuꝑ tertiū: ⁊ ſic ſine ſtatu nō erit
cremētū ꝑ ꝑtes eiuſō ꝙ̄titatis ſʒ ꝑ ꝑtes īeq̄les: ī-
terdū geometrice īterdū vero nō: ſʒ talis additio
infinities nūꝙ̄ infinitū ꝓcreabit. ille q̇ vult eſſe
in duplo peioꝛ alio nō eſt ꝓpterea in duplo peioꝛ

alio: bñ tñ ē peioꝛ: ⁊ ſic ī ꝓpoꝛtiōe ſeſq̄altera pe-
ioꝛ alio. tertius erit foꝛtaſſe ſecūdo peioꝛ ī ꝓpoꝛ
tiōe ſeſq̄tertia: ⁊ ſic erit deſcēſus. Potes replica-
re ſi ſecūdꝰ nō erit ī duplo peioꝛ pꝛīo: tñ quartus
vel octauꝰ erit ī duplo peioꝛ pꝛīo: ⁊ ſic cū infini-
ti ſunt ibi: ſemꝑ aſcēdēdo ꝓpter plurium cumula
tionem pꝛopoꝛtionē duplā colligā infinities: et
nō euitať argumētū. Rñdeo: lʒ ſit coloꝛ argumē-
to nō cōcludit: ⁊ ſoluiť argumētū hoc in ꝑmo de
illo q̇ vult occidere infinitos hoīes. ſcōo dico: et
eſt fractio: cū deductio calculādi eſt tedioſa: plꝰ
peccat ille q̇ vult eſſe īfinite malꝰ ꝙ̄ ille q̇ vult eē
finite malus: ſʒ nulla ē ꝯparatio: quēadmodū ob
iectū vnū in mľtitudine nō eſt alteri cōparabile.
Finiti ad infinitū nulla ē ꝯparatio. ¶ Scōo ar
gumētoꝛ: ponendo duos: ſoꝛtē q̇ vult eſſe peioꝛ
Platōe ⁊ Platonē q̇ vult eē peioꝛ Soꝛte: ī iſto ca
ſu nō potes ſignare vter eoꝛum altero ē peioꝛ cū
vterqʒ vult eē peioꝛ altero: vľ poſito ꝙ Soꝛtes
vult eē ita malꝰ ſicˀ Plato: poſito ꝙ ſoꝛtes neſciat
de malicia Platōis: q̄rēdo an eſt eq̄liť malꝰ ſecū
Inſuꝑ ꝓbo ꝙ nō ſemꝑ ille q̇ vult eē peioꝛ ē alio
peioꝛ: ponēdo Soꝛtē q̇ vult eē malꝰ vt vnū: Pla
to vult eē peioꝛ Soꝛte vel malus ſupꝛa vnū: pꝛo
bať ꝙ Plato nō ē peioꝛ Soꝛte. qꝛ ſi ſic: ſigneť la
titudo in qua Plato eſt Soꝛte peioꝛ: ⁊ ſit vt vnū
vel vt mediꝰ gradꝰ: tūc ſic: plato ē peioꝛ Soꝛte
per mediū gradū. ģ pt dari vnꝰ q̇ plus peccat ꝙ̄
Soꝛtes ⁊ minꝰ ꝙ̄ plato: ſit Cicero peccās vt vnū
cū quarta ꝑte gradꝰ. ſʒ ꝓbo ꝙ nō eſt peioꝛ Plato
ne: cū Plato ī nullo gradu malicie Soꝛtē exupe-
rat. ģ nō opʒ vtrobiqʒ ꝙ ille q̇ vult eē alio peioꝛ
ſit eo deterioꝛ. Burſꝰ. videť eodēmō ꝙ ille q̇ vult
peccare venialr peccaret venialr: pʒ: q̇ vult moꝛ
taliter peccare / peccat moꝛtalr. ģ q̇ vult peccare
venialr / venialr peccabit. ¶ Ad ꝑmū de ſoꝛte ⁊
Platone vbi petis vter eoꝝ eſt peioꝛ. dubito. Et
dubitationis cauſa eſt: qꝛ vnus foꝛtaſſe eſt deo in
gratioꝛ et alio doctioꝛ: vel plus auxilij ante ha-
buit a deo: vel vnus pōt habere intētioꝛē actū ꝙ̄
alius. ⁊ ſcōm hoc potes cognoſcere q̇s eoꝛū gra-
uius deliquit: ſʒ neruꝰ argumēti ī hoc latitat ſuꝑ
poſito ꝙ ſint pares ī gratitudīe vľ ingratitudīe:
in intēſiōe graduali ⁊ in ceteris oībus ſimilibus.
Et tūc dico ꝙ eq̄liter peccāt: nec vnꝰ grauius ꝙ̄
alter: ſed in quoto gradu nos penitꝰ fugit. deꝰ tñ
nouit. Ex quo pʒ licet ſeq̄tur ſoꝛtes vult eſſe ma
lus ergo eſt malꝰ: nō tñ ſequiť: ſoꝛtes vult eſſe pe
ioꝛ platone ģ eſt peioꝛ platone. Ad aliud qñ petꝭ
an ſoꝛtes volēs eſſe ita malus ſicut Plato ſit ita
malꝰ. Dico me latere ſtat ꝙ peioꝛ et ꝙ aliꝰ ſit bo
nus. ſtat ꝙ minꝰ malus. ſtat ꝙ eq̄lis. ¶ Ad aliud
argumentū q̇ ꝓbare niteris illū q̇ vult eſſe peioꝛ
alio nō eſſe peioꝛē alio ſignādo latitudinē. Dico
ꝙ non dictū eſt ꝙ ille vtrobiqʒ eſt alio deterioꝛ q̇
vult alio eſſe peioꝛ: ſʒ dictū eſt ꝙ̄to volitio fertur
ſuꝑ peiꝰ / obm: puta velle eſſe peius: cetis paribꝰ /
ille eſt peioꝛ. Et qñ petꝭ latitudinē in qua plato ē
Soꝛte peioꝛ. nō eſt facile rñdere: qꝛ nō eſt potioꝛ
rō q̄re currēdū eſt ad vnū gradū ⁊ nō ad aliū. nec

valet currere ad gradū mediū: cū extremū excel
ſius nō deť. nō eſt dicendū ꝙ plato eſt īpartibiliť
ſoꝛte peioꝛ: ſʒ dico platonē ſoꝛte peioꝛē: ſed in q̇
gradu me latʒ ꝙ̄admodū plurifariā euenit. Scio
caloꝛē eſſe in aq̄: ſʒ quot gradꝰ caloꝛis eidē aque
inhereāt: me pꝛoꝛſus ꝑterit. ¶ Ad vltimū vbi pe
tis de eo q̇ vult eē malꝰ venialiter. Dr. ſtat talē eē
malū moꝛtaliter. ī bono ⁊ in pctīs paruis volitꝭ
volitio nō eſt ꝓpoꝛtionabilis bene tñ ī magnis.
He ꝯſequētie ſunt bone: volo mereri ꝓpter deū
⁊ ſū in grā ergo mereoꝛ. ſine additione ſcōe ꝓpo
ſitionis illa eſt nulla. Hec nō valet volo peccare
venialiter ģ vēialiter pecco. nec hec: volo eē pe
ioꝛ nerone. ģ ſū peioꝛ. volo peccare vt vnū ģ pec
co vt vnū: tñ hec ē bōa. volo peccare moꝛtaliť er
go moꝛtaliter pecco. ¶ Sʒ ꝯtra iſtud arguiť. ex
iſto ſeq̄tur ſi ſoꝛtes velit eſſe ita malꝰ ſicut a. q̇ eſt
ſolū in veniali pctō. et plato vellet eſſe ita malus
ſicut b. ꝙ ſoꝛtes et plato erūt in pctīs equalibus:
qō videť incōueniēs. qꝛ plato velit eſſe ita malus
ſicut peioꝛ iſtoꝝ: ⁊ ſoꝛtes vult eſſe ita malus ſicut
minus malꝰ iſtoꝝ. Cōſequētiā ꝓbo: ſuppoſito ꝙ
habeāt volitiones eq̄les in gradu: ſi circūſtantia
perſonarū et cetera q̇ pctā augere ⁊ attenuare ſo
lēt fuerint paria. Rñſio. vel ſoꝛtes ⁊ plato ſciūt de
malicia a. ⁊ b. hoc eſt in ꝙ̄ malis pctīs ſunt. ⁊ tūc
palā eſt ꝙ plato ē peioꝛ ſoꝛte. qꝛ plato vult eſſe a
certo ꝓpoſito in pctō moꝛtali. Soꝛtes autē vult
ſolū eſſe ī pctō veniali. Vel vtrūqʒ iſtoꝝ ſcʒ ⁊ ſoꝛ
tē et platonē pctā a. ⁊ b fugiūt: ⁊ tūc ego diſtiguo
iterū. vel b. eſt putatꝰ eſſe peioꝛ a. ab vtroqʒ iſto
rū. ⁊ tunc ille q̇ vult eſſe ita malꝰ ſicut peioꝛ iſtoꝝ
plus peccat ꝙ̄ ille q̇ vult eē ita malꝰ ſicut minus
malꝰ iſtoꝝ. qꝛ ſuꝰ actꝰ ſuꝑ minus pctm̄ cadit. Si
a. et b. putētur ab iſtis eſſe eq̄liter mali / tā a ſoꝛte
ꝙ̄ a Platone quicq̇d ſit de malicia intrinſeca a. ⁊
b. Soꝛtes et Plato equaliter peccant. dato ꝙ a
ſit in gratia et optimus: ſi putetur ab aliquo er-
ronee eſſe malus qui vult eſſe ita malus ſi-
cut ipſe: ſi habeat iudicium ꝙ alius eſt ma-
lus: peccat: ⁊ magnitudo peccati in eo eſt metiē
da penes credulitatem malicie ꝙ̄ vere vel erro-
nee credit ineſſe alteri: non ꝙ actus eius eſſet ad
equate ita malus ſicut peccatū alteriꝰ. dato ꝙ ali
us ſit in peccato magno vel paruo: nō refert.
¶ Sed ꝯtra hoc arguiť. Sequeretur ꝙ ille pec-
caret quia vellet eſſe ita malus ſicut Cicero quē
credit eſſe optimū virū. ſed hoc ē īcōueniēs: nec
Cicero ē malꝰ pꝛout nos ſupponimꝰ: nec iſte vl-
lum iudiciū habet ꝙ ē malꝰ. ergo nō potes dare
gradū malicie q̇ ē malꝰ. igiť. Si iſte irōice loque
retur non pꝛopterea eſſet malus. Sed cum expo
nit ſe diſcrimini peccati: qꝛ nō cōſtat q̇s ē pctī ex
pers: q̇s vero non: iſte nō ē excuſandꝰ a pctō / qō
ratione temeritatꝭ īcurit. ¶ Dubitať an bōa ītē-
tio ſufficit ad bonitatē actꝰ. Scōo dubitať an bo
na ītentio ſufficiat ſine bonis opibꝰ. ¶ Ad pꝛi-
mū diciť ꝙ nō. q̇ vult furari ab auaro diuite vt
egeno paupi det hēt bonā ītētionē: puta ſuccur-
rere pauperi: ſʒ hoc nō ſufficit. req̇riť cū illa bōa

ītētiōe circa obiectū ꝙ relique circūſtātie ad bō
nitatē actꝰ req̇ſite ponāť. Bonuʒ ē ex integra cā
ſcōʒ Dionyſiū ad maliciā actꝰ ſufficit ablatio vni
us eoꝝ: faciliꝰ ē deſtruere ꝙ̄ ꝯſtruere. ¶ Ad ſcōʒ
rñdeť. ſi q̇s habuerit volitionē efficacē īterioꝛē ſi
ne actu exterioꝛi: talis ītētio ſufficit ad meritum
qō pʒ. q̇a tñ facit qō ī ſe ē ſicut vtrūqʒ actū hñs
⁊ ꝑꝑ̄ea tātū mereť vt. 17. diſti. ꝑmi diximꝰ. Sʒ
oʒ ꝙ ī iſto ſit īpedimētū ñ exeūdo ī opꝰ qꝛ ſi voli
tio fuerit ī volūtate ſeq̇ť opatio exterius: nono
Meta. ⁊. Gre. ī q̄dā ome. nō ē vacua manꝰ a mūe
re cū archa coꝛdis repleta fuerit bōa volūtate.

IN iſta. xlj. diſt. vbi mgr̄ loq̇ť de volū
tate. Quero q̇ relatio req̇riť ad h̄ ꝙ
actꝰ volūtatꝭ fuerit moꝛaliť bonꝰ. hu
ius q̄ſtiōis inq̇ſitio appꝛie ē vtiľ ad
cognoſcēdos actꝰ nr̄os bonos ⁊ quō
eos ī fineʒ vltimū referre deuincimur. ¶ Et pꝛīo
ponam vnaʒ concluſionē in qua omnes conſen-
tiunt. ¶ Scōo recitabo modos in quibus cōtra
dicūt et dicā ſicut capio. Pꝛima concluſio eſt hec
relatio actualis ſufficit ad meritū. In oībus iſtis
intelligo oīa alia que fieri debent ſola relatione
ſecluſa. Pꝛobať cōcluſio illa. qꝛ aliqua ſufficit ad
meritū. alioquin nemo mereretur ⁊ nulla eſt iſta
potioꝛ nec ita potēs: imo quecūqʒ bonitas ī ali-
is relationibus reperiť: in relatione actuali illa
eſt reperibilis: non loquoꝛ de relatione a funda-
mēto et termino diſtincta: nullā talē pono: ſʒ lo
quoꝛ de actu relatiuo. Pꝛo ꝯcluſionibus in q̇bus
doctoꝛes cōtradicūt diſtinctionē vulgarē in hac
ꝑte pꝛemittā Triplex eſt relatio. quedā actualis
qñ q̇s actualiter vult facere aliq̇d pꝛopter deū vľ
hʒ nolle faciēdi pꝛopter deū. pꝛimū ꝓpter pꝛece
pta affirmatiua. ſcđm ꝓpter negatiua pono. ſiue
fuerint duo actꝰ quoꝝ vnꝰ eſt vſus ſimplex. ⁊ al
ter fruitio ſimplex: ſiue vnꝰ actꝰ q̇ eſt vſus. ⁊ frui
tio nō ſit nobis cure. Alia eſt relatio virtualis. i.
qñ q̇s habuit vnū actū circa finē ⁊ rōne illiꝰ actꝰ
īperať aliq̇s actꝰ circa mediū ad illū finē. ſic do-
ctoꝛ ſeraphicꝰ termino in hac parte vtiť duo po
nēs exēpla bene accōmodata. Vnū eſt. Si aliq̇s
intēdat dare ꝓ deo centū marcas ⁊ īcipit dare ⁊
cogitat de deo in pꝛīa marca ⁊ ī alijs non cogi-
tat nihilominꝰ tñ oēs datiōes ille ſūt ei merito-
rie ⁊ fructuoſe. Si aūt opꝰ altiꝰ gñis īciperet: re
q̇riť ꝙ ītētio renouareť ad h̄ vt opꝰ eēt merito
riū. Per hūc ēt modū ītelligit eē ſufficiētē relati-
onē ī viris religioſis: q̇ ī ꝑncipio ex charitate de
uoueť poꝛtare religiōis pondꝰ. q̇cquid venit fa
ciūt qō ad ſue religiōis obſuātiā ſpectat ex pꝛīa
ītētiōe ē eis mꝛitoꝛiū ad ſalutē niſi foꝛte qō abſit
ꝯria ītētio ſupuēiat: ī alijs aūt q̇ ad religionē nō
ſpectāt: ſecꝰ ē: qꝛ illa intētio nō ſe extēdit ad alia
habitualiter: et ideo non eſt parue ſecuritatis et
vtilitatis religionē intrare. Et amplius hoc ex-
plicans poſtea dicit relationē autem habitualeʒ
voco: non qua quis in generali refert ad deū om
nia opera diei vel anni: ſed qua quis refert ali-
quod opus ad deum. Ita ꝙ opus ſequens: dire-

ctam habet ad opus primũ ordinationẽ et conſequentiam: ſicut eſt de illo qui dat centũ marcas. Aliud exemplũ ponit de illo qui vult adire ſanctum Jacobum cum eo pleriqꝫ conueniũt vocãtes relationẽ virtualẽ quam alter vocat habitualem. Tertia eſt habitualis. actus refertur habitualiter quando eſt referibilis: relationem virtualem dicunt ad actum meritorium ſufficere: nõ autem habitualiter: alij dicunt ꝙ ſemper ad merendum requiritur relati o actualis. Alij autez ꝙ ſufficit habitualis.

¶ Sed dicit doctor ſeraphicus priores nimis arctant viam dei Secundi eã nimis dilatãt. Iſte modus eſt multum communis quem inſequitur Joannes Gerſon et plures alij: ſed iſte modꝰ indubie non vacat difficultate: quod patet ſic: querendo ab eis de iſta relatione virtuali vel habituali: terminis his promiſcue vtar. relictis verbis: accipito mentem. Querendo quomodo volitio actualis circa talem finem imperat illos actus ita remotos a fine. In fine ſeptennij non potes ire ad impetuz cauſatum in membris ab illo actu voluntatis: quod patet per quietes medias capiam exemplum a fine exempli eorum. ſi quis velit adire ſanctum Jacobum propter deuz: tũc volẽs tranſire burgum regi nec non cogitans de deo meretur. ſuppono cetera reqſita ad merituz dempta relatione: poſtea volens proximum vicum adire de deo non cogitans meretur. et ſic tranſeundo ad Aureliã: dato ꝙ ſequute ſunt quietes intermedie. Eodem modo tranſeũdo ad ſanctum Tho. ĩ India: vel faciẽs circulum circa terram ꝑ mariã per varias terras et tot diſcrimina rerum: et ſi eſſet claudus et de quolibet tranſiret vnum ſtadium: poſt tot quietes inter medias itinere interrupto: talis merebitur: ergo non requiritur iſta ſequela naturalis.

¶ Secundo Ex iſto ſequitur ꝙ volẽs adire ſanctum Jacobum propter deuz / licet mereatur ꝑ actum voluntatis in quolibet ſtadio de deo non cogitando: tamen flectendo extra iter ad capiendam auem vel ad audiendum ſermonẽ extra iter non merebitur. Patet. hoc eſt impertinens ſuo itineri. Item videtur ꝙ iſte doctor propoſitiões incompoſſibiles ſimul colligat dicendo ꝙ actus religioſorum licet in deum non referantur actualiter ſunt meritorij: quia virtualiter dependent ab illo propoſito quo dederunt ſe deo: ſed nõ eſt ſic in relatione virtuali. quia quis in generali refert ad deum omnia opera diei vel anni. Sed cõtra hoc arguitur. per eum / quilibet actus religioſi licet de deo non ſit notitia particularis: eſt meritorius. quia intendebat a principio facere omnia religionis propter deum: ſed ſic eſt ꝙ ſortes in principio anni intendit omnes actus ſuos bonos referre in deum in principio diei. ergo. quilibet actus bonus in illo die vel anno eſt virtualiter in deum relatus. Conſequentia iſta videtur eẽ bene clara. cum propoſituz actuale in religioſo ſufficit pro actibus futuris ad ſexaginta annos: quare tale non ſufficiet pro vno anno vel ꝑ die ĩ ſorte ſeculari. Inſuper: ſufficit ꝑ medio die vel pro vna hora. ergo pro duabus horis vel integro die: vel da rationem quare ſtabis in taz anguſto tempore in vno ⁊ non in alio. Inſuper. hac via quilibet actus ad matrimonium ſpectãs erit meritorius propter propoſitum generale quod Sortes habuit in principio quo voluit contrahere propter deum vxori dando dominium ſui corporis et eius dominium accipiendo. Preterea capio religioſum ſortem. xiiij. annos natum quando profitetur regulam: capio tunc platonem qui habet hoc propoſituz: volo omnes actus meos facere propter deum de actibus referibilibus intelligendo: viuunt. xl. annos poſthac ĩ ſimili ſanctimonia. Unde prouenit ꝙ actꝰ Sortis ſunt meritorij et non Platonis: diſcrimen non video.

¶ Inſuper videtur ꝙ relatio virtualis non relinquit poſitionem ſolidam. Tum: nec eſt ab eis ſufficienter explicata. Tum ſecundo. non eſt facile modos ibi emergentes extricare. Tuz tertio. viam dei nimis hec poſitio anguſtam relinquere videtur.

¶ Iſtis non obſtantibus nolo dicere doctorem ſeraphicum propoſitiones contradictionem implicantes in ſua poſitione poſuiſſe: ſaltẽ non volumus dicere. ſed vtendo modo quo ipſe loquitur circa alios: non capio compoſſibilitatem illorum dictorũ. ⁊ ſi iſta poſitio (prout recitauimus) viam dei nimis reſtrĩgit: a fortiori hoc facit alia que ponit relationẽ actualem ad actum bonum requiſitam.

¶ His premiſſis: pono aliquas concluſiones titulo queſtionis reſpõſiuas. Prima eſt. ad bonitatem moralẽ actus requiritur finis debitus. probatur hec concluſio: ex ariſtotele tertij ethicoꝝ ſeptimo dicente: fortis itaqꝫ eſt ĩpauidus vt homo. atqꝫ timebit quidẽ et huiuſmodi res formidoloſas. verũ vt oportet et vt dictat ratio tolerabit honeſtatis cauſa. hec enĩ ipſius virtutis eſt finis. ¶ Secũdo arguitur ad idem: ſi non ponatur finis debitus actui: ipſe eſt ocioſus. et ꝑ conſequens peccatũ: vt patet Matthei. xij. De omni verbo ocioſo: vbi ſaluator inquit. Dico autem vobis: quoniã omne verbũ ocioſum quod locuti fuerint homines reddẽt rationẽ de eo in fine iudicij. vbi gloſa interlinearis quod ſine vtilitate loquẽtis dicitur et audientis. vt de friuolis et fabulis. breuiter ocioſum verbũ eſt illud quod non habet debitũ finem. ¶ Secunda cõcluſio non improbabilis. ad bonitatẽ moralẽ actus requiritur aliqua relatio in vltimũ finẽ. probatur. deo eſt fruendũ. alijs creaturis eſt vtendũ per actũ poſitiuũ approbationis et dilectionis: vel deteſtationis et reprobationis: et hoc propter deum igitur. ¶ Secundo arguitur ad idem. homo eſt diligẽdus propter deũ. et deus propter ſeipm̃. ⁊ qua ratione homo eſt diligendus ꝓpter deũ: ita quelibet alia res diligibilis. aſſumptũ patet per auguſtinũ primo de doctrĩa xpiana: capite nono

dicẽtẽ homo ẽ diligẽdꝰ propꝫ deũ: deꝰ vero ꝓpꝫ ſeipm̃. ⁊ auguſtinus ꝯtra iulianũ. libro. 4. capite deciotertio. noueris itaqꝫ nõ officijs: ſꝫ finibus a vicijs diſcernendas eſſe vͥtutes. officiũ eſt autẽ quod faciendum eſt: finis vero propter quod faciendum eſt. cũ itaqꝫ facit homo aliquid vbi peccatum non videtur. ſi non propter hoc facit propter quod facere debet peccare couinctiur. tertio eſt cupiditas et peccatum: ſi creatura propter ſe: et non propter deum: amatur. et ſi in deum referatur charitas eſt. pꝫ. ſecundum auguſtinuz nono de trinitate: capite octauo dicentem: non ꝙ non ſit amanda creatura: ſed ſi ad creatorem referatur ille amor: iam nõ cupiditas ſed charitas erit. tunc enim eſt cupiditas cum propter ſe amatur creatura. authoritates auguſtini ad illud propoſitum magiſter prima diſtinctione primi capite vltimo introducit.

¶ Finaliter arguitur: deus eſt prima cauſa efficiens ergo et vltimus finis omnium: ſecundum illud apocalipſis primo. ego ſum alpha et o: hec concluſio non eſt improbabilis: quã ſuſtinet gregorius. ſed ex illa concluſione ſequitur: ꝙ pure infidelis qui nullam noticiã habet de deo: non põt habere actum moraliter bonum: etiam cum auxilio dei ſpeciali: quod eſt nimis durum. propter ea teneo cum commũi ſcola oppoſitum iſtius cõcluſionis. authoritates ſanctorum intelliguntur de virtutibus ad beatitudinem ſufficientibus: vl' de actibus meritorijs.

¶ Tertia concluſio. ad actum moraliter bonuz ſat eſt: ꝙ habeat finez creatum honeſtum. dato oppoſito concluſionis: ſequiꝫ ꝙ pure infidelis nil audiens loqui de deo non poſſit habere actũ moraliter bonum. contra communem ſcolam: ⁊ etiã nimis durum hoc videtur. hac via ſtrenui illi romani de quibus loquitur auguſtinus quinto de ciuitate dei capite quĩtodecĩo. nõ feciſſent actus moraliter bonos: cuiꝰ oppoſitum illic auguſtinus oſtendit.

¶ Quarta concluſio: ad actum meritorie bonuz non requiritur relatio actualis in deum. hoc eſt non oportet ꝙ actualiter referatur in deum. probaꝫ: ſufficit ꝙ habeat finem propinquum honeſtum. dato oppoſito: pauci eſſent actus moraliter boni: quod eſt inconueniens.

¶ Secundo arguitur: quis interdum facit actuz meritorie bonum non cogitãdo de deo. ergo nec referẽdo actualiter in deum. antecedens patet de illo qui dat elemoſinaz ſorti vt ſue inopie ſuccurrat. ſi talis habeat iudicium in intellectu illiꝰ actꝰ regulatiuũ talis actꝰ ẽ meritorie bonus. regulatur a prudentia. habet obiectum ⁊ finem debitum nec aliqua circunſtantia deeſt. igitur.

¶ Quinta concluſio: relatio habitualis in finẽ vltimum ſemel habita: dum modo non habeatur oppoſitũ ſufficit ad bõitatẽ meritoriã actꝰ dũ modo cetera ad bonitatem actus requiſita ponantur. probatur. religioſus quatuordecim annos natus dans ſe religioni: volens omnia facere propter deum que in religione continentur. talis ſufficieuter refert omnes actus ſuos in deum ſecundum beatum bonauenturam. ergo ſecularis tot annos natus: volens omnia facere propter deum: et eodem modo ſi tale propoſitum haberet cum primum venit ad annos diſcretionis: ita ꝙ non requiritur vlterior relatio actꝰ ſui in deum: niſi in actu quem homo tenetur actualiter in deum referre.

¶ Secundo arguitur ad idem. ſi non eſſet actꝰ meritorie bonus: hoc eſſet propterea: quia requiritur relatio aliqua in finem vltimum: pono omnia alia requiſita. ſed hoc non. Non requiritur relatio actualis. nec virtualis aliorũꝫ more ſufficit nec videtur que alia relatio requiratur et ſufficiat: igitur.

¶ Sexta concluſio. poſt hanc relationem generalem et non reuocatam: non daꝫ actus deliberatus indifferens inter bonum et malum. patet. vel actus habet obiectum / finem / ⁊ cetera requiſita ad bonitatem moralem: vel non habet ſed aliquid deeſt eorum / q̃ requiruntur ad bonitatem moralem. ſi primum: actꝰ eſt moraliter bonus. ſi ſecundum: actus eſt malus. Dicis: non habet omnia requiſita ad bonitatem moralem. ſed non ſequitur propterea ꝙ ſit malus. ſtat ꝙ aliqd requiſitum deficiat ad hoc ꝙ ſit complete moraliter bonus. ſed illud requiſitum actum non inficit: ſꝫ ipꝫ relinqt neutrũ Dic'is: diligo ſortẽ. et nõ cogito de alio fine vel de deo vel gratia virtutis ſortis: vel ad vitam eternam ſed actus voluntatis nude fertur in ſortem. Contra. adhuc talis actus eſt bonus. obiectum talis actus eſt finis ſufficiens. non inconuenit obiectum coincidere cum fine. patet: quando quis diligit deum propter ſe. vnus finis creatus poteſt in alium finem creatum referrt licite. non referendo vlterius actualiter. ergo aliquis poteſt diligere ſortem nõ referendo vlterius illam dilectionem actualiter

¶ Preterea. omnis actus deliberatus voluntatis: aut eſt recte rationi conformis: aut non eſt conformis. ſi primum: actus eſt bonus moraliter ſi ſecundum: eſt recte ratõi difformis / vel non eſt deliberatus. et per conſequens eſt malus. hic dicerent aduerſarij: non eſt conformis recte rationi ſufficienter actus boni regulatiue. ſed non ſequitur: eſt difformis. ſtat dare medium quicquid ſit placet mihi plus concluſio.

¶ Ex iſtis infero aliquas propoſitiones correlarias.

¶ Prima. omnis actus deliberatus habẽs finẽ malũ vel ocioſuz eſt malus.

¶ Secundo ſequitur. omnis actus virtualiter ⁊ implicite relatus in finem malum eſt malus. vt hebreus vult ſeruare vetus teſtamentũ. Ad hoc ordinat circuncisionem. extruit ſinagogam. fert et ſcindit lapides: non cogitando de actuali ſeruatione veteris teſtamenti: ſed implicite media ad hunc finem ordinat. ergo omnia illa media ĩplicite feruntur in malum finẽ. Eodẽ mõ de

gētilibus:iouē/herculē.vel huiuſmōi ſimlachra
colētibꝰ ⁊ ordinātibꝰ media ī idolorum cultum:
et ſic ferme tota vita infideliū eſt in peccato.hoc
eſt quaſi omnes actus eorum ſunt peccata. cui cō
ſonat gloſa marginalis ad Romanos decimo
quarto .omne quod non eſt de fide peccatum eſt
vbi dicit gloſa:omnis vita infidelium peccatum
eſt nichil bonum ſine ſummo bono: vbi deeſt a=
gnitio veritatis eterne.

¶ Tertio ſequitur. adiunctis manifeſtis .mul=
ti gentiles habebant actus moraliter bonos
hoc ex tertia concluſione et eius probatione pa=
tet :et amplius probatur.habuerunt recta iudi=
cia in ītellectu de agibilibus .et multi eorum cō
formiter egerunt rectis illis iudicijs non eſt ne=
gandum ab eis auxilium dei ſpeciale.et multi eo
rum ſciebant vnum eſſe deum:cui placere volue
runt in actibus ſuis.patet ex ariſtotele duodeci=
mo methaphiſice .et decimo ethicorum .et ple=
runqʒ in politicis.idem patet in ſeneca/ſocrate/
tullio/ fabricio/cathone maiore/⁊ alijs īnūeris.

¶ Quīto ſequitur.ad bonitatem moralem actꝰ
ſat eſt poſt generalem relationem habitaʒ: ꝙ ſit
in vltimum finem per actum volitiuum referibi=
lis in potentia propinqua .peccatum per actum
nolitiuum eſt in vltimum finē referibile. ſimili=
ter:aliquid quod eſt peccatuʒ de iure poſitiuo ꝓ
hibitiuo:poteſt eſſe actus bonus.et tunc eſſet na
tus referri i in vltimum finem.ergo in vltimum fi
nem talis actus eſt referibilis .ſed non in poten=
tia propinqua.nec ad maliciam ſufficit ꝙ in ma=
lum finem referri poſſit.

¶ Contra ſecundam concluſionem et aliquas ſe
quentes ar̄. Multi ſunt illitterati qui non refe=
runt hac relatione generali ſuos actus in deum.
ergo tales non merētur. tenet cōſequentia.talis
relatio per te requiritur ad bonitatem moralem
actus: tanꝙ circunſtantia finis: ergo ad boni=
tatem meritoriam actus. tenet conſequentia.
ſecunda bonitas ſuper priorem aliquid bonitatꝭ
addit .aſſumptum patet de plebeis: qui eccleſi=
as viſitant/orationes dicunt/de deo cogitant di
cētes/ benedicatur dominus:vel aliud ſimile :et
tamen non referunt.

¶ Reſpōdetur .iſti boni plebei explicite vel ī va
lore referūt. et quanto expreſſius tanto meliꝰ et
ſecurius .plebani qui eorum curam habent :de=
bent hoc eis detegere.aliqui eorum quibus hoc
nō ē detectū: īplicite et effectualit̄ oīa ī deū refe=
runt.vt volo ī oībꝰ ꝑere deo .ītēdo in oībus deo
inſeruire/intendo actibꝰ meis habere beatitudi
nem a deo .vel per aliquid ſimile. ¶ Item ha
bent multas relationes particulares : vni vni=
uerſali equiualentes/ vel meliores . debet ho=
mo eniti quantum poteſt actualiter ſuas opatio
nes bonas ī deū referre.bōitas meritoria nil ali=
ud addit ſuꝑ bōitatē moralē niſi acceptationē ad
vitam eternā.quilibet actus bonus moraliter eſt
bonus meritorie in habente gratiam poſt rela=
tionē generalē actuum in deum.

¶ Contra quartam et quintam concluſiones ſic
arguitur. ex hac via lex dei multū auxiliatur. et
pluries homines merebunt̄.et cum multis meri=
tis diſcedent.contra ſcripturā:arcta eſt via dei.

¶ Ad hoc ſuperius reſponſum eſt. ¶ Secundo
arguitur.diligat ſortes deum non habendo iudi=
cium in intellectu relatum illius dilectionis. tūc
ſic.ille actus non eſt bonus moraliter. quia defi=
cit ei ſua regula nec actus malus. ergo eſt actus
neuter:puta nec bonus/nec malus. ergo eſt me
dius per abnegationem. et per conſequēs actus
neuter. ¶ Reſpondetur:talis actus non eſt deli
beratus:quemadmodū ſunt multi alij actus ho
minū.vt fricare barbam:rumpere ſtramē.moue
re zonam ex habitu ⁊ imaginatione. ſed cum iſti
actus non ſunt deliberati:non ſunt humani. ho=
mo eſt homo. Ad hoc ꝙ actus ſuus dicatur hu=
manus per intellectū et rationem.

¶ Tertio arguitur per Gregoriū in quadā ome
lia. ⁊ recitamus in horis ad vſum romanum
in communi apoſtolorum . nam ſunt nonnulli
qui diligunt proximos.ſed propter affectum co=
gnationis carnis:quibus tamen in hac dilectio=
ne ſacra eloquia non contradicunt . ſed aliō eſt
quod ſponte impenditur nature : aliud qō prece
ptis diuerſis ex charitate debetur obedientie.hi
nimirum et proximum diligūt:⁊ tamen illa ſubli
mia dilectionis premia non aſſequuntur . quia
amorē ſuum non ſpiritualiter/ ſed carnaliter im
pediunt. ¶ Quarto arguitur.auctoritate Hiero
nymi in quadā epl'a ad Auguſtinum ſic ſcriben
tis.bonū eſt continētia: malum eſt luxuria. īter
vtrumqʒ indifferēs ambulare digerere alui ſter
cora:capitis naribus purgamenta proijcere:ſpu
ta reumatis iacere. hoc nec malū nec bonum eſt
ſiue enim feceris :ſiue non feceris:nec iuſticiam
habebis.nec īiuſticiam.

¶ Ad tertiū dicitur. eſt ſermo de dilectione na=
turali vel indeliberata. ſecundo intelligendo de
deliberata dico:actus eſt bonus moraliter et me
ritorius in habente gratiam.ſed ſi non referatur
ſpecialiter:non eſt magni meriti.paruum meritū
comparatiue non meritū vocatur. ſicut in euan
gelio dicitur: quaʒ mercedē habebunt illi qui di=
ligunt eos qui ipſos diligunt:cum ethnici hoc fa
ciunt.et tamen redamare amantē deliberate eſt
actus bonus.tertio hec auctoritas mltos aliorū
iuuare nō pot.nec auctoritas in.4.argumēto.qr
ponā hos actus de quibus Hieronymꝰ ⁊ Grego
riꝰ loquūt̄ poſt relationē v̄tualē ad eoꝝ ītētionē

¶ Similiter reſpondetur ad quartū.crebro in=
deliberate et ex habitu incedimꝰ.et reumate ad
cloacam capitis deſcēdente caput purgamus.et
cum hoc hieronymus dicere vult. aliqui ſunt ſta
tim noīata bona.vt cōtinentia.aliqua vero ma=
la.vt luxuria.3.ſunt'q ex ſe et ſua ratione non ha
bent ꝙ ſūt bona vel ſūt mala: ſed pn̄t ꝓpt̄ finē
rōnū bonū bn̄ fieri:⁊ ob malū male fieri. q̇s pōt
ambulare vt trāſeat ad furtū ita ꝙ furtū erit finis
implicitus ambulationis.vel celebrare in eccle=

ſia.et tamen manebit actus idē quo ad ſubſtan=
tiam.dixi ꝓpter finem implicitū. iſti actus ſpe=
cie diſtinguunt̄. volo incedere vt furer. volo in=
cedere vt celebrē in eccl'a. vt pʒ per diſtinctionē
ſpecificā obiectorū.in priori caſu inceſſio ſolū eſt
obiectū actus volēdi.nihil eſt obiectū volūtatis
niſi ꝙ ē actualiter volitū.ſi q̇s deliberate vult al=
uum purgare.ille actus eſt bonus. ⁊ ille finis qui
eſt obiectū eſt in alios fines vlteriores bonos re
ducibilis. vt volo aluum purgare : quatenus ſit
corpus diſpoſitū.volo corpus diſponi: vt prom=
ptius bene agam. ⁊ ſeruiam deo. ¶ Iam pau=
cis epilogabo materiā.nec ad actū moraliter bo
num nec meritoriū bonū requirit̄ relatio actua=
lis in finē vltimū ſufficit vna generalis relatio in
illum finem ſemel in vita. ſi non ponat̄ oppoſita
dummodo actus ſuos actuales referat dummo=
do tenetur.et poteſt hō tripliciter tunc viam eli=
gere:vnomodo requirit̄ aliqua talis relatio in fi
nem vltimū ad hoc ꝙ actꝰ dicatur moraliter bo=
nus.alias eſt malus moraliter. ſed conſequenter
dicendo qui nullā noticiam habet de deo vero:
nullū actū moraliter bonū elicit. Secunda via:
non req̄ritur relatio aliqua generalis in finē vlti
mum ad hoc ꝙ actꝰ dicatur moraliter bonꝰ:ſa=
tis eſt ꝙ referatur in finē creatū. ſed talis actus
non erit meritorie bonus et ſic non datur mediū
inter actū moraliter bonū et moraliter malum.
bene medium inter actū meritorie bonū ⁊ malū.
hanc viam ſecuti ſumus. Tertia via poteſt hic
ponere actū indifferētē. tamen infideles vel he=
retici falſos ponētes fines vltimos: eliciunt ac=
tus qui ſunt peccata.⁊ hoc eſt ī actibꝰ quos ordi=
nant explicite vel implicite in tales fines. et ſic
rum ſucceſſiue non tamē in eodē tēpore. ¶ Contra hoc arguitur. Utamur hac hora pro tempore preſenti in cuius priori medietate actꝰ erit bonꝰ: in poſteriori malus iam in eodē tēpore preſenti. Sed dicis hoc non eſt in eodē tēpore adequato: vel inſtanti: et placet non implorare auxiliū ſecularīū pro his que dicemus Arguitur ſic. De actu exteriori qui imperat a duobus actibus interioribꝰ vno bono: et alio malo: vt in materia de auxilio ſuperius diſputauimus. ¶ Secūdo arguit ad idem Sephora et Phua obſtetrices ſimul fecerūt actū meritoriū / ⁊ demeritoriū. ꝙ actū demeritoriū fecerūt. ptꝫ Exodi p̄mo dicētes Pharaoni. non ſunt Hebree ſicut Egyptie mulieres. ipſe enim obſtetricandi habēt ſcientiā: et priuſꝙ veniamus ad eas pariūt. ergo mentite ſunt: ⁊ earū actus erāt mali: qꝛ mendaciū inuolutā maliciam habet: et tamē pro illo actu erant p̄miate: qꝛ eis edificauit deus domos: vt dicit littera. Reſpōdetur de actu exteriori imperato nō eſt incōueniēs ꝙ ſit meritorius / et demeritoriꝰ in eodē tēpore adequato. ¶ Sed tunc dices probatio ꝯcluſiōis ſi aliqd ꝯcludat idem inconueniēs deducit de actu exteriori: ſicut de interiori. puta ꝙ actus eſt dignus p̄mio eterno: ⁊ pena tēporali. Iſtud nō vincit: qꝛ pro actu exteriori: nec datur ſuppliciū: nec premiū vltra penā: et premiū actꝰ interioris. vt in decimaſeptima diſtinctione primi probatū eſt Secus eſt de actu elicito de quo loqmur. Secundo poteſt homo dicere ꝙ ille actus exterior nullomodo eſt bonus: nō ſufficit ꝙ ab actu interiori bono partialiter emergat. ad hoc ꝙ bonus denominet: ſed oportet ꝙ ab actu interiori p̄ciſe bono prodeat: ⁊ pōt eſſe replica quicqd dicatur de actu elicito volūtatis: ⁊ imperato ſimul: vt volo diligere deū propter inanē gloriā. et volo diligere deū propter deū: iam illa dilectio eſt actus elicitus. ⁊ cum hoc imperatus. Sed quicqd ſit de illo cōtra concluſionē non pungit. ¶ Ad ſecundū nego ꝙ idem actus erat bonus / et malus in obſtetricibus. habeant varios actus: ſcilicet bonos et malos pro bonis deus eis reddidit p̄mia: ſcilicet domos qꝛ cōuerſe ſunt ad fidē et cōiuncte matrimonialiter cū habētibus domos peccarūt mentientes: ⁊ pro mēdacio nihil boni dabat a deo: ſꝫ propria affectione de ſeruādis paruulis. ¶ Tertio arguit. ꝯtra eandē concluſionē. p̄cipiat deus ſorti diligere eum duobus gradibus prohibēdo ei diligere eum vltra duos gradus: diligat ſortes deū vltra duos gradus: vt puta quattuor gradibus tunc ſic: iſte actus eſt meritorius: et idē eſt demeritorius. ergo propoſitū. ꝙ ſit demeritoriꝰ patet. ⁊ ꝙ ſit meritoriꝰ arguitur ſic. Aliqua pars eius ē meritoria: ⁊ nō eſt potior ratio de vna parte ꝙ̄ de alia. ergo q̄libet pars eius eſt meritoria: et per conſequēs totus actus eſt meritorius.

¶ Quarto arguitur ad idē. pro aliquo actu dat gratia: ⁊ ille actus ad peccatū mortale eſt imputabilis: ergo idē actus eſt meritorius ⁊ demeritorius. Aſſumptū arguit: ponendo ꝙ ſortes capiat corpꝰ chriſti in vno tēpore ſcilicet a / in cuiꝰ priori medietate ſit in peccato mortali: in poſteriori deteſtetur illud mortale. caſus eſt poſſibilis. poſtea ſucceſſiue capit. ergo ſtat ꝙ homo ſit in peccato mortali pro vna parte tēporis: ⁊ in alia parte erit in gratia. In priori parte tēporis indigne capit: et per conſequēs iudiciū manducat. prime Corinthioꝝ vndecimo. In ſecūda parte tēporis eſt in gratia. g̊ tūc digne capit corpꝰ chriſti. Sꝫ hic dicis: ſicut dicendū eſt. meretur in vna parte temporis: ⁊ demeretur in alia: nec hoc eſt cōtra concluſionē. ¶ Contra. Iſte habebit totā grām eucharíſtie cum eſt bene diſpoſitꝰ tēpore quo eā capit: ⁊ gratia euchariſtie ꝯfertur homini ſucceſſiue ſecundū ꝙ homo capit: ⁊ ſi hō eſſet in gratia ſucceſſiue dabitur ei gratia virtute operis operati: ſicut virtute operis operātis. ¶ Ad tertiū reſpondetur admittēdo caſum nego ꝙ tunc idē actus eſt meritorius / ⁊ demeritorius: diligat eum remiſſe ſicut poterit ne trāſgreſſor p̄cepti iueniatur: ꝙ ſi ponas ꝙ p̄cipiat ſorti diligere eum duobus gradibus adequate: et non pluribꝰ neqꝫ paucioribꝰ niſi habeat duos gradus diligēdi: tūc caſus eſt irrationabilis cuiꝰ cauſa eſt: quia non poteſt ꝯſtare ſorti de impletione illiꝰ precepti: neqꝫ de trāſgreſſione eiuſdē: quia fugit nos quot gradus habemꝰ in actu: ſed ſi daret ſorti noticiā diſtinctā. De noticia iſtorū graduum eſt replica. ponendo ꝙ habeat quattuor gradus. duo gradꝰ ſūt meritū: ⁊ eſt par ratio de quibuſcunqꝫ duobꝰ gradibus. ergo nihil eſt dictū. ¶ Ad ſolutionē argumenti. Reſpōdetur: talis in iſto caſu eſt in peccato mortali: et per conſequēs nulla pars actus eſt meritoria: ſed illud nō ſatiſfacit: quia ponatur ꝙ prohibeatur ſub pena peccati venialis: ⁊ tunc dicitur vel ſucceſſiue elicit: vel in inſtanti. ſi ſucceſſiue duo primi gradus eliciti ſunt meritorij: ⁊ reliqui demeritorij. ſi in inſtāti oēs illos gradus eliciat. illic non eſt ciuitas refugij: ſed vltra Iordanem ad duas tribus cum dimidia ciuitas refugij habeatur ꝙ duo gradus de q̄bus deo placet acceptantur: ⁊ alij duo ſecundū beneplacitū dei imputantur ad culpā: et hoc ſi p̄cipiat elicere duos gradꝰ: et ꝓhibeat elicere vltra duos. ¶ Ad quartum inter arguendū reſpōſum eſt ad magnā partem argumēti: in cuiꝰ calce multa ambigua aſſumuntur. Et pono ꝓpoſitiōes. ¶ Prima. Pro actu meritorio virtute operis operātis deus infundit gratiā ſui ſucceſſiue vel in inſtāti ſecūdū ꝙ homo meretur. ¶ Secūda propoſitio. Deus nō infundit gratiā que confertur virtute operis operati ſecundū tēpus in quo capitur ſacramentū: neqꝫ ſcōm quantitatē ipſius ſacramēti. qꝛ da oppoſitū. Tunc tarde capiens euchariſtiā vel magnā hoſtiā plus gratie habebit virtute operis operati ꝙ̄ celeriter eam capiēs: vl' magnā hoſtiam: qd̄ non eſt dicendū. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Dubiū eſt an deus gratiā cōferat virtute operis operati in diſpoſito capiente ſacramentū. dato ꝙ ſit diſpoſitus in breui mora illius tēporis. Si dicat ꝙ ſic

quod eſt probabile: ⁊ nunc dat in p̄ncipio: ⁊ nūc dat in fine: ⁊ videt caſum futurū iſtius capientis dat ei totam gratiam ſacramentalem quando ē in gratia: quia videt eum indiſpoſitum pro alia parte temporis: ſecus eſt de gratia que confertur virtute operis operantis. ¶ Probabile eſt etiaꝫ ꝙ deus dat ſucceſſiue gratiam virtute operis operati: toto tēpore quo quis capit euchariſtiā ſic ſcilicet: ꝙ deus equaliter magnā gratiā cū magna hoſtia: ⁊ parua. ita ꝙ tantum gratie dat cum parua particula parue hoſtie ſicut cum maiori particula maioris hoſtie. Et quicquid dicatur in omnibus iſtis: non habetur ꝙ quis ſimul mereatur / ⁊ demereatur. ¶ Quīto arguitur ſic. Pro aliquo actu facto ī peccato mortali confertur gratia: et nulli confertur gratia niſi pro actu meritorio. ergo idem actus eſt meritorius / ⁊ demeritoriꝰ: qd̄ erat probandum. Aſſumptum patet. Suppoſito ꝙ aliquis velit baptiſari complacendo in peccato mortali cui poſtea peccatum mortale diſpliceat poſtꝙ̄ eſt baptiſatus: tunc iſte habebit gratiaꝫ baptiſmalem. ergo propoſituꝫ. ¶ Sexto arguit Poſito ꝙ precipiatur ſorti diligere deum ante a. inſtans et ſortes incurrat amentiā vel ebrietateꝫ ante a / īſtās pure ſucceſſiue: ſic ſcilicet ꝙ nihil rationis habeat in a / inſtanti: ſed immediate ante a / inſtās tenendo etiam facta in ebrietate nō imputabilia: ⁊ in omiſſionibus homo non primo omittit in inſtanti terminante tempus: ſed in tempore terminato ad illō inſtās. ¶ Ad iſtas rōnes alibi reſponſum ē: vide ī quarto. ¶ Septio arguitur. Iſte actꝰ ē meritoriꝰ / ⁊ demeritoriꝰ. Uellem occidere iſtum ſi nō eſſet ꝓhibitum: igitur. Aſſumptū patet: qꝛ ē demeritoriꝰ ꝙ auctoritate ꝓpria quempiā occidere vellē: ⁊ ē meritoriꝰ: ⁊ ad hoc ſufficit ꝓbare ꝙ ſit moraliter bonꝰ: ſed pono ſortē habere cetera requiſita ad meritum. qd̄ patet: quia iſte abſtinet ab actu propter preceptū dei. ergo actꝰ ſuus nō ē malus. Eodemmodo argumentari poteris. Noles celebrare horas canonicas ſi non eſſet preceptum. ¶ Pro materia argumēti dicit. multipharíā quis poteſt habere tales actus. Unomodo ſic ꝙ hō habet volitiones cōditionales a exeundum in opus: ſed quia deeſt ei facultas ad exeundum in illud: ita ꝙ per eum non ſtat: et de talibus actibus iam ē difficultas: vt vellē alere inopes ſi ſuppeditarent facultates vellem occidere ſortem ſi poſſem. Alij ſunt actꝰ conditionales in aere: vt ſi eſſem rex vterer tali conſilio: ⁊ ſic habenas regni moderarer: ⁊ adhuc iſti actꝰ ſūt boni: ſuppoſito ꝙ bene ſceptrū regni (ad ꝙ nullam apparentiam habet) dirigere vellet: cum anima noſtra inſtar rote molendini vel galli / erei ī turbine mouetur: crebro in tales actus nobis impertinentes eximus: ⁊ potiſſimum melancolici imaginationem fortē habētes: nec illud vicio ſemꝑ ē dandū qd̄ dulcedīe imaginandi caſtra in heſperia vltīa (vt aiunt) itinera tedioſa vel multa ſimilia ſine anxietate pertranſeunt multos noſtrum ad h̄ experientia doctos ſuſpicor. Alij ſunt actus de quibꝰ ē maior difficultas vt nollem dicere horas ſi non eſſet de precepto. Uellem eum occidere: ſi non eſſet prohibitū: ⁊ a nullo iſti actus damnantur tanꝙ̄ mali. Rationabilius eſt cuꝫ cōmuniter loq̄ntibus dicere eos eſſe bonos. Iſtud nolle nō retrahit a dicendis horis. nec iſtud velle ad homicidium: ⁊ qd̄ amplius eſt non impedit: nulla inter iſtos actus eſt incompoſſibilitas. nolo occidere iſtum: et velleꝫ iſtum occidere. ſi non eſſet prohibitum: ſicut habemus volitiones cathegoricas: vt volo eum percutere ita actus voluntatis habemus ſuper obiecta cōditionata cadentes.

¶ Diſtinctionis. xlij. Queſtio. 8.

REſtat pauca inquirere de peccato veīali. Circa quod quero hūc titulum queſtionis: an vēiale pōt eſſe mortale: ⁊ de diſcrimine inter veniale ⁊ mortale. Supponatur ſicut in ciuilibus. Aliqua ſunt delicta pro quibus vltimū ſupplicium: et mors ī fligitur. Aliqua ſunt errata minutiora que minutioribus penis mulctantur: ſic in foro dei tranſgreſſio pauca ſi eternus cruciatus infligitur mortalis appellatur: vel inferretur. ſi quis penitudine non ducatur: quelibet alia tranſgreſſio vocat venialis. Hoc ſuppoſito: ponā duas cōcluſiones ¶ Quarum prior eſt. Ueniale peccatum poteſt eſſe mortale: aliqui titubuantes: et ſeipſos non intelligentes poſtꝙ̄ veniale poſſe eſſe mortale fatentur non audent confiteri ꝙ illa res que eſt veniale peccatum vnꝙ̄ in mortale labatur. qꝛ tunc ꝙ dicunt res de ſpecie eſſentiali in ſpeciem eſſentialem migraret: ⁊ non ſolum plebei theologi h̄ dicunt: ſed populares. Sed probatur concluſio aſſumpta. Ueniale poteſt eſſe mortale ſecundum communiter loquentes. ergo hoc quod eſt veniale vel poteſt eſſe veniale. poteſt eſſe mortale per explicationem termini: ⁊ ſi poteſt eē ponatur ineſſe.

¶ Sed dicis: modus vulgaris intelligit ꝙ vēiale poteſt eſſe mortale: ſicut dies poteſt eſſe nox: quia poſt diem ſequitur nox. vere in nullo ſenſu homo poteſt eſſe bos: ſed de hoc non contendamus.

¶ Aliter arguitur ad cōcluſioneꝫ: prohibeat deus aliquid in prima medietate hore ſub pena peccati venialis. in ſecunda medietate hore ſub pena peccati mortalis committat ſortes actuꝫ per totam illā horā iam in priori medietate hore peccat venialiter. et in ſecunda medietate hore mortaliter: igitur propoſitū. ¶ Tertio arguitur. ſecūdum legem poteſt eſſe aliquod peccatum veniale quod ſortes committit: vt puta velle mentiri: ⁊ ipſo continuante actum libere dictet ⁊ ſua conſcientia ꝙ mortaliter peccat. Iam palaꝫ ē ꝙ mortaliter peccat: et tamen eſt idem actus numero ¶ Quarto arguitur ſic. Faciat ſortes aliquid ī occulto quod ē vēiale. in ꝓpatulo factū erit peccatū mortale. ponant aliqui ſuperuenīētes: ⁊ ſcā

daliſati in hoc facto. pone continuationē actꝰ interioris / ⁊ exterioris: ⁊ cetera q̄ promouēt robora argumēti: iā quod erat veniale eſt mortale.

¶ Quinto arguitur. Faciat ſortes aliquod furtū veniale neſciens eſſe ſacrilegium ipſo continuante actū ſciat rem eſſe ſacram: nō obſtante tollat eam. Jam quod erat veniale erit mortale.

¶ Sexto arguitur. Jdem actus elicitus ſucceſſiue poteſt eſſe bonus ⁊ malus: etiam mortifere. ergo a fortiori actus venialis poteſt eē mortalis

¶ Septimo arguitur. Jdem peccatum prīo fornicatio: et poſtea adulterium: ⁊ ꝑ conſequens primo minus grauis: ⁊ poſtea grauior: ergo veniale poteſt eſſe mortale. Conſequētia tenet. probatur antecedens: ponendo ꝙ ſortes habeat iſtam volitionem: volo cognoſcere hanc mulierē demonſtrando mulierem ſolutam: ipſo continuante actum contrahat ipſa matrimonium per verba de preſenti ſine ſponſalibus: iam actus qui pͥus erat ſimplex fornicatio: ⁊ peccatum minus. efficitur poſtea hoc vinculo matrimonij per grāde delictum. ſuper hoc vlterius patebit aliquid in primis motibus. Non adduco plures probatiōnes ad hanc concluſionē quicquid dicāt alij. certum eſt apud intelligentem philoſophiā ꝙ veniale ⁊ mortale ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime entitatiue indefinite / ⁊ ꝑticulariter: vt loquutus ſum: ⁊ ſcandalum: ⁊ non ſcandalum peccatum occultum ⁊ publicum eiuſdem ſpeciei in genere nature vel entis: quicquid multi ſomniantes dicant.

¶ Circa ſecundum queſitum in titulo queſtionis dicitur ꝙ non poteſt dari vna regula. Non ſufficit dicere. per hoc differunt: quia mortale tollit gratiam: ⁊ veniale ipſam non tollit: licet hoc ſit verum per hoc nichil cognoſcitur.

¶ Secundo non ſufficit dicere more aliquoꝝ ꝙ mortale eſt immediate contra deum ⁊ veniale cōtra ꝓximū vtrūqꝫ ſtat dare ꝯ ꝓximū. Nō inſiſto in refellendis varijs modis dicendis friuolis in hac parte. Propterea dicitur ꝙ nō datur vna regula: ſed oportet currere ad precepta iuris nature dei: ⁊ ſuperiorum hominum: ⁊ videre in quibꝰ eſt tranſgreſſio mortalis: ⁊ in quibus venialis: qꝛ et mortalia / ⁊ venialia in materia mendacij voti homicidij furti / luxurie: ⁊ in ceteris id genꝰ inuenies: ⁊ iſtud prouenit propter multitudinē materiarum occurrentium: ita ꝙ vna circunſtantia peccatum auget / aliam materiam attenuat. Et probatur iſtud per locum a ſimili: ⁊ per neceſſitatem docti viri ad curam animarum requiſiti. Si peteres a phyſico naturali quis morbus inducit mortem. ¶ Reſponſionem generalem nullā habere potes cū aliqui lenta febre: ⁊ parua tertiana vitā in mortem cōmutant. Aliqui Nephreſim colicā: immo iliacam que eſt deterior pleureſim et epydimiā euadunt Oportet tangere pulſuꝫ adire laborantē videre do ſuperflua prie ⁊ ſecunde digeſtionis. Sic eſt de phyſico ſpirituali quem hic medicum vulgo appellamus. oportet ꝙ videat impulſum quem habuit peccator ad delinquēdū audire circunſtantias per linguā non erubeſcendo de fetoribus / ⁊ ſordibus quas in cōfeſſione alter detegit: quare opus ergo erudito ad concionandū: ⁊ nullus ita ſcite verbū dei euangelizabit iſtis ſicut ille qui patientem in cōfeſſione cognouit ſecundum verbuꝫ chriſti. Si cecꝰ cecū ducere debeat: ambo in foueā cadunt. ¶ Sed contra iſtud arguitur. quilibet quodlibet peccatū tenetur euitare ſub pena peccati: ⁊ mortale tenet euitare ſub pena mortis: veniale ſub minori pena. ergo tenetur quodlibet cognoſcere eſſe tale: quia non bene euitatur niſi cognoſcatur.

¶ Reſpondetur negando conſequentiam: licet ſit in ea color quando homines dubitāt inquirāt ab alijs: ſi exponant ſe diſcrimini eis īputabitur. Propterea: ſcientia multum conducit ad iſtos anfractus cognoſcendos: quia tunc peccatorū vortices homo ſagacius euadit: etiam in multis poſitiuis ignorantia inuincibilis excuſat.

¶ Circa hanc q̄ſtionē aliquas dubitationes mouebimus. ¶ Prima dubitatio: an peccatū dicat vniuoce de mortali / ⁊ veniali.

¶ Secundo dubitatur. An peccatum veniale ſit contra preceptum dei. ¶ Tertio dubitatur. An veniale per aſſuefactionem peccatum mortale faciat. Quarto queritur. de illa diuiſione venialis in fenuꝫ / lignum / ⁊ ſtipulam.

¶ Quinto dubitatur vbi ⁊ quomodo punietur ille q̄ cū originali / ⁊ veniali decedet ¶ Sexto dudubitatur: an quis poteſt committere veniale: ne frater eiꝰ peccet mortaliter. ¶ Septimo: an de duobus malis minus eligendum eſt. ¶ Octauo: an aliqua culpa venialis in alio ſeculo dimittat

¶ Nono dubitatur: an volens peccare venialit peccet mortaliter. ¶ Ad primum dicitur: ꝙ peccatum dicitur vniuoce de mortali / et veniali. patet ꝑ diffinitionem quācunqꝫ peccati eſt actꝰ difformis rationi recte: ⁊ licet pctm̄ mortale ſit grauius veniali: tamen non plus participat rationē peccati q̄ꝫ veniale: vt in ſimili patet: licet homo ſit perfectior entitatiue boue: tamen non plus ꝑticipat rationem animalis q̄ꝫ bos: ſic eſt in ꝓpoſito. ¶ Ad ſecūdū: placet multis dicere ꝙ peccatum mortale non eſt prohibitum: ſed cohibitum placet alijs dicere ꝙ non eſt contra legem dei: ſꝫ preter legē dei. Jſtud eſt ſolū certare de nomine ⁊ multiplicare ſine ſententia multa vocabula.

¶ Propterea vno verbo dicitur. peccatum veniale eſt contra legem dei. Deus prohibet aliquid ſub pena peccati mortalis: ⁊ illius p̄cepti labefactio eſt peccatuꝫ mortale. aliquid ꝓhibet ſub pena peccati venialis: ⁊ illius p̄cepti trāſgreſſio eſt ſolū venialis ſicut in foro ciuili ꝓhibetur homicidium ſub pena mortis. prohibetur furtū ſimplex prima vice ſub pena verberis: ⁊ tn̄ vtraqꝫ iſtarū tranſgreſſionum in foro exteriori ē ꝓhibita: igit

¶ Ad tertium dicitur ꝙ non. Probatio: ſi primꝰ actus mētiēdi iocoſe ſit peccatū veniale ſecundꝰ ſimilit pctm̄ veniale: et ita de q̄libet alio actu habitum ſequente: ⁊ ſic ſola conſuetudo nō facit de veniali mortale. ¶ Sed cōtra hoc arguitur. per illud quod habetur vigeſima quinta diſtinctione vnum §. alias ante me. ¶ Reſpondetur. ſola conſuetudo non facit illud: ſed frequenter conſuetudo eſt cauſa illius circunſtantiam mortaleꝫ inuoluens: faciens hominem ita propenſum ad illum actum: ita ꝙ interdum habet hoc propoſitum ꝙ non cōtineret ab illo actu prohibito q̄n eſſet peccatum mortale: ⁊ ſic intelligitur illud commune Auguſtini ꝙ nullum peccatum eſt adeo veniale quod non fiat mortale dum placet; vt patet vigeſima quinta diſtinctione: vnum orarium §. Criminis. ¶ Ad quartum quod tangit apoſtolus pͥme Corinthiorum tertio. inquiens. Si quis autem ſuperedificat ſupra fundamentum hoc aurū argentum / lapides precioſos / ligna / fenum / ſtipulam / vniuſcuiuſqꝫ opus manifeſtum erit. Baſim hanc explicuit chriſtū: vbi gloſa Auguſtini hec tria edificāt cōtemptores ſeculi / qui ſua omnia pauperibus dant. per ligna venialia maxīa. per ſtipulam minima: per fenum mediocria ītelligantur. Q̄ꝫ venialia intelligat patet per litterā ſequentem: ipſe autem ſaluus erit: ſic tamen quaſi per ignem. ¶ Quinto dubitatur de originali et veniali. Beatus Thomas in prima ſecunde negat caſum poſſibilem de lege: ⁊ coloratur negatio caſus: licet ante annos rationis homo nō baptiſatus ſit in peccato originali cum adoleſcit ⁊ ratione vtitur tenetur ad ſuſceptionem ipſius ſacramēti baptiſmi quod ſi non ceperit mortaliter peccat: ⁊ ſic ſi decedat in pctō actuali ī mortali decedere neceſſe eſt.

¶ Cōtra iſtud ſic argumentor: datur iuueni cum primum ad annos diſcretionis venerit tempus induciarum. vt de qua lege eſſe voluerit conſideret. ꝙ pro illo tunc non obligatur ad actus preceptorum affirmatiuorum Stat tamen talem contrauenire precepto negatiuo de furto veniali vl̄ de aliquo alio veniali cui conſcīa dictet ꝙ ꝑpeꝛam agit: cum ponatur iaꝫ in vſu rationis. g̃ tūc venialiter peccat. Primo pono ꝙ tunc occūbat vel qualitercūqꝫ decedat. Jſte decedit ī originali / ⁊ veniali. ergo ꝓpoſitum

¶ Propterea videtur rationabilius ꝙ caſus eſt de lege poſſibilis: ſed caſu admiſſo cōtra euꝫ arguitur ſic (tenendo ꝙ veniale temporanee punit in alia vita) vel iſte quando decedit ibit ad infernum: ⁊ tunc ſuo peccato illic expiato puerorum limbum adibit: ⁊ ſic aliquis ab inferno liberabit vel punietur in purgatorio primo: et tunc ſequit ꝙ aliquis punitꝰ in purgatorio perpetuo puniet qꝛ pena dāni. iſte punietur perpetuo ī pueroꝝ limbo poſt penam venialis perpeſſaꝫ. ¶ Rn̄det. locus nō ſolū facit ad penā: ſi aīa beati Petri eſſet in igne inferni non puniretur: ⁊ aliqui ſpiritꝰ ī eodem igne magis aliqui vero minus puniunt Similiter demones in hoc mūdo exiſtētes puniuntur. ¶ Scđo dicit: ꝙ talis puniet prīo ī purgatorio ꝓ veniali qđ nō cōiūgit mortali: poſtea adibit limbum puerorum: ⁊ ſola damni pena pūiet.

¶ Ad ſextaꝫ dubitationē dicitur: ꝙ nō charitas incipit ab ip̄o habente. hō citius tenetur veniale euitare in ſe q̄ꝫ qđcūqꝫ peccatū in alio. Nec ſtāt dare caſum in quo quis faciens circa fratrem qđ poteſt ad retrahendū eū a peccato ꝙ peccare venialiter neceſſitabitur. ¶ Sed ꝯtra hoc arguit. Quis poteſt venialiter peccare āteq̄ꝫ occidatur quod patet: ſi occidetur non amplius merebit: et habet probabilitatē moralē: ꝙ bene viuit: ⁊ multum merebitur. ergo iſte conſulto ſuam vitā prolōgādo mētitur venialiter. ¶ Et confirm at hec rō per apoſtolum qui cupiebat eſſe anathema ꝓ fratribus ſuis. ¶ Tertio ſic arguitur. Aliquis rationabiliter poteſt velle ſufferre penam peccato veniali debitam ad hoc qđ euitetur mortale ī fratre: ergo poteſt velle peccare venialiter: ſi poteſt velle ꝯn̄s. quare non poterit vel antecedens.

¶ Ad primum iſtorum nego antecedēs: ad Romanos tertio. Non ſunt facienda mala: vt inde eueniant bona. citius mille genera mortis ꝑferre debet anteq̄ꝫ peccet: ⁊ deum offendat.

¶ Ad ſecundum: apoſtolus cupiebat eſſe anathēa ꝓ fratribꝰ ſuis. Romanorum. 9. Hoc intelligitur pro tempore in quo perſequebatur chriſtianos ex zelo legis iudaice. Actuum octauo. ſic etiam poteſt exponi ꝓ tempore poſt conuerſioneꝫ ſuam in quo predicabat fidem in quo optabat ſeparari a chriſto per dilationem ſue glorie: vt operam daret de iudeis conuertendis. ſecundum illud ad Philip. primo. deſiderium habens diſſolui / ⁊ eē cum chriſto: permanere autem in carne neceſſarium eſt propter vos. Et Romanoruꝫ nono. Optabā enī egoipſe anathema eſſe a chriſto pro fratribus meis qui ſunt cognati mei. ſecūduꝫ carnem / qui ſunt iſraelite: vbi Gloſa interlinearis primam dat expoſitionem ſecundum carneꝫ dicit eadem Gloſa. de tribu Beniamin: de qua erat apoſtolus.

¶ Ad tertium concedo aꝯ̄s / ⁊ nego conſequentiam. Jnterdum homo licite vult conſequens: non autem antecedens: ſicut Carolus magnus voluit habere Rolandum: ſed non modum quo habebatur: ⁊ mater magiſtri ſententiarum volebat habere filium quando videbat cum reipublice chriſtiane apprime vtilem: et tamen non volebat antecedens ad hoc puta modum per quē producebatur: ſaltem rationabiliter volendo ſicut loquimur: quemadmodum aliquis vult antecedens rationabiliter nolendo conſequens vt pꝫ ī hac ꝯn̄a: ſortes penitet: ergo ſortes peccauit.

¶ Ad ſeptimū diſtiguo: vel de duobus malis pene: ⁊ ſic pōt eē verū: vel de duobꝰ malis culpe: et ſic negatur nullū malū eſt eligendū ſꝫ minꝰ malū eſt minꝰ fugiendū. Uel ſic: de duobꝰ malis culpe minus eſt eligendū capiēdo abuſiue comparatiuum ſic q̄ꝫ exponat ꝑ ſuū oppoſitū. Nec ſtat dare caſū vnq̄ꝫ qđ dictū ē q̄n hō pōt euadere a pctō

¶ Sꝫ ꝯtra iſtđ arguit. 13. diſtinc. dicit Gratianꝰ ca. Jtem. ꝙ aduerſus ius naturale nulla diſpenſa

tio admittitur: niſi forte duo mala ita vrgeant: vt alterum eorum neceſſe ſit eligi: ⁊ ĩ ca. duo mala dicit: licet omnino cautiſſime ſint ꝑcauēda: tñ ſi ꝑiculi neceſſitas vnũ ex his ꝑpetrare ꝯpulerit ⁊ debemus ſoluere ꝙ minori nexu noſcitur obligari: ⁊ illud erat ordinatum ĩ cõcilio Tolletano. ¶ Ad primũ dicit. in primo capite duo ſunt minus bene dicta. Unuꝫ ꝙ circa ius naturale cadit diſpenſatio. Scđ'ꝫ ꝙ alterum illorum malorum neceſſe ſit eligere: qꝛ ſic eſſet perplexitas ſm veritatem in lege diuina / quod eſt falſum. Non negamus ꝙ aliquis poteſt eſſe perplexꝰ ex ſuo delirio in lege diuina: vt ſi habeat conſcientiam Judeus ꝙ Chriſtus erat occidendus. tunc peccaſſet chriſtũ occidendo: ⁊ eum non occidendo peccaſſet contraueniendo ſuo falſo iudicio ſi hõ faciat quod in ſe eſt ſemper ſufficientẽ aperturam inueniet: ne in pctm̃ incidat conſulendo ſapientes non oberrabit ſicut Judei tenebant adherere teſtimonijs prophetarum ⁊ patriarcharum ꝙ iam meſſias venerat ꝓmiſſus in lege. ¶ Sed cõtra hoc arguitur. Si homo haberet vnum panẽ paruum de quo poteſt releuare ſolum indigentiam vnius: tunc erit perplexus in pctõ cuicunqꝫ dederit. Si det patri hꝫ motiuum in oppoſitum ꝙ debet diligere illud quod eſt aliquid ſui. mõ filius ẽ aliquid pr̃is: ⁊ non econuerſo. 8. Ethicorum. ſm Ariſtotelẽ. ¶ In oppoſitũ habet motiuũ. Magis filius a patre dependet q̃ econuerſo: ſed magis eſt inclinatio rei ad illud a quo dependet q̃ ad illud a quo nõ depẽdet. ¶ Iteꝫ: plura beneficia accepit a patre q̃ a filio. ergo talis vtriqꝫ habet rationem: ꝙ quicquid facit peccabit omittendo. Non valet dicere ꝙ ꝯſulendi ſunt ſapientes ĩ illo caſu: quia interea temporis vterqꝫ media extinguetur. ¶ Reſpondetur: ſi aliquid mali contingit hoc ex ſuo delirio ei euenit. ¶ Secundo dicitur: ꝙ debet panem hunc porrigere patri filio relicto: licet naturalꝰ filium diligat tanq̃ effectuꝫ eius q̃ patrem: ⁊ motiua ad patri ſuccurrendum ſunt maiora. Nec eſt de iure nature filio ſuccurrẽdum in illo caſu. ¶ Tertio dicitur quando hõ eſſet dubius: et patri ſaniori lubens condeſcenderet quicquid agit ex errore inuincibili omnis peccati expers euadit. potiſſimum hõ ineruditus de quo loquor. ¶ Ad octauum reſpondetur. hic ſũt poſitiones oppoſite: vt Magiſter in vigeſima ꝑma diſtinctione dicit: ſed magis codeſcendo in illam partem ꝙ veniale poteſt remitti in alio ſeculo. ¶ Ad nonum dicitur. ꝙ conſentiens in actum peccati venialis quem ſcit eſſe venialem ſolum venialiter peccat. ad quod propoſitum mortaliter peccaret: cum materia ẽ prohibita ſub pena peccati venialis ſolum. ⁊ hoc cõſtat iſti. ğ habetur ꝙ veniale volens facere ſcitum eſſe tale ſolum venialiter peccat: et iſtud palaꝫ eſt de eo cui placet ille actꝰ q̇ eſt venialis. Diſplicet ei tñ ꝙ ille actus ſit venialis vellet illũ actũ nõ eſſe peccatum ſed hic eſt magis difficultas: volo peccatuꝫ veniale facere: quia actus volũtatis cadit ſupra connotatũ termini: et hoc eſt loqui de illo: qui facit peccatũ veniale cui placet illud peccatũ eẽ veniale: nec videtur ꝙ iſte peccat mortaliter: adhuc ſtat ꝙ ſi ſciret eſſe mortale non vellet illud facere et ſcit illud eſſe prohibitum ſub pena peccati venialis. quare ergo peccabit mortaliter: licet placet ei ſub ea ratione qua eſt pctm̃. Non debemus aliquid reputare pctm̃: niſi vbi motiuum ſufficiens ad hoc habemus. ¶ Decio adhuc dubitatur penes quid peccatorum magnitudo attenditur. ¶ Undecio dubitatur. An omne peccatũ ſit contra vnum preceptũ decalogi. ¶ Duodecio dubitatur. penes quid peccatorum diſtinctio ſumitur.

¶ Ad primum: triſta eſt diſtinctio ꝙ vnuꝫ peccatum eſt maius alio extẽſiue: quia circa plures extenditur vnum peccatũ eẽ maius alio occaſionaliter: ⁊ originaliter. quia eſt origo pluriũ peccatorum: ſed de talibus membris non eſt nobis cure loquimur ſolũ de magnitudine intenſiua: nõ ſolũ capiẽdo ĩtẽſiue ſicut in materia de intenſione ⁊ remiſſiõe forme: ſꝫ vnũ peccatũ ẽ maiꝰ alio intẽſiue: quia abominabiliꝰ maiori difformitati ẽ ĩnodatũ: vl' pluribꝰ difformitatibꝰ ẽ inuolutum hoc eſt contrauenit pluribus legibus: non ob aliud ſr̃ minor plus peccat comedendo carnes ĩ paraſceue q̃ die iouis: eccleſia propt̃ paſſionẽ xp̃i in quadrageſima prohibuit eſum carniũ: ⁊ ſpãliꝰ illo die quo paſſus eſt. Etiã hoc ẽ iure cautũ quolibet die veneris anni. hoc habet etiam ex ſua profeſſione: ⁊ ſic hoc adhuc ex voto haberet / grãdiꝰ eſſet peccatũ. Hoc ſuppoſito dicitur. Magnitudo peccati ẽ conſideranda ex parte obiecti: ita ꝙ iniuria contra obiectum nobilius eſt maius: ſicut contra Pythagoricos philoſophus oſtendit: quinto Ethicorum. non eſt tamen talis proportio actuum inter ſe qualis eſt obiectorum: qꝛ tunc quodlibet peccatum immediate cõmiſſum contra deum eſſet infinite malum: ⁊ infinite imputabilitatis. ¶ Mõ patet: quia deꝰ infinite quãlibet creaturam excedit: non ſolum reſpiciẽduꝫ eſt ad obiectum: ſed etiaꝫ ad iniuriam ipſaꝫ. hoc eſt conſiderare oportet modum iniuriandi. quia niſi ſic quodlibet peccatum contra precepta prime tabule eẽt maiꝰ q̃ qðcũqꝫ pctõꝝ ꝯ ꝑcepta ſecunde tabule. et per conſequens periurium: immo tranſgreſſio ſabbati a quolibet ſi ſit mortalis erit maior q̃ homicidium: quod eſt falſum. ⁊ conſequentia patet: quia homicidiuꝫ eſt immediate contra creaturam: et tranſgreſſio ſabbati immediate contra deum: ſed modus iniuriandi ĩ homicidio per quod homo e medio tollitur eſt maior q̃ diſplicentia commiſſa immediate contra deum: ſed ad imaginationem ſi quis poſſet tollere deum de medio / vel ſi quis niteretur hoc / (licet ſit impoſſibile) illud peccatuꝫ eſſet maius q̃ homicidium: et non ſolum iſta conſideranda ſunt: ſed intentio gradualis actus circũſtantia tẽporis: quia peccatum continuatum per horam ẽ maius q̃ peccatum continuatũ per mediã horã

Ingratitudo eſt menſurãda. plus peccat iniuriã faciens contra illũ cui eſt multum obnoxiꝰ: q̃ cõtra alium cui nõ eſt deuinctus. Sic gratitudo eſt maxime extollenda. Quo circa veteres gratiarum templũ ĩ medio ciuitatis ponebant: vt inq̇t philoſophus quinto Ethicorum. Ut accepti beneficij homines eſſent memores. Ingratitudo erit monſtrum indeteſtabile. Hoc peccatum Jude aggrauabat ĩ chriſtum / qui non ſolum eũ creabat: ſed ſpeciali familiaritate ad apoſtolatꝰ culmen vocabat. Conſideranda eſt propinquitas ſanguinis: et ſic Nero matrẽ occidẽs plꝰ peccat q̃ occidens fratrem conſiderandum eſt quo fine id fiat: ⁊ q̇s eſt qui occidit: vt ſi monachꝰ / ſacerdos / vel laicus. Multe alie circunſtantie que vix ſub arte cadunt ĩ magnitudine peccati conſiderande ſunt. Sed aliqua iam de potiſſimus narrauimus. ¶ Ad vndecimũ dr̃ ꝙ nõ omne peccatũ eſt contra vnum preceptũ decalogi. pꝫ de fractione ieiunij quatuor tẽporũ vel alicuiꝰ ſancti: ſed ħ diceres ꝙ hoc eſt contra iſtud preceptum de honore parẽtibꝰ impẽdẽdo: ſcꝫ parẽdo mr̃i eccleſie ¶ Secundo arguitur ad idẽ. Rapina nõ eſt ꝯtra vnuꝫ de illis preceptis. pꝫ ĩductiue currendo per precepta Exo. 20. numerata. Sed dices rapina ꝓhibet̃ in furto tanq̃ maius in minori. Contra ſaltem habebitur ꝙ fornicatio ſimplex nullo iſtoruꝫ preceptorũ ẽ ꝓhibita: qꝛ ſic maxie ꝑ mechiã ſed hoc non: mechia eſt adulteriũ. mõ nõ oportꝫ ꝙ ad prohibitionẽ maioris peccati ꝓhibeat̃ minus: qꝛ non includitur in eo tãq̃ ꝯñs in añte. Secus eſt de rapina que includitur in furto non ſolum: quia eſt peccatum maius q̃ furtum: ſed quia tanq̃ ꝯñs in añte inuoluitur. hoc eſt lucide dicere. omnis ratio quare ꝓhibetur furtum reperit̃ ĩ rapina ⁊ aliqua alia. ¶ Tertio arguitur ad ideꝫ. Mendacium non prohibetur in vno iſtoꝝ preceptorum: qꝛ ſi ſic maxime eſſet ĩ periurio: ſed hoc nõn. Periuriũ eſt maius pctm̃ q̃ mendaciuꝫ crebro: vbi mendacium eſt veniale circa aliquã materiam. periurium circa eandem eſt mortale. modo ad ꝓhibitionẽ maioris non prohibetur minꝰ ¶ Quarto arguitur. Peccans cõtra ꝯſcientiam peccat: ⁊ non opꝫ ꝙ hoc ſit ꝯtra aliquod ꝑceptuꝫ decalogi: igitur: ꝯña tenet cum maiore: ⁊ minor patet: ſi cõſcientia fortis dictet ꝙ peccat ſi comedat illotis manibus comedendo ſine manuũ lautione peccat: ⁊ tñ non videtur contra quod preceptum decalogi peccat. igitur.

¶ Quĩto arguitur. poſito ꝙ aliquis habeat tale velle quo vult peccare contra vnum preceptum decalogi vel peccare ſimpliciter. talis peccat et contra nullum preceptum decalogi: quod pꝫ currendo inductiue ꝑ oĩa Quare dico ꝙ nõ oĩs trãſgreſſio mortalis vel venialis eſt contra vnum ꝑceptum decalogi: ⁊ ꝑ ꝯñs homines ſe inaniter fatigant: oẽs peccatoruꝫ tranſgreſſiones: ꝯtra vnũ preceptum decalogi reducere conantes.

¶ Sed contra iſtud arguitur. ſequeretur ꝙ deus in penthecoſte non ſufficienter tradiderit ſuo populo legem cum per illam non poterant oĩa pctã dignoſcere. hoc ꝯñs eſt falſum. ğ ⁊ añs. ¶ Rñſio: cõſequentia eſt nulla. Oĩa precepta decalogi ſũt moralia dempta ſanctificatione ſabbati quo ad talẽ diẽ et per ꝯñs ſine precepto imperatiuo ſapientes illa cognouiſſent: ſed enucleate ꝓ ſapientibus ⁊ ĩſipientibus illa precepta tradita ſunt. Tũ ſecundo. Deus dedit populo decem precepta decalogi: ⁊ ſuccĩcte ad q̃ populus maxime obtuitũ conuerteret. Multa alia precepta iudicialia: ⁊ cerimonialia dẽptis ꝑceptis decalogi populo tradidit: ⁊ curam Moyſi: ⁊ ſenioribus Iſrael reliq̇t ⁊ multis alijs ſicut in lege gratie eccleſia paſtoribus poteſtatẽ reliquit condende legis ꝓ vtilitate populi. Nec ſequitur vlla inſufficientia ex pte legis diuine: quia quãlibet tranſgreſſioneꝫ per legem indicatiuam in cordibus noſtris ſcriptã: vl' imperatiuam per noſipſos vel alios cognoſcere poſſumus. ¶ Ad duodecimum dicitur: ꝙ peccata diſtinguũtur ꝑ ſua obiecta totalia: ſicut actus ⁊ habitus quorũcunqꝫ viciorum.

In huius diſtinctionis capite octauo / magiſter diuiſionem ſeptenariam peccatorum mortalium tangit: gratia cuiꝰ pauca de eis impreſentiarum tangere ſatagemus: inter libelluꝫ ⁊ Epitoma medium tenentes non nunq̃ exempla q̃ nr̃e materie conducunt in medium afferemus: quia illa ad virtutes incendunt: ⁊ a vicijs retrahunt auditorem. a gula q̃ eſt nobis magis innata incipientes. Et queritur: an omnis gula ſit mortifera: et maxime exprobanda. in primis rationem nominis explicabimus Secundo concluſiue ad queſtionis titulum cum quibuſdam obiectionibus. cõtra eaſdem reſpondebimus.

¶ Gula poteſt diffiniri per habitum: vel per actum eius: quia vterqꝫ eſt gula: ſed facilior intelligentia habitus per actum cognoſcitur q̃ contra de actu loquendum eſt. Gula ergo eſt volitio qua quis cibum vult capere: vel potum plus q̃ ratio poſtulet. Opponitur duabus ſpeciebꝰ temperantie cardinalis. Temperantia ſecũdũ Ariſtotelem tertio Ethicoꝝ. que in ſenſu tactꝰ et guſtus conſiſtit. hoc eſt habitus eius eſt inſultiuuꝫ in his duobus ſenſibus inſurgentium cohibitiuꝰ circa venerea habet caſtitatem: circa potuꝫ ſobrietatem cuius extremum in ſuperhabundando ẽ ebrietas moralis circa cibum habet temperantiam regularem abſtinentiam: et ieiunium. Inſenſibilitas eſt extremum in deficiendo: circa temperantiam cardinalem virtutem. gula ebrietateꝫ tanq̃ ſpeciem eius includit: cuius extremum oppoſitum eſt inſenſibilitas in cibo / ⁊ potu. Latitudo temperantie in his tribus conſiſtit: ſcꝫ ꝙ non capiat̃ plꝰ cibi vel potꝰ q̃ corpori ſufficiat. Ul' ſic ⁊ meliꝰ nõ capiat̃ cibi vel potꝰ exuberant̃ in corporis vel aĩe iacturã: ſed tantum capiatur q̃tum corꝑis ĩcolumitati ſufficiat. cũ hoc habẽdo ocu

lum ad animã:quia dato ꝙ corpꝰ maneat incolume:⁊ petulãter laſciuiat ꝯtra ſpm̃ nõ eſt latitudo tẽperantie. ¶ Ulterius oportet ꝙ cancellos diuitiarum eius homo nõ ſupergrediatur: ⁊ hoc in fine.xj.capitis tangit philoſophus inquiens. Uirꝰ autẽ tẽperãs in his mediocriter ſeſe habet: nec enim ijs gaudet quibus intemperans maxĩe delectatur ſed potiꝰ moleſte fert:nec ijs omnino quibus delectari non decet:nec vehementer illis rebus huiuſcemodi delectatur:neqꝫ ſi abſint dolet neqꝫ cupit niſi mediocriter ſemper: nec magis q̃ꝫ oportet:nec quando non oportet vlla res omnino talis ipſum delectat. Mediocriter autẽ et vt oportet eas res appetit que voluptate quidem afficiunt ad ſanitatem autem ⁊ bonam corporis habitudinem cõferunt:⁊ res ceteras voluptas effectrices identideꝫ ſi nec impedimẽto ſint dictis habitibus corporis:nec honeſtatis cãcellos:nec facultatum metas egrediãtur. ¶ Ex his dictis ariſtotelis inferã aliquã correlaria. Primũ non eſt eadem latitudo temperantie Miloni et Platoni.patet:cum prior bouẽ poterat comedere in die cibus Platoni ſufficiens Miloni nõ ſuffeciſſet:⁊ ſic non manſiſſet bona habitudo corporis ⁊ anime. Secundo ſequitur diues lautiорibꝰ cibis vtendo q̃ꝫ pauper manet in latitudine tẽperante vbi pauper eã egreditur ſaltem ſi de ꝓprijs emat. Tertio ſequitur. Nobilis ⁊ diues poteſt ſplendidioribus cibis vti q̃ꝫ diues ignobilis. Quarto ſequitur. Infirmus poteſt multa plura exponere in cibo q̃ꝫ ipſe poteſt in ſanitate: Probatio:recta ratio dictat ꝙ debet corpori ſuccurrere caducis bonis fortune neglectis:⁊ ſi negligeret delinqueret Quĩto ſequitur. Ubi corpus bene paſtum ⁊ ſanum bellum ciuile in toto homine mouet ⁊ effrene ad illecebram tendit:ipſum ẽ redigẽdũ in ſeruitute dato ꝙ hõ ĩ ĩfirmitatẽ corporis labitur Probatur ꝑ verba Ariſtotelis allegata quia alioquin cancellos honeſtatis tranſgredietur. Ulterius ſequitur Si quis carnibus humanis more Scythaꝝ veſcatur latitudinẽ temperantie egreditur.patet per verbum illud cancellos honeſtatis. Ultimo ſequitur. Temperantia violatur in p̃dicamẽto q̃litatꝭ quãtitatis et in predicamento quando hoc eſt nimis delicate:nimis in quantitate vel extra tempus comedendo cognita latitudine medij extremorum latitudines cognite euadunt:quia oppoſitoꝝ eadem eſt diſciplina. Iſtis notatis pono cõcluſiones.

¶ Prima. Non omnis gula eſt peccatum mortale:immo aliqua eſt venialis. Probatur. Aliquis eſt paruus exceſſus extra latitudinem temperantie:ergo talis non eſt peccatum mortale: conſequentia tenet:quia illic non eſt notabilis iactura corporis vł anime Cõfirmatur hec ratio. Si aliquid obſtaret maxime eſſet:q̃r gula inter peccata mortalia reputatur:ſed hoc non obſtat:furtuꝫ ꝓhibetur vno precepto decalogi tñ aliquod furtum eſt veniale:qͦ pꝫ ſic de ablatione boni non notabilis. ¶ Et iterum hoc confirmatur Oĩs actus deliberatus qui nõ eſt caſtitas.circa venereã ⁊ luxuriaꝫ:ſed aliqua talis eſt venialis: vt pꝫ de aliquo luxu inter virum et vxorem eius:⁊ hoc ipſum patuit in quarto. ¶ Secunda concluſio. Sãctis ⁊ perfectis viris qui iam temperantiam virtutem ſecundũ tẽperantie gradũ attigerunt neceſſitas non eſt regula:ſic ſcilicet ꝙ eã ſupergrediens peccet. ¶ Pro iſtius cõcluſionis intelligẽtia ſupponimus ꝙ neceſſitas bifariã accipit̃ Uno mõ ſecũdũ ꝙ neceſſariũ dicitur ſine quo res non poteſt eſſe aut conſiſtere:q̃uo cibus dicitur neceſſarius enim qui eſt in extrema neceſſitate poſitꝰ ⁊ de hac neceſſitate non loquor. Secũdo mõ capitur neceſſitas ſecũdũ qͦ dicitur neceſſariũ illͦ ſine quo res non poteſt conuenienter eſſe: volo dicere ꝙ regula intemperantie non eſt menſuranda ſecundũ hanc neceſſitateꝫ:ſic ſcilicꝫ ꝙ oĩs ille peccet per intemperantiam qui cibo vtit̃ aut potu pro tẽpore ꝓ quo nõ eſt hac neceſſitate neceſſarius Probatur hec cõcluſio: quelibet latitudo medij in quacunqꝫ virtute etiam reſpectu cuiuſlibet eſt diuiſibilis:ergo quicũqꝫ manet ĩ quacunqꝫ parte illius latitudinis manet in medio:ergo ſic manendo non peccat:ſed manendo in inferiori parte illiꝰ medij homo capit illud quod ſue ſuſtentationi ſufficit:ergo capiendo aliq̃d in partibus ſuperioribus medij capit aliquid vltra ſine quo hõ bene poterat eſſe alitus:ergo ⁊ cetera.

¶ Tertia concluſio. Aliqua gula eſt peccatum mortale. Probat̃ Omnis actus quo aſſumitur aliquid quod eſt in notabilẽ iacturaꝫ corporis ⁊ anime eſt peccatuꝫ mortale:aliqua gula eſt huiuſmodi.ergo gula aliqua eſt peccatum mortale:probatio minoris multas infirmitates per gulãt hõ ĩcurrit vt neprehesim morbũ:arterialem:⁊ cetera id genꝰ ſecundũ prouerbiũ cõe:plures occidit gula q̃ꝫ gladius.calor naturalis a multitudine ciborum extinguitur:⁊ humores putridi in membris generantur:hinc Hippocras.ſcða ꝑticula Apho Aphoriſmo.xliiij. Craſſi valde ſecundum naturaꝫ citius moriuntur magis gracilibus.hoc iterum patet per ebrietatem que eſt ĩ gula que ingenium obtundit:memoriam diſſipat:neruos infrĩgit:⁊ totum corpus deniqꝫ lacerat.

¶ Et iſtud patet .per abbatem abdomine plenũ q̇ appetitum omnem amiſerat. Propterea montem peſſulanum pro remedio habẽdo adiuit: cui obuiam factus quidam nobilis itinere opum indĩgus myſterio cognito: dominum abbatem in imo carcere incluſit egre ei paneꝫ ⁊ aquam ad ſatietatem mediam ſubminiſtrans:ita in breui tẽporis curriculo fecit vt pater abbas ſalſa ſancti bernardi vſus eſt: etiã poſt aſſumptũ cibũ eiulaõ voce clamitans ſi inedie ſue nobilis nõ ſuccurreret dira fame vitã in mortẽ ꝯmutaret:certe multo meliꝰ curabat̃ nr̃ abbas ĩ portiõe egẽtis nobilis q̃ꝫ curatꝰ fuiſſet ĩ lauta mẽſa ĩ mõtepeſſulano inter phyſicos. ¶ Scðo.arguitur ad idẽ. Oẽ illud peccatũ quod eſt multorũ peccatorũ origo ẽ peccatũ mortale:ſꝫ gula ẽ huiuſmodi:igit̃: cõſequentia claret cum maiore:probatur minor.incẽtiuum de per ſe luxui ſubminiſtrat:ſcðm illud comici. Sine cerere et baccho friget venus.et Prouerbiorũ.xx. Luxurioſa res eſt vinũ.⁊.xxx.eiuſdem Noli regibus dare vinũ Propterea eccleſiaſtes.2. Cogitaui abſtrahere a vino carnẽ meam. Et eccleſiaſtici nono. Uinũ et mulieres apoſtatare faciũt ſapientes: ⁊ iſtud potiſſimum in iuuene vel ad illecebrã inclinato:ſcðm illud Hiero. Non ethnei mõtes : nõ vulcani ignes:ita eſtuant ſicut iuueniles medule vino et dapibus inflammate: ex exceſſiuo vino homicidia adulteria rerum publicarũ ꝓditiones ⁊ teterrima monſtra ꝓdeunt Patet per alexandrũ macedonẽ qui temulentia chariſſimos quoſcunqꝫ ad intentũ duxit. Holofernes vino madidus occubuit. filiꝰ Thomeris cum toto exercitu ſcytharũ a Syro ꝑemptus eſt Benedab rex Syre temulẽtus per pueros principũ prouinciarũ interijt. Diues epulo quotidie epulabat̃ ſplendide et ſepultus eſt in inferno. Luce.xvj. Sedit populus comedere et bibere et ſurrexerũt ludere. Exodi.xxxij. hoc idem patet de mure macro qui per anguſtam rimam doliũ ingrediens ad triticũ impinguatus abire neq̃bat. Sardanapalũ ad veſtes muliebres capeſſendas et ad nendũ inter ſcorta impulit ⁊ celebrare aſſyriorũ imperiũ in eo ſuffocauit . et quod amplius eſt tanta nota infamie illitus euaſit quã nulla vetuſtas abolere poteſt. ¶ Quarta cõcluſio. Licet gula non ſit grauiſſimũ peccatũ:tamẽ hominem maxime deijcit a ſtatu hoĩs. Prior pars huius cõcluſionis patet de ĩuidia / odio / blaſphemia / idolatria / que gulã malicia exuperãt. Secũda pars patet. Illud peccatũ qͦ facit nos maxime coincidere cũ peccatoribus eſt maxime infame: ſed ſic eſt de intẽperãtia ſecundũ Ariſtotelẽ.3.ethicorũ. ¶ Inſup: illud peccatũ qͦ more piſce reddit diaculos maxime eſt exprobrabile : ſꝫ ſic eſt de gula ebrietate potiſſimũ in ſanguineis qui illa tẽpeſtate cantant:ridẽt:et ſine lege loquunt̃. Colerici temulẽti iraſcunt̃.rixas ⁊ ꝑlia mouẽt. Flegmatici: efficiuntur hebetes pigri:⁊ ſomnolẽti inſtar porcorũ Melancolici fiunt triſtes et deſolati plorantes peccata ſua: tunc de religione veſperi cõputant:ſꝫ in craſtina luce nihil ſoliditatis ꝑmanet: et Tullius de ſenectute Nulla peſtis capitalior q̃ꝫ voluptas:⁊ ſecũdo ethicoꝝ dicit philoſophus fugiendũ eſſe a voluptate ſicut ſenes troianoꝝ fugerũt ab helena. Et Cato. Indulgere gule noli. Anteq̃ꝫ fedas labes ex hoc ſcelere emergentes numerare poſſeꝫ me deficere dies ¶ Cõtra ꝑmã concluſionẽ : arguitur ſic per rationes Martini quibus ꝓbat vel ꝓbare elaborat ꝙ non oĩs diſceſſus a medio eſt peccatũ. ad hoc Ariſtotelẽ introducit ſcðo ethicoꝝ. Sꝫ hoc in quarto ſufficiẽter reprobaui:nec vllũ verbũ inueniet Ari.ꝓ ſe. in ſcðo ethicorũ. Ariſto.in ſcðo Et alibi expreſſe in oppoſitũ monſtraui.ſed dicta repetere nolo. Propterea aliter arguit̃.ſtat ꝙ vir comedat plus q̃ꝫ parſit et tamẽ nõ peccat:ptꝫ:q̃r ipſo comedẽte appetitꝰ eſt apertꝰ:vt experimur. ¶ Preterea:gula eſt peccatũ mortale. ibi ẽ p̃dicatio generis de ſpecie: ergo oĩs gula eſt peccatũ mortal.quia genus p̃dicatur vniuerſaliter de ſua ſpecie. Reſpondetur.ſicut ſuperius diximus: latitudo tẽperantie diuiſibilis quãdo homo comedit tantũ quãtũ ei ſufficit:poteſt vlterius comedere:manendo in ſua latitudine nec peccat.ſed quãdo excedit per ignorantiã inuincibilẽ adhuc non peccat : ſed an debeat dici tẽperantia vel intẽperantia in parte eſſet cõtendere de termino. ¶ Si dicamus ꝙ eſt intemperantia:et gula : non omnis gula erit peccatũ : quod nõ videtur admittendũ / quo circa dr̃ ꝙ eſt tẽperãtia et cum oĩbus que de tẽperãtie latitudine diximus addatur:vel inuincibiliter creditur eſſe latitudo tẽperantie tẽpore quo homo comedit quando venit primo in diſcretione vix poteſt cognoſcere.quantũ ei ſufficit. Et ratio eſt: quia adhuc cibꝰ non confortat membra : ſed per horã poſt cõmeſtionẽ hoc cognoſcit:quia tunc cibus habet ſuã actionẽ:q̃r in magno tẽpore cibus facit qͦ non poteſt in breui: et hoc experimur in nobis. Similiter videat cum quibus cibis : et in quanta quantitate bene ſe habet:⁊ in qua quantitate male ſe habet vel cum quibus cibis: ⁊ ſecũdum hoc hꝫ regulã a q̃ ſi deuiat nõ erit ei ignorãtia ĩuincibilis q̃r futura ratiocinãdo ꝑ p̃terita mẽſurat homo poſt paſtillos: vel poſt ſplendidã cenam de nocte nõ dormit:ſed terribilia patit̃ ſomnia:vel incubo laborat. in die ſequẽte poteſt coniecturare vnde illud ortũ habuit q̃r in mediocri cena:vel in carthuſienſium cena homo nunq̃ꝫ incubum patietur potiſſimũ ſi in alterutro laterum dormiat. Nunc introducã argumẽta Martini:q̇bus nititur ꝯtradictoriam / quã falſã reputo probare. Arguit ſic. Sancti et ꝑfecti pro regula habent que alij non habẽt niſi pro cõſilio:ſed neceſſitas reſpectu impfectorũ eſt in ꝯcilio:ergo reſpectu perfectorũ videtur eſſe in regula. Secũdo ſic arguit:q̃ꝫto q̇s magis ꝓficit in aliqua virtute tanto magis nitit̃ accedere ad verũ:⁊ ĩdiuiſibile medium et apud eum diminuitur latitudo medij colorat hoc non illepide in ſagittantibus: q̃ꝫto enĩ magis exercitatus eſt:⁊ ꝑfectus vituperatur ſi regulariter non ꝓximus accedat ad medium ſigni q̃ꝫ minus exercitatus et ꝑfectus: ſed vir ꝑfectus in vſu delectabiliũ in eis eſt multũ exercitatꝰ.ergo continue debet magis:ac magis accedere ad verũ:⁊ ĩdiuiſibile mediũ:⁊ per conſequẽs mediũ apud eum debet eſſe ſtrictius:⁊ minoris latitudinis q̃ꝫ apud imperfectũ:⁊ in exercitatũ. ¶ Ad primuꝫ. licet ſua maior ſit vera non cõcludit ꝓpoſitum.quia adhuc ſua latitudo eſt diuiſibilis. Ponatur.gratia exempli paruus panis ſubcinericiꝰ ad quantitatẽ pugni: ꝙ ille ſufficit in meridie cũ ceteris eſculẽtis. Ponatur. ꝙ ſit ĩſenſibilitas ſub vna medietate illius panis:ſed reliqua pars cuꝫ illa medietate includitur in latitudine medij:⁊ ꝑ conſequẽs cum tribus quartis illius panis bene ſe habebit quo ad corpus et aĩam : ⁊ tamen ſi ap

ponat aliā quartā non male agit: ſed male in latitudine medij. Ponamus oīa iſta fieri ſcienter. ¶ Secundo non probat maiorem quod eſt alijs de conſilio eſt eis de precepto: ſuppoſito ꝙ tantum poſſunt comedere ſed ſancti patres latitudinem medij diminuūt: ⁊ diuturnitate tēporis illa anguſta latitudine vtuntur. ꝙ ſi plus comederēt non bene ſe haberēt: ⁊ ſic non eſt eis mediū in illo exceſſu: ſed extremū quidē. Heremita vt intellexi ꝓpe parrhiſium ſuā anguſtam latitudinē relinquēs male ſe habuit in corpore ſ; ex iſto membro non colligitur ꝓpoſitū: q; etiā hinc latitudo medij eſt diuiſibilis et ſemper habetur noſtra cōcluſio. Sed dicis vir ꝑfectus diminuit latitudinē ſui medij et illa latitudo eſt finita. ergo tandē diminuitur ad non gradū latitudinis: ⁊ ſic viuit nihil comedēdo. Reſpōdetur non ſemꝑ diminuit: ſ; vſq; ad aliquod certū tēpus ſue vite: ⁊ tunc oportet ob debilitatē viriū naturaliū vt vires refocillantur. Iterum augeri mediū Joannes baptiſta (cui prebuit hyrtū tegimē camelus cui latex hauſtum ſociata paſtum mella locuſtis) in iuuētute ſine dei numine ſpeciali non poterat ſic viuere. in frigida ſenecta. ſi herodes in nephario ꝯuiuio ei vitā reliquiſſet. Propterea aliqui in iuuētute a vino abſtinēt qui ī ſenectute prudēter illo vtuntur. ſic vixerūt daniel ananias et miſael et azarias. Daniel' primo. Et tamen ipſe daniel. propter curas quas habuit et perfectā etatē in adulta etate vino et carne vtebatur. quod cōuincitur per locū a contrario ſenſu: qui eſt ſatis efficax in ꝓpoſito Danielis decimo. Ubi ꝓpheta dicit in diebus illis ego daniel lugebā triū hebdomadarū diebus panē deſiderabilē nō comedi: ⁊ caro / ⁊ vinū non introierūt in os meū. ad nullū propoſitū hoc dixiſſet: ſi vino et carne tunc vſus nō fuiſſet. ¶ Ad ſecundū argumentū. quo dicit quāto quis magis proficit in aliqua virtute tanto magis nitit̄ accedere ad verū ⁊ indiuiſibile mediū ſi intelligat de medio mathematico ſui medij moralis hoc non eſt verū. Immo ſtat ꝙ deſcendat ſub illo: ⁊ citra punctū qđ terminabat ſuum mediū ī deficiendo tēpore quo eſus eſt temperātia regulari. et fabricat ei nouum mediū: ſed nō ſine ſtatu vt diximus in priori argumento. ſed iſto dato ſemꝑ latitudo medij erit ei diuiſibilis. Secūdo non apparet ꝙ peccat propter quancūq; perfectionē immo non peccat de facto dūmodo manet in latitudine antiqua: ſi non cedat ei in iacturā corporis vel aīe iſti eſt de cōſilio ſtare in anguſta latitudine. Exemplū de ſagittario non eſt ad propoſitū. nō peccat ſiue ꝓpinque ſiue remote ad ſignū dirigat ſagittam. ſed aſſiſtentes dicerent ꝙ non bene agit. ¶ Secūdo ſagittarius apponit vires vt nō propinquiſſime ſagittā dirigat. modo iſte non eſſet laudandus ſi non poſſet viuere in minori latitudine q̄ꝫ imperfectus: ⁊ tamē cōſtat ꝙ ſic: ſed non eſt imponendū in iugū de p̄cepto ꝑfectis qđ ſolū eſt de cōſilio. ¶ Tertio arguit auctoritate. Bernardi dicētis: ꝙ in via morū non ꝓgredi retrocedere eſt. ergo vir ſanctus qui prius cum imperfectus eſſet habuit mediū temperātie multe latitudinis: ſi nō cōtinue magis accedat ad mediū illiꝰ medij: et faciat reſpectu ſui mediū illud latitudinis minoris: ſi non ꝓcedit nec ꝓgreditur in via morū ergo retrocedit: ⁊ peccat. ¶ Ad tertiū dicitur: illa auctoritas ad mentē arguentis accepta cōcluderet: ꝙ cōtinuo diminuenda eſt latitudo tēperantie in viro ꝑfecto ad non quantū vſq;. ⁊ naturaliter viuet in aere ſine cibo et potu: qđ liquet eſſe falſum. Aliomodo: illa auctoritas poteſt intelligi: ꝙ homo ſemꝑ tenetur ꝓgredi in via amorum: ⁊ hoc non oportet. Patet in dormiente. ibi non eſt maior ſermo de ꝑfecto q̄ꝫ imperfecto. auctoritas intelligitur ſi homo nō progrediat̄ quādo tenetur peccat. Cōtra tertiam concluſionē arguitur ſic Mathei quintodecimo. Quod intrat ī os nō coinquinat hominē ergo aſſumptio cibi et potus non coinq̄nat hominē. Et apoſtolus. Regnum dei non eſt cibus ⁊ potus. Ceterū. Aug. x. cōfeſſionū. quis eſt dn̄e qui aliquātulū extra metas neceſſitatis cibū non ſumit: ¶ Ad primū dicitur licet aſſumptio cibi per ſuā naturā nō coinquinat hominē: quia cibꝰ poteſt bene ſumi: tamē inordinatus appetitus ſumēdi eſt peccatū. Et ſic de alia auctoritate dicatur. Auctoritas Auguſtini eſt pro hoc qđ in ſecūda concluſione dixi. Etiā homo capit plus q̄ꝫ par ſit per ignorantiā īuincibilem. ¶ Cōtra priorē partē quarte cōcluſionis arguitur ſic. Ex gula ſeq̄tur luxus / ſciſma in republica poſt fecūdos calices hoīes ſunt audaciores et audacter loquunt̄: vt patet Judicū nono contra abimelech. tunc temeraria vota ſuper pauonē milites effundere ſolent. et ſic de alijs peccatis magnis que ex gula ſequunt̄. Sed cauſa in quolibet genere eſt potior cauſato. ¶ Inſuꝑ: gula ē maiꝰ pctm̄ q̄ꝫ homicidiū. homicidiū eſt vnū de maximis peccatis ſaltē ꝯ ꝓximū: ꝙ ſit maiꝰ homicidio patet ſic quia homo tenet̄ plus ſe diligere q̄ꝫ proximū: ergo cum ſe occidit per gulā in hoc maxime peccat. ¶ Ad primū dicitur ꝙ iſta alia peccata ſunt cōtra gulam de per accidēs: licet Cato dicat Cōuiua raro. tamē ātiq̄ poſt opipera ꝯuiuia non peccāt iſtis peccatis: ſed qui nouit ſe ꝓpenſum ad vlteriora delicta ꝑpetranda poſt gulā talis multū peccat quia occaſionē efficacem dat alijs delictis. Propterea gula in illo q̄ habet carnē domitā non eſt tante imputabilitatis ſicut in illo qui carnē effrenē habet et maius peccatū eſt gula ī colerico vel ſanguineo q̄ꝫ ī flegmatico vel melancolico ſicut de eorū temulētia ſuperius diximus. ¶ Ad ſecundū argumentum nego ꝙ gula ſit maius peccatū q̄ꝫ homicidiū: crapulā incurrens non intēdit occidere ſe. Nemo vn q̄ꝫ carnē ſuā odio habuit ſed intēdit ſe laute reficere. preter intētionē eius eſt. ergo ꝙ occidatur etiā gula non ꝓtinus tollit verū de medio illō Quintiliani ī declamationibꝰ. ſcelera nunq̄ꝫ defuit excuſatio potiſſimū in gula habet veritatē propter ſenſualitatē ad cibum ⁊ potū maxime

inclinatā et rationē que creberrime illi condeſcēdit. Contra poſteriorē partē. Ex iſto ſeq̄tur cum his q̄ dixim⁹ ꝙ hō nunq̄ꝫ deberet bibere vinū cū ex eo tot mala ſequātur: cuiꝰ oppoſitū eſt in praxi quicq̄d ſit de theorica. Et ꝯfirmat̄: ſi iſtud abominabiles mahometani hoc faciūt q̄ꝫ fortiꝰ deberent chriſtiani veram legē dei habētes hoc facere: ⁊ iſtud potiſſimū de eccleſiaſticis qui ſunt in ſorte dn̄i: quia dixit dn̄s ad aaron Leui. x. vinū ⁊ omne quo potes inebriari: nō bibis tu: et filij tui quādo intrabis tabernaculum. Et Numeri ſexto quicūq; votū fecerit dn̄o a vino: ⁊ ouum qđ inebriare poteſt abſtineat. ¶ Ad primū nego ſequelam: vinū vt dicit yſaac de dietis. li. 3. bonū nutrimentū dat corpori ſanitatem reddit et cuſtodit. Nec vllus cibus nec potus inuenit̄ adeo caloris naturalis cōfortatiuus turbidū ſanguinē clarificat: epatis opilationē aufert: tenebroſam fumoſitatē triſtitie: generatiua a corde expellit. totiuſq; corporis membra coroborat: et hoc ſi moderate ſumatur: quia vulgo dici ſolet. Uinum moderate ſumptum acuit ingeniū. Propterea antiqui aſſimilarūt vinū tyriace que in magna quātitate nocet / in mediocri quātitate conducit: merorē a meſtis expellit. ꝓuer. xxxiij. in eruditiōe qua mater lamielis regis erudiuit eum dicebat date ſicerā merētibus et vinū his qui amaro ſunt aīo: ſecundum illud Horatianū. Sollicitis animis curā excutit. In ſignū cuius damnati ad mortē vt equanimiter mortē ꝑferant vt parrhiſij videmus datur ſolū. eius exceſſus eſt ꝓhibitus. Ad illud qđ tangitur de pſeudo ꝓpheta mahometo dicit̄: ꝙ vinū non vetuit tēperantie gratia cum apud omnes ſapientes vt in lege veteri: et noua: ⁊ gentiles philoſophos admittatur eius vſus moderatus. Ipſe autē admiſit aliquos actus intēperantie igne dignos innominādos et licita interdixit Sed quia morbū epilenticū paſſus eſt qui per vinum auget̄. vinū ſuis oībus ꝓhibuit vt ſuū morbum tegeret more Semiramidis babyloniorꝝ matrimonia admittētis in primo gradu ꝯſanguinitatis: ⁊ linea collaterali vt palliaret de inceſtu filij innominādū ſcelus. Nec difficile erat his q̄bus fictam legē dedit hoc ſuſcipere ꝓpter exceſſiuum calorē patrij mecha in arabia felici illius monſtri altrix eſt longe vltra tropicū cancri. Ita meridiōalis ſicut meroe. Ad illō aliud leuitici. x. dicit̄ ꝙ neq; ſacerdotes cum celebraturi ſunt in lege gratie bibunt vinū: etiā illud eſt cerimoniale. Tertia auctoritas loq̄tur de vino poſt votum Jam arguitur ꝙ vinū eſt ſumēdū eſto ꝙ propter fumoſitatē cerebrū ledat: quia vinū iuuat ſtomachum ad digerendū vt medici experientia: ⁊ omnes proclamāt. Et apoſtolus ad Thimo. Modico vino propter ſtomachum vtere. et hoc hieronymꝰ paulā ſuadebat: ergo eſto ꝙ capiti noceat pro cōfortatione ſtomachi capiendū eſt vinū etiā bonū nō aqua dilutū. Inſuper: theologi diligūt bonū vinum vt dicūt: quod patet per epitheton boni vini dicimus hoc eſſe vinū theologale. ergo forte vinū eſt aſſumendū / licet cerebrum partim ledat. Ulterius deditī litteris quicq̄d alijs predicent citius laborāt podagra: ⁊ in ceteris morbis q̄ꝫ bibuli. ergo iſte morbus nō prouenit ab exceſſiuo vino. Ceterū auicēna in cautenis: ⁊ raſis in almanſoris dicant expedire ſemel ī menſe ebrietatē incurrere ad malos expellendos humores. Amplius ſcđm Ariſtotelē tertia particula problemmatū: braſſica fedat crapulā: ⁊ temulentiam impedit. ergo medulla huius herbe vel ſucco eiꝰ vtens poteſt quātūlibet bibere irreprehenſibile. ¶ Ad primū: oportet hominē ꝯſiderare vtilitatem refocillationis ſtomachi: et iacturā cerebri per fumoſitatē ⁊ cōdeſcendere parti illi que totū hominē magis relinquit diſpoſitū: ⁊ vitā nō abbreuiat. poteſt eē ita parua diſcraſio cerebri / et vtilitatis in ſtomacho ꝙ nō eſt opus vino diluto aqua: aſſuetus vinū bibere moderate nullā ꝑturbationē capitis incurrit: ſed vbi illud cōtingeret cōducit habere vitā breuiorē: et honeſtā q̄ꝫ lōgeuam: ⁊ obſcenā. Mater achillis (vt fingit̄) citius a dijs filiū habere voluit breuis vite: et celebris fame q̄ꝫ longe vite cū ignominia vel ſine fama. Propterea apoſtolus temperamentū adiecit inquiēs modico vino. ¶ Ad aliud argumentū de epitheto ſcilicet vino theologali forte hoc in lucem abijt per alios bonū vinū amātes qui oſtendunt illud eſſe honeſtū per theologos qui illud vinum bibūt q̄ alijs predicāt. Scđo. ſecundū verbum euangelicū religioſi capientes de his q̄ eis apponunt̄ bibunt bonū: et malū indifferēter. In multis partibus ſeculares non dant operam verbo diuino ſed religioſi / in vniuerſitatibus fit inq̄ſitio boni vini ab his qui cōuiuium faciūt: ⁊ vinū appoſitū theologi non abhorrēt ſecundū verbū euangelicū edentes: ⁊ bibētes de his q̄ apud eos ſunt. Adde etiā. Nouerūt ſe poſſe ſine iactura corporis vel anime tale vinū bibere. ¶ Ad aliud dicitur: ſi qui tales ſunt eos nō excuſo. ſuā carnem domuit apoſtolus ne reprobus efficeret̄ his quibus euāgelizauit. Secundo: litteris deditos magis morbo affectos q̄ꝫ alios intēperantes videbis: ſed gula et crapula nō ſunt in cauſa: ſ; ſtatim poſt refectionē aſſumptā cōuertunt ſe ad cōtemplationē vnde ſpiritus reuocat̄ ad interiora: ⁊ vires naturales impediunt̄ a ſua actione naturali. Ita ꝙ in eis atrabilis cuiuſcūq; cōplexionis fuerint originaliter admodū augetur nec exercitationē corporalē more aliorū habēt: ſ; ſufficit eis in bibliotheca cum muſis ſolatiū querere: dato ꝙ pituitā incurrāt. modo exercitatio corporis digeſtioni admodū ꝯducit: vt videre eſt ī agricolis qui caules tēpore prādij carnē bouinā: ⁊ ceteros cibos digeſtioni ineptiſſimos comedentes optime ſe habēt curā nullā ſpiritus ꝓſequuntur: ſed cum ſuauitate cātus operā cōſumant. de rebꝰ ſcitu dignis docti ſi taceant ſyllogiſant vel de talibus cum alijs colloquunt̄ in curarū multitudine crebro ab alijs implicant̄. ¶ Ad illā auctoritatē auicenne commentator dicit hoc eſſe erroneum.

❡ Dubitatur: an intēperantia ſit peior in ſenſibilitate. Secūdo dubitatur de filiabꝰ gule. ❡ Ad primū dicitur ſecūdū ariſtotelē. tertio Ethicoꝝ intēperātia eſt inſenſibilitate deterior. ❡ Ad ſecundū dicit̃ ꝙ Gregoriꝰ.xxxj.moraliū has filias gule numerat ineptā leticiā / ſcurrilitatē / immūdiciam / multiloquium / hebetudinē mentis circa intelligētiā: nō ꝙ iſte ſint adequate filie gule plures dari poſſunt / et iſte ab alijs matribus vel earum alique originē capiunt. Inſuper: oſtendimꝰ non oēs ebrios multiloquos taciturnos in temulentia nec letos immo meſtos. ❡ Ad vltimū dicitur: licet hoc ſit verū tamē ſine ebrietate ex exceſſiuo potu multa mala cōtinguūt. ❡ Dubitat̃ finaliter quare dicebā de ebrietate morali. Reſpōſio: quia martinus termino abutit̃ ſobrietatē ponens in exceſſiuo potu dūmodo bibēs rōne vtit̃: ſed illa non eſt ſobrietas. Propterea ebrietas capitur duobus modis. vnomodo pro quolibet exceſſiuo potu culpabili: et illa eſt ebrietas moralis qꝛ ſic moralis philoſophus de ea loqui deberet. alia eſt ebrietas vulgaris ſic vulgus termino vtitur quādo homo priuatur ratione per exceſſiuum potum more loth et noe.

Queſtio.x.

QUeritur: an omnis auaricia ſit mortale peccatū. Pro illiꝰ intelligētia p̄mittēda ſunt aliqua circa acceptionē pecuniarum et dationem: ſtat exuperare deficere: ⁊ mediocriter ſe habere ſicut oſtendit Ariſtoteles: quarti ethicorū. primo per pecuniā res corporales pecunia dignas intelligimus: ⁊ hoc propterea quia in pecoribus ſuas opes maiores habuere. Si homo dat q̄d oportet / cui oportet / et quādo talis eſt liberalis. Quare indigno dando aliq̄d eſt ꝓdigalitas quare rex dando dn̄ia extrema regni magnatibus immo proprijs liberis ab herede regni nō liberaliter agit: quia ſucceſſu tēporis talia ſolēt in luem reipublice accedere cōiungendo ſe hoſtibꝰ Exempla facile eſt in mediū citare de dn̄ijs extremis in Scotia et Gallia: et vbiuis gentiū. Secūdo ſequitur: non eſt liberalitas in rege augēdo dn̄iū potētie in medio regni. Hoc patet: non eſt facile res ſecundas: et immoderatas opes equanimiter ferre: vnde tales inſoleſcūt nō nunq̄ in reipu. perniciē. Tertio ſeq̄tur: quādo regū oratoribꝰ reges magna cōferāt munera: licet diuitibus hec impertiant̃ / non eſt prodigalitas. Probatio amicitie: ⁊ pacis gratia hec dant: quare finis eſt honeſtꝰ. ❡ Quarto ſequit̃: ꝙ dando enſem vel arma philoſopho nō eſt liberalitas: quia hec philoſophum dedecēt tali libri ſuo ſtudio accōmodi: et arma militi danda ſunt. ❡ Quinto ſeq̄tur: Alexander magnus non liberaliter immo prodige fecit dando pauperi vnam ciuitatē. Unde breuiter habitus liberalitatis hominē ꝓpenſum facit ad hoc ꝙ voluptuoſe miſeris ſuccurrat potādo ſitientes: cibādo eſuriētes / cooperiēdo nudos: et cetera huiuſmodi. Magnificentia eſt ſpecies alia ſpecie eſſentiali diſtincta a liberalitate ad res p̄clariſſimas faciēdas inclinans: vt circa templorū vel pontiū extructurā vel in rebus ſimilibꝰ. Liberalis ſimplex licet ſucceſſu tēporis tantū pecuniarū exponat ſicut magnificus in vno opere: tamē nunq̄ ex ſuo habitu exibit ī opus ita arduū. Experiunt̃ nobis eē difficilius magnā molem pecunie ſimul q̄ ſucceſſiue paulatim erogare erit mlto ꝓcliuior: alijs tamē ad acquirendū primū actū magnificentie. poſtq̄ moderate vſus eſt mediocribus pecunijs. Magnum et paruum circa idē nō variāt ſpeciem bene autē circa diuerſa. Nunc nō inſiſto de diſcrimine eſſentialiter inter virtutes: idē poteſt eſſe partiale obiectū temperātie liberalitatis et iuſtitie: ſed ſemper diſtinctarū virtutū diſtincta erūt obiecta totalia: ſed hoc eſt alterius ſpeculationis: et ad tertiū reſeruamus. Preterea memorie cōmendandū eſt ꝙ habitus auaricie: et illiberalitatis interdū coincidūt / immo vocabula ipſa auctores cōfundūt promiſcue vno vtētes pro reliquo: non nunq̄ diſcrimen ponūt. Aliquis eſt illiberalis ſimplex quādo ab iniuſto ſegregat̃ Ariſtoteles vſurarios / lenones / aleatores / fures / illiberales vocat: inquiēs. aleatores tamen et fures illiberales ſunt. turpi enim verſant̃ in lucro: oīa nāqꝫ cauſa q̄ſtus agūt: ⁊ ſuſtinere probra atqꝫ fures quidē capiendi gratia maxima pericula ſubeunt. aleatores autē ab amicis q̇bus dare oportet lucrant̃. vtriqꝫ igitur vnde nō oportet lucrari volētes turpi in lucro verſant̃ et oēs tales accipiendi actus illiberales ſunt: ergo hic illiberalitas iniuſtitiā includit: ⁊ tales actus proprie iuſtitie opponunt̃: ⁊ non liberalitati. Iuſtitia et liberalitas in hoc conueniunt ꝙ vtraqꝫ virtus eſt ad alterū: ſed in iuſtitia homo ad dandū tenetur: in liberalitate autē ſolū debito ꝯgruitatis: et ſic capiendo illiberalitatē ſimplicē erit habitus nō dandi quādo eſt decorū vel magis decorū dare q̄ retinere: nec erit peccatū immo meritū licet turpe reputatum apud hoīes. Non obſtāte apud ſanctos auaritia iniuſtitiā includit: ⁊ illiberalitatē: ⁊ talis eſt illiberalitas mixta ſicut Ariſtoteles dicit in littera. Quedā eſt prodigalitas mixta vel prodigus mixtus ex illiberalitate ⁊ ꝓdigalitate: dando q̇bus non oportet. Iſtis p̄libatis pono ꝯcluſiões.

❡ Prima. Oīs auaritia eſt peccatū. ❡ Secūda Aliqua auaritia ē peccatū veniale. ❡ Tertia cōcluſio Aliqua auaritia ē pctm̄ mortale. ❡ Quarta cōcluſio. Famā viri multū denigrat auaritia.

❡ Prima cōcluſio ꝓbatur. Omnis inordinatus amor pecunie eſt peccatū. oīs auaritia eſt inordinatus amor pecunie. ergo oīs auaritia eſt peccatum. ꝯſequētia tenet in Barbara: ⁊ maior pꝫ ꝓpter terminū inordinatus. In minore p̄dicatur diffinitio de diffinito cui interpretatio vocabuli alludit auaritia auidus eris. Hoc ē plus cupit eſ q̄ par ſit. ❡ Secūda cōcluſio ꝓbatur: poteſt eſſe inordinatus amor circa obiectū ita exile ꝙ non cōſtituat mortale: vt de gula ſuperius diximus.

In iſtis probationē nullā adduxi in primis motibus circa obiecta magna: ⁊ id rationis eſt qꝛ materia eſt nodoſa: ⁊ de ea hactenus mentionē nullam fecimus. ❡ Tertia ꝯcluſio ꝓbatur ſic. Auaritia cōputatur inter peccata mortalia: et vnū de ſeptem mōſtris eſt: igitur. Rōne arguitur ſic. oīs inordinatus amor pecunie in notabilē iacturam proximi eſt peccatū mortale. Aliqua auaritia eſt huiuſmodi: igit̃. Tertio ſic: oīs ſeruitus idoloꝝ eſt peccatū mortale: ſꝫ auaritia eſt huiuſmodi vt patet: ad Ephe.4. apoſtolus dicit. Oīs fornicator aut immundus aut auarus: quod eſt idolorū ſeruitus nō habebit hereditatē in regno chriſti: et hoc ptꝫ per Diogenē: qui has opes irritamēta malorū peſſundabat pro quibꝰ inhiabat Alexander Macedo. Propterea eum Diogenes ſeruum ſeruorū ſuorū vocabat. ❡ Quinto arguitur ſic. Omne peccatū ex quo regulariter multa mala ſequunt̃ eſt peccatū mortale: auaritia eſt huiuſmodi: igit̃. Probatio minoris: capita regū venat̃ toxica in eſcis parat: qꝛ filij Samuelis poſt auaritiam cucurrerūt ⁊ ꝑuerterūt iudiciū: gratia cuiꝰ populus q̄ſiuit regē in eorū exitiale malū: vt ptꝫ primi regū.8. Pecunia accepta Iudas chriſtū iudeis tradidit. Mathei.xxvj. Et milites cuſtodiētes ſepulchrū chriſti accepta pecunia dixerūt diſcipulos ipm̄ tuliſſe. Math.xxvij. Propterea Iethro p̄cepit Moyſi eligere iudices q̇ . deſt auaritiā Exo.xviij. qꝛ mūera excecāt oculos prudētū. Munera crede mihi placāt hoīeſqꝫ deoſqꝫ. Placat̃ nummis Iuppiter ipe ſuis. Pecunie obediūt oīa Eccle.x. et p̄mo eneidos dicit Uirgiliꝰ: q̇d non mortalia pectora cogis. Auri ſacra fames. ac ſi diceret ad oīa flagitia impellit hic illud mātuani apud illū veꝝ habet. Sola iuuāt que lucra ferūt: et ſicut vulpes Eſopi citius caudā humum verrere patiebatur q̄ partē ſimee ad verēda occultāda impertiret. ſic opes ſuperfluas citius tenet auarus anteq̄ nudū operiat. ❡ Quarta concluſio patet: ꝙ notā in famam viri ponat per illud Catonis. Luxuriā fugito: ſimul ⁊ vitare memento Crimen auaritie. nam ſunt ꝯtraria fame. ❡ Inſup: homo q̇ reputat̃ maxime ſceleſtus maxime ſuā famā lacerat: auarus eſt huiuſmodi: igitur. Minor patet. Eccle.x. Auaro nihil eſt ſceleſtius. ❡ Tertio. maxime famā poſtponit rex terram deſtruēs: ſed auarus eſt huiuſmodi: igit̃. Probatio minoris Prouer.xxix. Rex iuſtꝰ erigit terram: vir auarus deſtruet eā. ❡ Quarto ſic. Omne viciū incurabile famā viri īpedit: ſed auaritia eſt huiuſmodi vt patet per Ariſtotelē. Illiberalitas ac auaritia incurabilis eſt: cetera vicia in ſenectute tollunt̃: auaritia tunc creſcit. Propterea dicit philoſophus. Iterū et ſenectus et imbecillitas omnes auaros videtur efficere: ꝓdigalitas tamen poſt egeſtatē eſt facile curabilis vt ptꝫ de Themiſtocle ⁊ Fabio maximo: qui in iuuentute erāt corruptiſſimi: finaliter in ita p̄claros duces euaſere. vt phenne decus apud poſteros adepti ſint: non poteſt curari per appoſitionē diuitiaꝝ quia tunc augetur ſicut ignis per appoſitionē lignorum: et in nobis vere hoc experimur quādo centū aureos habemus in archa ſolliciti ſumꝰ in eorū cuſtodia: quādo vix habemus vnū. ſed mutuo capientes in diem viuētes ſoluimus in tempore promiſſo: pecunie tunc non ſunt nobis cure ❡ Quinto arguitur ſic. Oīs ille qui odio habet̃ ab oībus eſt ſue fame neglector: ſed ſic eſt de auaro. Prodigus dicit philoſophus diligitur ab his quibus pecuniā impertit et alijs benefacit: auarus nulli benefacit nō alijs nec ſibi. ſemper eget auarus: et cupido habēdi in abyſſum creſcit. Midas rex phrigie obtinuit a baccho (vt fingūt poete) ꝙ quicq̇d ꝯtingeret verteretur in aurū: ⁊ ſic cibus ⁊ potꝰ eius in aurū ꝯuerſi ſunt: ⁊ fame perijt. Unde dicit Augu. diuitias inueniſti. ergo requiē perdidiſti: patet. dato oppoſito cōſequētis cū antecedēte ꝙ non requiē ꝑdidiſti: ſed quietē habes: vel hoc eſſet de die vel de nocte: nō de die ꝓpter ſollicitudinē. Nec de nocte qꝛ tunc latrones ſomnias. igitur. Et cum primo ducentos francos q̇ erat in fine primi curſus collegerā an ī archa vel in pariete vel ſub ſtraminibus ad que nullus reſpiceret vel an ī libro eos recōdere debebā: in bibliotheca heſitabundus manſi. ❡ Sexto arguit̃ ſic. Uiciū oppoſitū virtuti que hominē maxime honeſtat eum maxime inhoneſtat: ſꝫ auaricia eſt huiuſmodi. liberalitati aduerſatur et opū cōtemptui: ſed opum contēptores apud ſapientes ſemper maximo p̄cio habiti ſunt. Laudatur Scipio eo ꝙ pecuniarū egebat pro filiarū dote que data eſt ei a ſenatu Laudatꝰ eſt ſuper ethera Phocion qui quinq̇es et quadrageſies imperatoriā dignitatē habuit: qui ꝑpetuo pauper manſit: cū facile propter dignitates a populo traditas diues eſſe poterat: cui cum multū pecunie a Philippo rege dono mitteretur: accipere recuſauit ⁊ hortātibus oratoribus vt pecuniā ſaltē liberis daret qui difficile paternā dignitatē in tāta penuria tueri poterāt: q̇bus reſpōdit. Si ſimiles mihi erūt liberi hoc agello cōtenti erunt: qui me ad hanc dignitatem euexit: ſin minꝰ prouideant eis. generoſe vtiqꝫ reſponſum. Et magnus ille Craſſus: qui parthie aurū ſitiebat: abſciſſo capite repletū plumbo et tantū auri a rege parthorū recepit qui illud caput regi obtulerat: ⁊ cum Mithridates cognouiſſet Aquiliū ducē cōtra ſe ob auaritiā bellū ſuſcepiſſe: capto Aquilio aurū in eius os liquauit. Et mus agreſtis Eſopi paupertas ſi leta venit ditiſſima res eſt: id eſt munus dei mundū intellectum dicit. Lucanus q̇ per ſomnū quietū amycle in caſa dum aduentaret ceſar oſtēdit. Et ſatyricus Cantabit vacuus corā latrone viator: ⁊ patet per inopē ſartorē qui prope ſollicitū diuitē in horas more phylomene cantabat enim cū pondus auri diues in feneſtrā iniecit: taciturnus māſit quo ad prouida vxor aurum in publicū eiecit: hoc patet de illo qui farſimina publice in vico ferebat in copia qui dum vnū haberet laceſſitꝰ eſt omnibus abiectis quietus incēdebat Innumeri

diuitijs pire. ¶ Sed cõtra oĩa iſta ſimul arguit.
Plurimi erant diuites boni vt patriarche abra-
ham / yſaac / et iacob. Similiter reges iſrael vt
dauid / ezechias / ioſias: et pleriqꝫ alij chriſtiano
rum reges qui maximis diuitijs abundabãt: ⁊ ta
men omnes iſti erãt optimi et pauperibus p̄ſta-
bant. Ceterũ contemptũ diuitiarũ per aliquos
paucos qui paucis bonis fortune cõtenti erãt co
lorabimus ſed multi duces et multi alij prudẽtiſ-
ſimi manibus et pedibus ad diuitiarũ cõgeriem
volitãt: ergo a prudẽtibus debemꝰ capere argu-
mentũ ꝙ opes ſunt cumulãde: ⁊ nõ diſpergende.
¶ Ad primũ concedimus ꝙ aliqui diuites erant
boni. Sed cõſidera: cum Abrahã. ⁊ Loth effecti
ſunt diuites cohabitare nequiebant. ⁊ inter eorũ
paſtores fiebãt lites et iurgia: Geneſis. xiij. Iſti
de qbus ẽ ſermo iuſte acquiſierũt diuitias quas
non in impios vſus impertiuerũt: vt patet de ho
ſpitalitate abrae: et Loth. qui angelos in hoſpi-
tia ſuſcipere meruerũt. ſic reges pro tuitione rei-
pu. ⁊ proprijs cauſis opes poſſederũt quibꝰ tan-
ꝙ̃ inſtrumẽtis bonis bene vſi ſint parũ volupta-
tis in eis ponẽtes. ſecundũ illud pſalmographi.
Diuitie ſi affluant nolite cor apponere. pſalmo
lxi. Sed nolo negare quin aliqui diuites erãt bo
ni: ſꝫ cõius vbi vnꝰ vtit bene diuitijs tres immo
mille eis abutunt. ¶ Ad ſecundũ argumentũ qd̃
illuc tendit ꝙ multi prudẽtes indeficienter inſu-
dant pro bonis fortune. cumulãdis et pauci ſunt
qui mediocribus ſunt cõtenti: cui partim danda
eſt fides. Reſpõſio eſt lucida ꝙ fidẽ ſapientibꝰ im
partire neceſſe eſt / philoſophãtes opes contem-
pſerunt. Si viro daretur optio ſecundũ rectã ra
tionẽ habere bona neceſſaria ſuo ſtatui vel habe
re in magna copia priorẽ partẽ eligere debet tan
ꝙ̃ viã ſecuriorẽ. Propterea dicebat ſapiens pro-
uer. xxx. diuitias ne dederis mihi. Nõ dubitamꝰ
cum prudẽtes prudẽtia huius ſeculi que eſt ſtul-
titia apud deũ ſecundũ apoſtolũ volũtarie pau-
peres vel paucis cõtentos imprudẽtes reputãt.
Nunqd cum propheta ad inungendũ Iheſu ve-
nerat a principijs iſrael delirus putabatur: Dixe
runt qd vult iſte inſanus ſed ſufficit: meliꝰ eſt mo
dicũ iuſto ſup diuitias peccatoꝝ multas. pſalmo
xxxvj. Et melius eſt nomẽ bonũ ꝙ̃ diuitie multe
prouer. xxij. Et diuites eguerũt ⁊ eſurierũt. pſal-
mo. xxxiij. Sapiẽs ſibi videt vir diues. ꝓuerbio
rum. xxviij. et potiſſimũ ſi opes coaceruauit ſuo
marte ſiue per fas ſiue per nefas: vbiuis gentiũ
inuenies aliquos callidos ⁊ potẽtes nobiles in-
iuriã inferẽtes pauperibus niſi ſuos agellos eis
vendãt: ⁊ ſic amplificãt dñium cum ſplẽdore hu-
mano: ꝯtra quos loqtur ꝓpheta: yſaie. v. Ve q̃
cõiungitis domũ ad domũ: ⁊ agrũ ad agrũ copu
latis vſꝫ ad terĩnũ loci: nũqd habitabitis vos ſo
li in medio terre. ĩ auribꝰ meis ſunt hec dicit dñs
exercituũ. Et abatuch. 2. Ve qui multiplicat nõ
ſua. ⁊ Amos ſexto. ve q̃ cõmeditis agnũ de gre-
ge: hoc eſt pauperẽ: ⁊ certe frequẽter opes ſic con
geſte corruũt: ⁊ non diu ſtabilimentũ capit domꝰ
ſecundum illud Mantuani. Opes cumulãs quas
olim prodigus heres diſſipat: et pingues ferat
in cõuiuia menſas. Et nimirũ: qui ſeminat in cor
ruptione in corruptione metet: et ſi fundamentũ
debile / fallit opus. ¶ Circa iſta dubitatur an ho
mo peccet opes colligẽdo in immẽſum ſine alio
rum iniuria: hoc eſt a nullo lucratur iniuſte: ſꝫ na
ues in omnẽ differentiam poſitionis mittit ani
maduertẽs ad illõ. Pro lucro tui pone diẽ quicũ-
qꝫ laboras. ¶ Secũdo dubitatur an licet theſau
rizare. ¶ Tertio dubitatur: an auaritia ſit viciũ
ſpirituale. ¶ Quarto dubitatur: an aliqua illibe
ralitas ſit non peccatũ: prout videbamur dicere
et videtur ꝙ hoc ſit falſum: qꝛ ab Ariſtotele. 4.
Ethicorũ extremũ vicioſum reputatur / ⁊ virtus
inter extrema vicioſa mediat. ¶ Ad primã dubi
tationẽ eſt difficile virũ damnare qui opes ſine
fine aggerat: per media licita quãtũcũqꝫ pauper
erat a principio dũmodo nõ peccat in nimis aut
de detinẽdo: hoc eſt dat vbi oportet. Et iſtud pꝫ
ſic. da ſtatũ ꝙ homo opes colligere põt: ſic ꝙ tot
habitis non poteſt plura ſuperaddere: ⁊ videt ꝙ
non potes illũ aſſignare. ¶ Ulteriꝰ: iſti nobiles
in terra ⁊ poſſeſſione habet millionẽ auri qui de
ignobilitate ad nobilitatẽ potiſſimũ p diuitias
vt moris eſt ꝯſcendit: quare ꝓhibebit huic igno
bili repẽte id facere quod in alia domo factũ eſt
ſucceſſiue. Ulteriꝰ Petrũ medicẽ / Ioſinã / ⁊ Lau
rentiũ / Iob / ⁊ pleroſqꝫ quos litteratoꝝ turba ad
ſuperos euexit gratis dãnabis: ſecuriꝰ tamẽ eẽt
non facere talẽ aſcẽſum ſubitaneũ in liberorũ di
tatione propter peccata que diuitibus extreme
ꝯtingere ſolẽt. ⁊ ne de alto in imum ruãt ¶ Inſu
per: maneat alta mẽte repoſtũ apõ nobiles ⁊ po
tentes ꝙ multo ſatius eſt eis terminũ eorũ dñijs
imponere: loquor de ſubiectis regibus ⁊ id cauſe
eſt: cum multũ principi in bellicoſa gente vel diui
tijs appropinquare videant: vix regũ iuſſibꝰ ob-
temperãt: ⁊ ſi ſtantibus his circũſtantijs regibus
parerẽt: ſunt eis tanꝙ̃ ſignũ ad ſagittã: et arx in
iugo montis quã omnes cõtemplantur ob formi
dinẽ piculi in republica potẽtes cõtingere: p̄ſen-
tes hoc diſcãt a tot opulẽtiſſimis ⁊ famatiſſimis
ducatibus et comitatibus in britãnia: ⁊ alibi hoc
modo funditꝰ euerſis. vbi domus mediocris for-
tune in ima valle locate permanſere immobiles.
¶ Ad ſecundã dubitationẽ reſpõdetur: aliqbus
licet theſaurizare vt regibus pro defenſione rei-
publice aurũ eſt neruus belli: et potiſſimũ vbi ad
bellũ non progreditur miles ſine ſtipẽdijs: ⁊ vbi
populus regi non dans vectigalia tenetur bellũ
adire ꝓprijs ſumptibus: adhuc opus eſt magna
auri copia pro ducẽdis machinamentis bellicis
ad aciem belli: vel ad demoliendas arces vel vr
bes: vel ad protrahendũ bellũ vbi neceſſitas in-
cumbit vltra ſumptus populi: ⁊ ob multa alia q̃
in republica ꝯtingere ſolẽt: ſic licet oĩbꝰ liberos
habẽtibus theſaurizare pro filiarũ matrimonio
et pro alendis filijs ſcdm̃ eorũ ſtatũ. Eccleſiaſti-
ci. Non egẽt theſauro: illa pecunia vltra ſtatũ vi-

ri ẽ danda pauperibꝰ aurũ habet eccleſia vt egẽ
tium neceſſitati ſibi ⁊ captiuis ſubueniat. vt Am
broſius dicit ĩ libro de officijs. ⁊ auctoritas ẽ ca-
nonizata. xij. q̃ſti. ij. ca. Aurũ. eccleſia habet vt
non ſeruet: ſed vt eroget ⁊ ſubuẽiat in neceſſitati
bus: quid ẽ opꝰ cuſtodire quod nihil adiuuat: an
ignoramus quãtũ auri atqꝫ argẽti de templo do
mini aſſyrij ſuſtulerũt: Nonne meliꝰ cõflat ſacer-
dos ꝓ alimonia pauperũ ſi aliqua ſubſidia deſũt
ꝙ ſi ſacrilegus cõtamĩat ⁊ aſportat hoſtes. Non
ne dicturus ẽ dominꝰ cur paſſus es tot inopes fa
me mori: certe habebas aurum vnde miniſtraſ-
ſes alimoniam Cur tot captiui in captiuitatem
ducti nec redempti ab hoſte occiſi ſunt: Melius
fuerat vt vaſa viuentiũ ſeruares ꝙ̃ metallorum.
His nõ potes reſponſũ referre. Quid ei dices ti
mui ne tẽplo dei ornatus deeſſet. Reſpondet au-
rum ſacra nõ querũt neqꝫ auro placẽt: que auro
nõ emũtur: ornatꝰ ſacroꝝ redẽptio captiuorum
eſt: ⁊ vera illa ſunt vaſa precioſa q̃ redimũt ani-
mas a morte: ille verꝰ theſaurꝰ ẽ dñi q̃ operatur
quod ſanguis eiꝰ operatꝰ eſt. Et poſt pauca. Ne-
mo poteſt dicere cur pauper viuit: nemo põt q̃ri
qꝛ captiui: nemo poteſt accuſare qꝛ tẽplũ dei ẽ e-
dificatũ: nẽo põt indignari qꝛ humãdis fidelium
reliquijs ſpacia laxata ſunt. Nemo poteſt dolere
qꝛ in ſepulchris chriſtianorũ requies defunctoꝝ
eſt. In his tribꝰ generibꝰ: vaſa eccleſie etiam ini
tiata confringere conflare vendere licet: hec bea
tus Ambroſiꝰ ⁊ pulchre dũ eccleſie ſũt ſufficien-
ter extructe ⁊ paupes notabiliter egent: vt ple
rũqꝫ eſt inſipiẽtis ẽ ampliare templa nouas ĩſu
las ad partem / vel teſtudines erigere: neglectis
pauperibus qui ſunt tẽplũ dei ſpirituale: qꝛ cate
cuminꝰ Martinꝰ licꝫ adoleſcens neglecto cultu
ſui corporis ĩ illo caſu chlamidẽ nudo partitꝰ eſt
exemplũ epiſcopis ⁊ abbatibꝰ relinquens: vt fre
na deaurata ⁊ mutatoria veſtiũ relinquãt: ⁊ me-
morie cõmendent inopes neglectos. Non nega
mus tamen quin epiſcopus vbi eccleſia minatur
ruinam: vel nõ eſt culta ſecũdũ eiꝰ ſtatum: vel ꝓ
honeſta defenſione eiuſdẽ põt pecũiã ĩ theſaurũ
ꝓ tẽpore ponere. Nulla vna lex generalis hic ſuf
ficit: ſed prudens habet omnia cõſiderare.
¶ Ad tertiam dubitationẽ dicitur quod ẽ viciũ
ſpirituale gula ⁊ luxus flagitia ſũt corporalia: qꝛ
in eis cõſiſtit voluptas corporis eſt: ſic de auari
cia: hec eſt circa obiectum corporale vt circa pe
cuniã: ſed hoc non ſufficienter arguit peccatũ eſ-
ſe corporale. ¶ Ad quartaꝫ dubitationẽ dicitur
ꝙ ſic: nec extremum virtutis ẽ viciũ quando ac-
tus virtutis eſt de cõſilio vt de actu liberalitatis
contingit: illic vtrũqꝫ oppoſitorũ ẽ bonum: ſed
vnũ ẽ minus bonũ / quod cõparatũ ad maiꝰ dici
tur malũ: ſicut minꝰ malũ in ordine ad maius di
citur bonũ: vt pꝫ ex Ariſtotele quĩto ethi. Hoc
poteſt oſtẽdi de extremo ieiunij quod tẽperanti
am regularem includit vel de abſtinẽtia. Hoc ip-
ſum pꝫ de clemẽtia q̃ ꝑ extrẽo ſeueritatẽ habet:
⁊ tñ ſeueritas nõ ẽ peccatũ: ſed de hoc futurꝰ eſt
ſermo: quis poteſt ſi voluerit inuoluere aliquam
malam circunſtantiam propter nimiam ſpeꝫ po
ſitam in opibꝰ: illiberalitas non dat: ſecundũ illõ
Prouerbiorũ vndecimo: qui confidit in diuitijs
corruit. ſed non eſt oportunũ ad illud volare.

¶ Diſtinctionis. xlij. Queſtio. xj. de Accidia

Tertio queritur an omnis ac-
cidia ſit peccatum. ¶ Pro iſti
us intelligentia notabis ꝙ
cõmuniter loquentes accidia
per triſtitiam diffiniunt: ſed
hoc non video rationabile.
Triſtitia eſt paſſio etiaꝫ ſecũ
dum eos modo a paſſionibꝰ
neqꝫ laudamur neqꝫ vituperamur: ſecũdo Ethi.
ſed ad hoc dicit Doctor ſanctꝰ ꝙ paſſiones ſecũ-
dũ ſe non ſũt peccata / ſed ſecundũ ꝙ applicant
ad aliquod malum: ſicut ⁊ laudantur ex hoc ꝙ ap
plicantur ad aliquod bonum. Unde triſtitia ſecũ
dum ſe non nominat nec aliquid laudabile nec
vituperabile: ſed triſtitia de malo moderata no
minat aliquid laudabile: ⁊ triſtitia immoderata
nominat aliquid vituperabile: ⁊ ſecundum hoc
triſtitia ponitur peccatũ: totum iſtud non ſufficit
triſtitia ſecũdũ ſe eſt peccatũ. Reſtabat ab eo tali
js ponẽdũ quid ẽ illud quod ſecũdũ ſe eſt triſtitia
⁊ peccatũ. Et propterea aliter diffiniã accidiaꝫ.
et ſic. Accidia eſt omiſſio pura implendi illa que
ſunt facienda: vel nolitio illa implendi: vel voli-
tio nõ implendi. ⁊ iſtud pꝫ: qꝛ accidia grece nihil
aliud eſt ꝙ̃ pigritia latine vel ocium. Ex iſto pꝫ ꝙ
duobus modis fit accidia. Unomodo actũ omit
tendo quẽ tenetur habere. Aliomodo nolẽdo fa
cere illa que deberet facere: vel volẽdo non face
re quod pro eodem ſũmo: et totuꝫ iſtud poteſt ꝓ
bari per filias accidie quas Gregorius. xxxj. mo
ralium aſſignat: que ſũt malicia / rancor / puſilla
nimitas / deſpatio / torpor circa precepta: vt va
gatio mentis circa licita que ad ociuꝫ ſequuntur
non nego tamen quin ad nolle vel ad apprehen-
ſionem diſplicibilis ſequitur triſtitia: quam ſi ho
mo non remouet ꝓ loco ⁊ tẽpore peccat omittẽ-
do. Iſtis notatis pono concluſiones.
¶ Prima: aliqua acidia eſt peccatum veniale.
¶ Secunda cõcluſio: aliqua accidia eſt peccatũ
mortale.
¶ Tertia concluſio: accidia eſt valde deteſtãdũ
peccatum. Prima concluſio probatur. Interduꝫ
omittit illud quod debet facere ſub pena peccati
venialis: vel habet nolle faciendi illõ: igitur Si
mili probatione oſtenditur.
¶ Secũda ꝯcluſio de illo qui negligit audire di
uina: vel dicere horas ſuas canonicas ſub pena
peccati mortalis. ¶ Tertia concluſio pꝫ ĩ ocio
mens humana conuertit ſe ad illicita Nimis diu
lectũ tenẽs nõ proficit. Propterea recte dicebat
Cato. Naꝫ diuturna quies vicijs alimenta mini-
ſtrat. ⁊ ĩ carmĩe precedẽti Plꝰ vigila ſp ne ſõno
deditꝰ eſto. Ex eo ſequitur ad luxũ ꝓnitas dicẽ
te Naſone Ocia ſi tollas piere: cupidis artes. ⁊

eccleſiaſtici.xxxiij. Multã malicíã docuit ocioſi
tas. Et ſeneca. Ocium ſine litteris mors ē:⁊ viui
hoīs ſepultura. Propterea dicit ſapiēs ꝓuerbio
rũ ſexto. Uade ad formicã o piger. Secũdũ illud
Alani. Dũ calor ē ⁊ amena dies formica laborat
Ne pereat cum tunc nix venit alta fame. Propte
rea finguntur recte a poetis originē traxiſſe a for
micis Mirmidines ꝓpter eoꝝ laborioſitatē Sꝫ
prouer.xiij. Piger vult ⁊ nõ vult. hoc ē habet vnã
volitionē remiſſã exeũdi lectũ ĩ frigore ſed hec ē
ita puſilla ꝙ impedimētũ tollere nequit ⁊ poſtea
habet nolle dat mollit oſſa cubare. Et ꝓuer.xx.
Propter frigꝰ piger arare noluit / mēdicabit er-
go eſtate ⁊ nõ dabit illi:⁊ paulopoſt Noli dilige-
re ſomnũ ne te egeſtas opprimat Et ꝓuer.xxiiij.
per agrũ hoīs pigri trãſiui ⁊ per vineã viri ſtulti
⁊ ecce totũ repleuerãt vrtice. Pulchrũ tēpꝰ inuti-
liter dilapidat:⁊ tñ nihil ē annis velocíꝰ. ⁊ Job.
xiiij. Breues dies hoīs ſunt. breuiter totꝰ íers ⁊
ſordidꝰ ē. quē graphice Mãtuanꝰ deſcribit inqui
ens Sola ſedens:oculoſqꝫ ſolo defixa:malignũ
Criſpa ſupciliũ pallēs ĩpexa capillos Phthiria-
ſim patiens ſcalpit caput vnguibus vncis. Os ĩ-
munda:manꝰ illota:cadēte ſaliua Barba madet
pluit hymbriferis de naribꝰ humor Debilis ⁊ lõ
go pendēs in pectora dorſo Fauce tumet: leuat
anguſta ſub pectore vētrē Utris ad exēplũ mor-
biqꝫ intercutis inſtar Crus exile genu ſurgens:
pes pinguis ⁊ amplus Tardat iter: grauibuſqꝫ
dolet iunctura podagris In deſperationē triſtiti
am:⁊ multa mala cadit accidioſꝰ. Aliqui ſũt ma
gis ꝓcliues ad hoc viciũ ꝙ alij vt melancolici ꝓ
penſiores ad triſtitiã ⁊ ad loca ſolitaria ꝙ alij.
Ex hoc Ariſtoteles in probleumatibus homerũ
ingenioꝝ fontē cõiicit fuiſſe melancolicũ:qꝛ pe
tebat ſemꝑ loca ſeparata ⁊ ꝙ facile triſtitiã ĩcur-
rebat ⁊ ĩmoderatã ex hoc ꝯuincitur ꝙ vir ita ſub
limi ingenio preditus ipſũ ad interneciũ impule
rit. flegmaticus citíꝰ in hunc morbum incidit ꝙ
colericus vel ſanguineꝰ. Immoderata triſtitia
ſub pena peccati eſt auferenda qꝛ crebro hominē
in exitiale maluꝫ ducit:qꝛ ſpiritꝰ triſtis deſiccat
oſſa ſecũdũ ſapiētē ⁊ aliquos impellit ſeſe ferro
torquere: amne ſe ſubmergere vel laqueo ſe ſuf-
focare iudicio erroneo ab hac miſeria ſe liberare
exiſtimant ⁊ in miſeriã ꝑpetuaꝫ ĩcidũt. Aliq̃ aua
ri ꝓpter bona fortune perdita aliqui pituitam la
borantes facile occaſione data hoc faciunt vel
dolore amicoꝝ vt vbiuis gentiũ videre ē. De lu-
xu in quarto diximꝰ:quocirca impreſentiarũ de
eo amplius loqui non propoſui.

¶ Diſtinctionis.xlij. Queſtio.xij. de Ira.

VLteriꝰ q̃ritur: an omnis Ira
ſit peccatum. In hac queſtio-
ne duo faciemꝰ Primo quaſ-
dam notatiunculas ad mate-
rie enodationem prelibabimꝰ
Secundo concluſiue ad titu-
luꝫ queſtionis reſpondebimꝰ
Ira vno modo capitur ꝓ mo
tione corporali ſecundum quod dicitur primo de
anima ⁊ primo poſteriorum Ira eſt aſcenſio ſan
guinis circa cor. que non eſt in poteſtate volunta
tis:poſita cauſa ire generatiua licet voluntas ĩ-
pedimentum cauſat ratione poteſt ponere huic
cauſe. Hinc pleriqꝫ iratorum luridi officiunt Ti
midꝰ etiam tempore timoris ē pallidꝰ ſed in eo
calor currit ad inferiora vt ad ventrem Propter
ea dicit Ariſtoteles in probleumatibꝰ:taliuꝫ vē
tres diſſoluuntur quod experimento cognoſcũt
regentes miticuloſos inuenies percutientes:ſed
in iracundo calor petit:qõ probat Ariſtoteles a
ſigno. qꝛ ſi quis aquam frigidam contra teſtes et
ventrem irati proijciat ſtatim mitigabitur ira:⁊
id rationis eſt quia calor diſpergitur ⁊ partibus
infrigidatis ſuccurrit:ſed caueat aqua proijciens
ne ab iracundo iniuriam patiatur. Aliomodo ca
pitur ira pro motu appetitus ſenſitiui:⁊ hec paſ
ſio poteſt dirigi per imperium voluntatis vt in
alijs affectibꝰ illius ſenſus contingit. Tertio ac
cipitur pro actu voluntatis et hoc bifariam:vno
modo ſiue talis actus ſit recta ratione regulatꝰ
ſiue non ⁊ ſic capitur in malam partem ⁊ in bonã
Unde Cato. Impedit ira animũ ne poſſit cerne
re verum:quod patet ex vi vocabuli Ira a ſe ire
qua ſemota homo dicitur ad ſe redire. Et aliqui
ſemper capiunt in mala ſignificatione et oppo-
ſitum manſuetudini. In ſacris tamen hyſtorijs
interdum capitur in bonam parteꝫ: vt Iraſcimi
ni ⁊ nolite peccare. pſalmo.iiij. et ſeptimo. Nun
quid iraſcetur per ſingulos dies .et pſalmo.lxx
viij. Uſqꝫquo domine iraſceris in finem:et ſic
Ariſtoteles termino vtitur.iiij.et.iij. Ethicoruꝫ
Interdum extenditur ad iram proprie dictam
iracundiaꝫ / inuidiam:et odium. Interdum il-
la ſenigate. Hec predixerim vt de nomine non
certemus. Secundo memorie commendabis
medium reputatum apud loquentes de manſue-
tudine et clementia. Nam manſuetudo eſt habi-
tus genitus ex actibus quibus quis appetit pe-
nam ſecundum dictamen recte rationis. Sꝫ cle
mentia per hoc diſcrimen habet a manſuetudi-
ne ſecundum doctorem ſanctum:quia manſuetu
do proprie eſt circa refrenationem ire a qua quis
incitatur ad iferendam penam alteri:⁊ clemen-
tia ꝓprie ē circa diminutionē hmõi penarũ Ira
ꝙ vult dicere:duo ſunt ibi conſideranda ſcilicet
paſſio ire q̃ ē appetitꝰ vltiõis ⁊ vĩdicte:⁊ ipſa vĩ
dicta appetita ſe hēt vt effectꝰ:⁊ hoc ē rõ paſſio-
nis:mãſuetudo vero ē moderatiua paſſiõis ⁊ cle
mētia opatiõis. Hoc ſufficiēter ab alijs ĩpugnat
qꝛ circa actũ ĩteriorē ⁊ extiorē ſibi ſubordĩatũ:⁊
ab eo ĩperatũ ñ ſũt ponēde diſticte virtutes Ple
riqꝫ ponũt clemētiã ⁊ mãſuetudinē terĩos ſyno-
nios. Ari.4.ethi.nl'lũ diſcrimē põit. Aliq̃ dicũt
clemētiã eē mititatē ſupioꝝ ad ĩferiores cui Se
neca ĩ ſuo libello applaudere videt:difficultas ē
verbalis nõ ē nobis dure. Iſtis notatis ponunt
cõcluſiões aliq̃ de ira paſſiõe ⁊ mãſuetudĩe. Se-
cundo de peccato ire reſpondebimus.

¶ Prima ira paſſio nonnũꝙ eſt laudabiliter aſ-
ſumenda. probatur. Aliquis ē ſuperior qui debet
puniri ꝑꝑ aliquod delictũ cõmiſſũ cõtra diuinũ
cultuꝫ: rempu. vel contra ſe:vel cõtra ſuos ami-
cos:ſed timor eum retrahit ne exequatur talem
penam flagitio dignam:ergo ſecũdũ dictamē re
cte rationis paſſio timorē excutiens eſt aſſumen
da:cuiuſmodi ē ira. Confirmatur ꝑ Ariſtotelē.8.
particula ꝓbleumatũ ꝓbleumate.xx. Et ꝑ eũdē
tertio Ethicorũ.viij. de fortitudine ſimilitudina-
ria loquentē:⁊ pro maiori fide danda ad hoc Ho
merũ introducit ſic dicēs. At qui iram etiam ad
fortitudinē referũt. Fortes enim ⁊ ij videntur q̊
ob irã ferũtur perinde atqꝫ fere ĩ eos q̃ ĩpos vul-
nere affecerũt:qꝛ ⁊ fortes concitantur ira. Eſt eĩ
ira res impetuoſiſſima ad aggrediēda ꝑicula:q̃-
propter ⁊ Homerꝰ dixit Uires ĩiecit ire ⁊ animũ
ira concitauit Et acuta ꝑ nares vis ⁊ efferbuit ſã
guinis. Amplius Africanꝰ leo bellũ grande or-
ſurus caudã ſolum ⁊ ſeſe ꝑcutit vt concitatꝰ ira ĩ
bellum prodeat:hoc ipſum taurus in p̃ludio bel
li facit puluerulētã terrã pedibꝰ ⁊ cornibꝰ cauat
vt ira ſuccenſus taurum vel vrſum inuadat

¶ Secunda concluſio. Clementia eſt preclara
virtus. Probatio:clemētia apud oēs ſapiētes in
maximo p̃cio ſemꝑ erat:⁊ a ſapientibus commē
data et hoc propterea qꝛ ad humanitatē tēdit ⁊
in caſu ambiguo vel lucido ſanguini parcit. Hic
Antonius plus adeo manſuetus ⁊ clemēs extitit
imperator ꝙ ſemꝑ ſentētiã Scipiõis ĩ ore habe-
ret. Se male vnũ ciuē ſeruare ꝙ mille hoſtes oc
cidere. Et cũ Athenodrꝰ philoſophꝰ ab auguſto
in patriam recederet petijtqꝫ auguſtꝰ vt ei aliqõ
monumētum relinq̃retur cui hoc reliquit ꝙ ſi ei
contigerit iraſci nihil prius diceret vel faceret ꝙ
quatuor ⁊ vigiuti litteras prius mente ꝑcurreret
Et Ageſilaus rex ſparthenorum cum ab vxore
inſtigaretur vt ſuppliciuꝫ ſumeret de adoleſcen-
te qui eiꝰ filiam in propatulo de oſculari auſꝰ fue
rat Cui rex. Si amicis ⁊ bene ĩ nos meritis ſup-
plicium inferimꝰ quid faciemꝰ inimicis? Et So-
crates:cum quidem ei faciē verberibꝰ ⁊ cicatribꝰ
petulanter fedauit nihil aliud fecit Socrates ni
ſi nomē nebulonis publice in fronte portaret ira
tus quidē hoc ad ganeonis infamiam ſufficere:⁊
ſplēdorem Socraticum hoc pati dicere. Et cum
Olympias Alexandrum magnum precaretur ꝑ
nouem menſes quibus eum in aluo geſtauerat vt
occideret quēdam innocētem Cui Macedo aliã
a me parens optimã mercedē poſtula: hominis
enim vita nullo beneficio cõpenſatur Propterea
dicebat regius propheta. Memēto domine da-
uid ⁊ omnis manſuetudinis eiꝰ: pſalmo.cxxxi. ⁊
pſalmo.xxxiij. Audiant manſueti ⁊ letantur. et
pſalmo.xxxvj. mãſueti autem hereditabunt ter
ram. Et matthei.xxi Ecce rex tuus venit tibi mã
ſuetus. ⁊ manſuetudo eius multum patuit dum ſi
mei parceret:ſecundi regum.xvi. Et duꝫ totiens
ſaul quem occidere poterat manus non iniecit.
Similiter cum amalechytem qui ſaul chriſtum
dominum occiderat interfici iuſſerat:ſecundi re-
gum primo. Et idem fecit duobus carnificibus
qui caput Iſboſeth ad eum tulerunt in hebron
ſecundi regum quarto. eſto ꝙ eius inimici eſſent
hoc amplius patet cum archam domini tulerũt
de domo Obededon gethei ad ciuitatē Dauid
vbi magnanimus rex percutiebat in organis ar-
migatis ⁊ ſaltabat totis viribus ante dominum
etiam accinctus ephot lineo:ſed habitus humi
litatis eum ad iſtud inclinabat ⁊ non habitus mã
ſuetudinis. Ex ĩnumeris hiſtorijs manſuetos ſũ
ma laude dignos deprehendimus : ergo manſue
tudo vel clementia eſt precioſa virtus. Inſuper
probatur ex feditate vicij oppoſiti ſcilicet crude
litate q̃ apud ſapiētes fuit ſemper maxime igno
minioſa ergo virtus ei oppoſita eſt multum ſpe-
ctabilis. Dyomedes Thracius qui hoſpites ſua
domo ſuſceptos equis humana carne veſci aſſue
tis in pabulũ obiecit. Et phalaris qui premium
propoſuit ei qui nouum tormenti genꝰ ad excru-
ciandos homines excogitaſſet ridentur (⁊ meri
to) apud poſteros. Amplius pleriqꝫ ꝑ tyrãnideꝫ
amiſerunt regna:⁊ plurimi per clementiam illa
ꝓtegebant: ergo non modo eſt virtꝰ ſpectabilis
principibus:ſed ad tranquille regnandum appri
me vtilis.

¶ Tertia concluſio. Clementia non inclinat ſe-
per ſuperiorem remittere penam legalem in ſub
dito:immo erit inclementia ⁊ ire vacuitas. Pro-
batur hec cõcluſio. eſt aliquis graſſator in repu-
blica dolo malo duos vl' plures occidēs: tali vi
ro beleal nõ ē remittēda pēa nec ĩ pecũiariã trãſ
mittēda. Probat hec ꝯl'o:talis euadit effrenis:⁊
truculētꝰ carnifex ĩ poſterũ :ſcõꝫ illõ Comici licē
tia deteriores ſumꝰ:ꝙ illi nocet:⁊ ſi ei ꝓdeſſet nõ
refert ꝓpterea. Probat hec ꝯl'o ſic:qꝛ homicidis
alicubi (ſcio q̃ dico) nimis cito parcit. Arguitur
ſic. pēa illa q̃ ē ĩ iacturã reipu. ĩ p̃ncipis notã:⁊ ex
cõſeq̃ntiã eiꝰ exterminiũ nõ ē remittēda:ſꝫ remiſ
ſio huiꝰ pene ē hmõi:igit Probatio mĩoris. circa
illa tria prĩo ꝑturbant ĩnocētes quos rex inq̃ete
ꝓtegere tenet. Ad hoc reges ĩ mediũ ĩtroducti
ſunt vt ſõtes torq̃ant ⁊ ĩſontes tueant:ꝙ ſi h̾ non
faciãt eoꝝ munꝰ negligũt. Secũdũ ſequit ex pri
mo vbi hoĩes iuſtitiã miniſtratã nõ vidēt de ſupi
oribꝰ obloquũtur:ſi ꝑ' burſã occidãt eos auaros
reputãt. Si offēſã remittũt eos ex ĩdulgētia vel
ignauia notãt. Qõ hoc ē ĩ exterminiũ p̃cipis ꝓꝫ
ſic:tũc hoĩes fiũt audaces:⁊ ĩſolētes:agricultura
⁊ artibꝰ mechanicis neglectis ad arma ruunt. cõ
fidũt in magnatibus. ⁊ ad curias magnatũ volãt
gratia cuius magnates ĩſolētes fiũt ĩ cõtemptuꝫ
principis. Iſte iactanter aſſerit ſe poſſe ꝯtrahe-
re pro ſui corporis defenſione vel aliorum ĩuaſio
ne quiqꝫ mille viros vel decē mille viros. h̾ euꝫ
rebellē ⁊ ſuos effrenes ſine lege reddit: ſuſpicat
ſuũ principē velle ꝓ eis ĩtercedere quatenꝰ a ca-
pitali ſupplicio quo digni ſunt abſoluãt: vl' a q̃-
uis alia pena mitiori citra penã capitalē tot ex il
lo abſurditates glõerati ruũt ꝙ potiꝰ me deſice-

ret dies anteq̄ illas:quin immo eaꝝ medietatez
recenſere potero.Quare nūc ab iſto domīo nūc
ab illo pro donanda venia īplicatur rex: ⁊ mille
curis agitatur. ¶ Contra primam concluſionez
arguitur.per illud Catōis. Impedit ira animuz
ne poſſit cernere verū:ergo ira non eſt aſſumen=
da Et Grego. quinto moralium circa finē. Naz
ire ſue ſtimulis accenſum cor palpitat:corpus tre
mit:lingua ſe prepedit:facies palleſcit:exaſperāt
oculi:⁊ nequaq̄ recognoſcunt note:ore quidem
clamorem format:ſȝ ſenſus q̇d loquatur ignorat
in quo itaqȝ iſte ab arepticijs longe eſt qui actio
nis ſue cōſci⁹ nō eſt:⁊ conſequenter multa ire in=
commoda deducit. Reſpondetur q̄ he auctorita
tes intelliguntur de ira perturbante rōnē q̄ ſen=
ſum obnubilat⁊ ad illud ſolū punctū oēs rōnes
ſenece tendunt Ariſtotelē improbātes de ira.ſȝ
ira ſumpta cū ratione ē laudabilis. ¶ Cōtra ſe=
cundam ⁊ tertiam concluſionē arguitur ſic. Ple=
riqȝ reges ſeueri diu regnarunt tollentes ſciſma
ticos ⁊ quidē potentes de medio:pȝ de Auguſto
ceſare qui marcū tulliuȝ marco Antonio conceſ
ſerat perimendū:⁊ ita de multis alijs ſenatorib⁹
quorum capita ad roſtra affixa ſunt:⁊ circa dies
noſtros facile ē inuenire reges ſeueros qui pacifi
ce mortui ſunt vbi clementiſſimi principes ab ī=
ſolentibus perempti ſunt:pȝ de Jullio ceſare cle
mentiſſimo:⁊ multis alijs. ¶ Secūdo arguitur.
probando q̄ manſuetudo vel clementia non eſt
laudabilis:⁊ hoc ſic Clementia eſt mitigatiua pe
ne debite culpe:ergo non eſt virt⁹. Conſequētia
tenet.culpa debet reſpondere pene. ¶ Ad p̄mū
concedo antecedēs:ſȝ cōmunius clemētes diuti=
us regnarunt:ſermones in moralib⁹ ſunt de his
cōmuniter cōtingunt. Etiam non eſt ſeueritas re
mittere ſciſma inultum in republica quando alia
via adhiberi non poteſt bonum remedium ſȝ in=
clementia. De iullio ceſare non erat clemens:ſȝ
tyrannus qui ſolus totam rempublicā vſurpauit
propterea cruciatu quem pertulit a bruto ⁊ caſſio
dign⁹ erat. Similiter Auguſt⁹ licet bonis natu=
ralibus predit⁹ ſimili tyrannide laborabat pro=
pterea partem patrie tullium Antonio prodito=
ri dedit:⁊ſic īter hos duos oīa pro arbitrio:⁊ nō
ꝓ rōne regebātur. Propterea nimirū q̄ Marc⁹
Antoni⁹ ſuo ferro ſe ſuffodit q̇ cum manus ⁊ ca=
put Tullij crudeliter abſcidit caput in menſa po
ſuit per diem illud aſpexit quouſqȝ expectaculo
animū exſatiaſſet:vt apian⁹ refert. Et fuluea An
tonij vxor que illud venerabile caput maledictis
execrationem in ipſum inſpuens linguam quoqȝ
illi e faucib⁹ extraxit:qui per facundiam vrbem
ab incendio ⁊ patriam ſeruauit ſic per viros fu=
rea dignos lacerata eſt: ſed felicitas natiuitatis
chriſti Auguſto pacem dedit vt vniuerſus orbis
quia chriſt⁹.xlij.anno Auguſti ceſaris nat⁹ ē:et
tunc philoſoph⁹ imperio romano ſubdit⁹ ī maxi
ma erat pace vt pȝ. Luce ſecundo. Exijt edictum
a Ceſare auguſto:vt deſcriberetur vniuerſus or=
bis.q̄ deſcriptio pacem oſtendit.⁊ hoc erat p̄nū=
ciatum per oracula prophetarum:pſalmo.lxxi.
Orietur in diebus ei⁹ iuſtitia ⁊ abundantia pacis
Et yſaie ſecūdo. Non leuabit gens contra gentē
gladium. Et nono.vocabitur nomē ei⁹ admira=
bilis conſiliari⁹ de⁹ fortis pater futuri ſeculi pri
ceps pacis:ergo iſta pax parū vel nihil erit attri
buenda Auguſto:ſed q⫶ in felici tēpore chriſti cō
tigit qui pacem dilexit:⁊ tēpore pacis naſci vo=
luit. ¶ Ad materiā ſecūdi argumēti reſpōdebo:
qua cognita facile erit ad formaȝ reſpōdere. Cu=
iuſlibet culpe latitudo pene eſt diuiſibilis Hanc
diuiſionem imaginabere ꝑ extēſionē:⁊ nō ꝑ intē
ſionē. hec latitudo habet duo extrema ſcȝ a.pun
ctum ſub feritate ⁊.b.punctum ſuper inclemētiā:
in iſtis extremis ē labefactio legis.latitudinē me
dij ꝑtiamur ī tres ꝑtes quaꝝ vna portio erit ſub
a.puncto ꝯtigua. ¶ Tertia portio erit media
inter illas. Si pena fuerit in infima tertia eſt cle
mentia:ſi ī ſuprema tertia erit ſeueritas in porti
one media mediū locū inter ſeueritatē:⁊ clemen
tiā obtinet. Supremus iudex puta imperator in
imperio.vel rex ī regno poteſt quātūcūqȝ iſtarū
penarū infligere. Et ſecūdū hoc vel ſeueritatem
clementiā vel actū mediū exercebit nullatenus
peccādo. Ex iſto pȝ q̄ ſcel⁹ nō manet inultū īmo
aliqua pena infligitur.ſtat etiā dare actū clemen
tie nullā aliā penā īfligēdo a pena contracta. Ut
pateāt iſta exēplariter ſit Sortes qui occidit ho
minē cui ſecūdū legem iperialē:⁊ regni conſuetu
dinalem debet̄ ſuppliciū capitale. Ad iſtud poſi=
oꝛthodoxe fidei etiā meret̄ depōi:⁊ hoc vult ille
populꝰ ſi bene xp̄ianitatē ſuſcipiat.Qō ſi ponas
populū velle adhuc habere illū antiquū regē li=
cet gentilis maneat grāde iudiciū eſt ꝙ non ſyn
cere adhuc ſuſcipitur fides:⁊ tūc nō ē relinquen=
dum ei regnū.Etiā nō decet regē īſidelē habere
populū chꝛiſtianū cum ꝑ munera:⁊ honoꝛes pōt
eos a fide auertere:ſꝫ ſi fidē voluerit ſuſcipere:cū
alijs ſoluēdo ꝓ īpenſis aſſumptis nō video ꝙ de
ponēdꝰ ſit:⁊ hoc ſi pꝛudēs fuerit niſi timeatur de
lapſu in īſidelitatē.Si erat alia policia ꝙ regalis
illā inſulā capiēs mutare pōt:⁊ dignū ē pꝛo plan
tatione fidei ꝙ ipſe regnū capiat Etiā aliud ē:po
pulꝰ ille beſtialiter viuit citra vltraqꝫ equatoꝛē ⁊
ſub potis viuūt hoīes ferini vt Ptholomeꝰ ī qua
dripertito dicit:⁊ iā hoc experiētia cōpertum eſt
quare pꝛimꝰ eos occupans iuſte eis īperat:qꝛ na
tura ſunt ſerui vt pꝫ:pꝛimi politicoꝝ tertio ⁊ quar
to.dicit philoſophꝰ ꝙ ſunt alij natura ſerui alij li
beri manifeſtū eſt:⁊ in q̄buſdā determiātū eſt eſſe
tale aliquid quibꝰ ob idipſum pꝛodeſt:⁊ iuſtū eſt
aliū ſeruire aliū eſſe liberū:⁊ cōuenit aliū impera
re alium parere eo imperio qō innatū eſt quare ⁊
dominari.Propterea dicit philoſophꝰ pꝛimo ca
pite illiꝰ libꝛi Quāobꝛē aiunt poete grecos bar=
baris dñari:opoꝛtere ꝙ idē ſit natura barbarꝰ ⁊
ſeruꝰ. ¶ Cōtra pꝛimā ꝯclōnē ar̄ ſic.Ex ea ſeq̄t̄
ꝙ tenentes illas terras continuo peccāt tenen=
tes alienū. ¶ Contra ſecūdam concluſionem ar
guitur:ſequeretur eodemmodo ꝙ peccarēt deti
nentes terras quas habēt per verum titulū ſuc=
cedendi cum non ſint ſue. ¶ Ad pꝛimū:nō ſequit̄
tēpoꝛe q̄ doꝛmiūt nec cogitāt de reſtitutiōe nec
cogitare tenentur:non peccant:ſed ſemper ſunt
in peccato immo in multis in infidelitate cū blaſ
phemia contra nomen dei:⁊ tenentur velle reſti
tuere efficaciter alienum oblatum.

¶ Ad ſecundum concedimus eos ſemper eſſe in
peccato vt patuit in ſolutione pꝛioꝛis argumen=
ti:ſed non ſequitur ꝙ peccent pꝛopter detentio=
nem terrarum quas habent vero titulo gentiliū
non obſtante poſſunt ab eis auferri iuſte:ſicut he
reticus vtitur ſuis bonis quo ad auferantur:vt
in fine pꝛimi diximꝰ:⁊ illa ſufficiunt pꝛo ſolutiōe
huiꝰ. ¶ Contra tertiam concluſionem arguitur
ſic.Ex ea ſequit̄ ꝙ aliq̄s ſine culpa pꝛiuabit̄ ter=

ris ſuis:ꝯſequens eſt inconueniens:ergo ⁊ ante=
cedens.conſequentiaꝫ pꝛobo.legitimꝰ heres cō
ſtantinopolitanꝰ ſpem habet foꝛte pꝛo recuperā
da conſtantinopoli:⁊ non peccauit ī amiſſione il
lius:ergo ſi pānonie rex biſantium occuparet ſi=
ne culpa ſuo dñio pꝛiuabit̄. ¶ Inſuꝑ ex hac via
ſequitur ꝙ aliquis pꝛinceps xp̄ianꝰ poterat a tri
ginta annis p̄teritis vel a mīoꝛi tempoꝛe pote=
rat regnum granate capere:intelligo de pꝛīcipe
alio a caſtellano:ſꝫ hoc videtur incōueniēs:igit̄
Conceditur in illo caſu ꝙ aliq̄s ſine culpa pꝛiua=
bitur ſuis terris:⁊ iuſte vt pꝫ de filio heretici nul
lo pacto cuꝫ patre in hereſi communicante:⁊ de
filio illiꝰ q̄ crimen leſe maieſtatis cōtra regē ⁊ rē
publicā incurrit:ſꝫ id nō eſt ſine cauſa.Deberet
velle citiꝰ iſte ꝙ rex pānōie terrā haberet q̄ Otho
mannꝰ:⁊ ſi terras ſuas haberet eas ꝓtegere ne=
quiret:ſꝫ in eiꝰ doloꝛē:⁊ iterū in reipu.xp̄iane iac
turam totū amitteretur.Ubi dicis ſpē habet re=
cuperandi.dicit̄ ꝙ illa eſt bñ vana:⁊ nos loq̄mur
vbi ſapiētes iudicarent ꝙ nō eſt ſpes recuperādi
illa via. ¶ Ad ſecūdū argumētū nego ſeq̄lā:poſt
eiectos aphꝛos de reliqua ꝑte hyſpanie a grana
ta ſemꝑ erat veroſimile ꝙ caſtellani granatā ca
perēt.Et pꝛopterea nullꝰ aliꝰ rex a caſtellano de
bebat ad hoc adhibere manū:qꝛ hoc fuiſſet pōe
re falcē in meſſem alienā.Et ſemīaria litis inter
chꝛiſtianos pꝛincipes diſpergere a quo cauendo
caſtellie ⁊ luſitanie pꝛīcipes varias plagas aphꝛi
ce ſibi delegerūt vt ſi eas capere poſſunt int̄ eos
incētiuum belli nō oꝛiret̄.Suppponimꝰ oppoſitū
in caſu noſtro nec de facto contendimus.

¶ Queſtio Quarta.

Ertio circa hanc materiā q̄ri
tur an xp̄iani poſſunt filios ī
fideliū īuitis parētibꝰ bapti=
ʒare Hāc q̄ſtionē hic tracta=
bimꝰ.Tū qꝛ ē pꝛopoſito ꝑti
nens.Tū qꝛ q̄ſtio hec ex exē
plari a nobis ſcripto incuria
nō dabatur calcographis in
quarto.In hac q̄ſtione pꝛimo terminū īfidelitas
explicabimꝰ.poſtea aliquas ꝯcluſiones ponēdo
Infidelitas dicit doctoꝛ ſanctꝰ ſcōa ſecūde q̄ſtio
ne decīa duplicit̄ accipit̄.Unomō ſecūdū puram
negationeꝫ vt dicatur infidelis ex hoc ſolo ꝙ nō
habet fidē.Aliomō pōt ītelligi infidelitas ſecun
dum contrarietatem ad fidem qua ſcilicet ali=
quis repugnat auditui fidei vel etiā cōtēnit ipſaꝫ
ſecūdū illud Eſaye.liij.Quis credit auditui nr̄o
⁊ in hoc ꝓpꝛie ꝑficit̄ rō īfidelitatis:⁊ ſecūdū hoc
infidelitas ē peccatū.Si aūt īfidelitas accipiat̄
ſecūdū negationē purā ſicut ī illis q̄ nihil audie
rūt de fide nō hēt rōnē peccati:ſꝫ magis pene:qꝛ
talis ignoꝛātia diuinoꝝ ex peccato pꝛimi paren
tis cōſequuta ē.Qui auteꝫ ſic ſunt īfideles dānā
tur q̄dē ꝓpter alia peccata q̄ ſine fide remitti nō
poſſunt:non aūt dānātur ꝓpter īfidelitatꝭ pctm̄
vnde dñs dicit.Iohā.xv.Si nō veniſſeꝫ:⁊ loquu
tus eis fuiſſeꝫ peccatū nō haberēt.qō exponēs
Augu.dicit ꝙ loq̄tur de illo peccato ꝙ nō credi=
derūt ī chꝛiſtū. ¶ Contra iſtud arguit̄ ſic.Ubi di
cit ſi īfidelitas accipiatur ſecūdū negationē purā
nō habet rōnē peccati:ſꝫ magis pene tales dicit
dānātur pꝛopter alia peccata q̄ ſine fide remitti
nō poſſunt nō autē pꝛopter īfidelitatis peccatum
Capio aliquē adultū in iſtis īſulis de nouo reper
tis q̄ bene vtit̄ naturalibꝰ ſuis ꝑ mediocre tēpus
vel bꝛeue:talis dānabit̄ alioquin tales quātūqꝫ
diu viuētes excuſabūtur a baptiſmate:etiā tales
non dānātur pꝛopt̄ alia peccata q̄ ſine fide remit
ti nō poſſūt.Tū pꝛimo qꝛ nō habet talia peccata
Tū ſecūdo alijs datis poſſūt de illis penitere il
lud Ioan.xv.nō ē ad pꝛopoſitū vt manifeſte pꝫ
illō ē ꝯtra iudeos ſicut pꝫ ꝑ verbū chꝛiſti ad apo
ſtolos dicētis.Sꝫ hec oīa faciēt vobis pꝛopter
nomē meū qꝛ neſciūt eū q̄ miſit me.Propterea
ſubiungit.Si nō veniſſem ⁊ loquutꝰ fuiſſē eis pec
catū nō haberēt.Itē de paruulis illoꝛū pōt fieri
argumētū:qꝛ ſi decedāt nō baptiſati videt̄ ꝙ dā
nabunt̄ ſicut noſtri puuli.Scimꝰ ambiguā eſſe q̄
ſtionē ſuꝑ illa materia an paruuli infideliū ad q̄s
fama baptiſmi nō ꝑueīt in fide parētū ſaluantur
tenēdo ſic ponūt alij ꝙ ꝑētū fides ſine ſacramētꝭ
ab oli ſufficiebat:qꝛ hoc ſufficiebat anteq̄ fides
eſſet eis ꝓmulgata:qꝛ alioquī ita cito exiſtētes ī
Dan ⁊ Berſabea fuiſſēt obligati ad baptiſma ſi=
cut exiſtētes hieroſolymis.qō nō ē dicēdū:qꝛ ſe=
cūdū ꝓphetā de ſyon exibit lex.⁊ verbuꝫ dñi de
hieruſalē:ſꝫ de hoc alibi loquuti ſumꝰ.Propter=
ea dicitur aliter de termino infidelitas:⁊ quia ne
gatiuum vel pꝛiuatiuum melius per poſitiuuꝫ co
gnoſcitur de illo pꝛius loquendum eſt.Fidelis di
citur ille qui habet ſignum fidei puta caracterem
baptiſmalem vel equiualens.Hoc addo pꝛopter
eos qui baptiſmo flaminis ⁊ ſanguinis baptiſan
tur:interdum vocamus quem piam fidelem quā=
do fidem infuſam habet:ſed pꝛioꝛ acceptio eſt ac
commodatioꝛ:infidelis per oppoſitum capitur
pꝛiuatiue:⁊ non contradictoꝛie pꝛo illo qui non
habet caracterem fidei ⁊ eſt aptus natus illuꝫ ha
bere. Semper intelligo nec equiualens quo fit
Omnis chꝛiſtianus ⁊ ſolus eſt fidelis. Secun=
do ſequitur ꝙ paruuli chꝛiſtianoꝛum nondum
baptiſati tunc infideles patet:nondum ſuſcepe=
runt ſacramentum fidei:⁊ ſunt apti nati ipſuꝫ ſu
ſcipere ⁊ a foꝛtioꝛi paruuli infideliū ſunt īfideles
Tertio ſequitur.Aliquis ē infidelis q̄ nec habet
actū nec habitū infidelitatis:pꝫ de iſtis paruulis
Quarto ſequitur.ꝙ multa ſūt mēbꝛa īfidelitatis ī
pꝛīo ſūt ꝑuuli q̄ nō tenent̄ ſuſcipere fidē ſub pena
noui pcti ī ſcōo mēbꝛo eſſet adultꝰ q̄ nec aſſenti=
ret nec diſſentiret fidei nr̄e nec haberet velle ne=
qꝫ nole ſed oēꝫ taleꝫ actū ītellectus ⁊ voluntatis
excluderet:⁊ iſte actualit̄ ē ī pctō moꝛtali omiſſi=
ue.In tertio mēbꝛo eſt ille diſſentiēs fidei nolēs
aſſentire:⁊ iſte grauiꝰ peccat ꝙ ſecūdꝰ:dato ꝙ ni
hil mali moliret̄ ꝯtra nos.Quartꝰ eſt ille q̄ diſſē
tit fidei nr̄e:⁊ nō vult illi aſſentire:ſed vult aſſen=
tire oppoſito ⁊ cum hoc habet velle verā fidem

infrigere: ⁊ ſecundū ꝙ magis vel minꝰ ſtudet ad hoc laborare in maiori vel miori īfidelitatis peccato eſt. In iſtis mēbris ſemꝑ intelligo genꝰ diffiniti: ⁊ licet īfidelitas ꝯtraire ſit actꝰ intellectꝰ vel eius habitꝰ: tñ radix huiꝰ pctī in actu volūtatis conſiſtit q̄ ad bonū ⁊ malū impellit. Ex oībꝰ his colligitur maliualuci baptiſati ſunt fideles capiendo: vt capimus. Probatur. ſunt heretici: ergo nō ſunt īfideles ſic capto vocabulo bene ſunt īfideles: id eſt non habentes fideꝫ infuſam: ⁊ ſūt apti nati eā habere. ¶ Alterꝰ ſequitur. Licet aliquis īfidelis ſit ī paruo peccato: vt pꝫ de puulis: tñ aliqua īfidelitas ē maximū pctm: ⁊ ſic tota īfidelitas cathegoreumatice magnū pctm reputatur: vt de ſupbia ꝯtingit ī quibꝰ mortalia ⁊ vēialia reperiuntur: vt ſuperiꝰ viſum ē. Quid nomie termini ꝑmiſſo reliquū ē ad queſtionis elucidationē deueire. Circa quā varie ſunt pōnes aliquibꝰ dicētibꝰ ꝙ nullo pacto licet puulos īfideliū iuitis pentibꝰ baptiſare. Alijs dicētibꝰ ꝙ cogendi ſunt omnes ad fidē: ⁊ in propoſito reſtringemus queſtionē ad iudeos in adultis: qꝛ de illis marie contendit apud loquentes. ¶ Circa hoc ponam cōcluſiões. ¶ Pria ē. Judei adulti nō ſunt cogēdi ad fidē. ¶ Scda ꝯcluſio. Si fidē coacti ſuſcipiant illā tenere ꝯgebunt. ¶ Tertia ꝯclō. Paruuli fideliū iuitꝭ pentibꝰ ſunt baptiſandi. Pria ꝯclō probatur: ī dubijs ſentētia patrū ē imitāda: ⁊ potiſſimū maioꝝ pōtificū ⁊ cōciliorū: ſed res ē dubia: ⁊ ſine determiatiōe patet. Aliqui docti tenuerūt oppoſitum: ⁊ alias eccl'ia nō dediſſet determinationē: et tñ eccl'ia determiauit pro hac ꝯclōne. hoc ī ꝯcilio toletano ꝯcluſū ē: vt pꝫ. 45. diſti. ca. de iudeis. vbi dicit. De iudeis aūt pcepit ſctā ſynodꝰ nemini deīceps ad credēdū vī īferre cui ei vult deꝰ miſeret: et quē vult idurat: nō ei tales inuiti ſaluādi ſūt: ſꝫ volētes vt integra ſit forma iuſtitie. Sicut eī hō proprij arbitrij volūtate ſerpenti obediēs perijt. ſic vocātis grāꝫ dei propria mētis ꝯuerſiōe qſqꝫ credēdo ſaluat. ergo nō vi: ſꝫ libera arbitrij ſui volūtate et facultate vt ꝯuertātur ſuadēdi ſūt. nō potiꝰ īpellēdi: vt Greg. paſchaſio epō Neapolitano ſcribit / q̄ ſyncera intētiōe extraneos a xp̄iana religiōe ad fidē cupiūt rectā perducere blādimētis debēt nō aſperitatibꝰ ſtudere: ne quorū mētē reddita rō a plāo poterat reuocare pellat procul aduerſitas. Nā q̄cūqꝫ aliter agūt: et eos ſub hoc velamine a ꝯſueta ritꝰ ſui voluerint cultura remouere: ſuas illic magis ꝙ dei cās ꝓbātur attēdere. Judei ſiquidē neapoli hītātes q̄ſti ſunt nobis aſſerētes ꝙ q̄dā eos a q̄buſdā feriarū ſuaꝝ ſolēnitatibꝰ irrationabilr̄ nitant arcere ne illis ſit licitū feſtiuitatū ſuarū ſolēnia colere ſicut eis nūc vſqꝫ: ⁊ pentibꝰ eorū lōgis retro tp̄ibꝰ licuit obſeruare: ꝙ ſi huiꝰ rei veritas ita ſe hꝫ ſupuacue rei videt opaꝫ dare. Nā q̄d vtilitatꝭ ē: qñ ⁊ ſi ꝯ lōgū vſū fuerit vetiti ad fidei illiꝰ conuerſionē nihil ꝓficit aut cū iudeis qualiter cerimonias ſuas colere debēt regulas ponimꝰ ſi per hoc eos lucrari nō poſſumꝰ. Agēdū ē ergo vt potiꝰ rōne ⁊ māſuetudie prouocati ſequi nos velit nō fugere: vt eos ex eorū codicibꝰ oſtēdētes q̄ dicimus ad ſinum matris eccleſie deo poſſimꝰ auxiliāte ꝯuertere. Itaqꝫ fraternitas tua eos mōitis prout potuerit deo adiuuāte ad cōuertendū accēdat: ⁊ de ſuis illos ſolennitatibus inquietari denuo nō permittat: ſꝫ omnes feſtiuitates feriaſqꝫ ſuas (ſicut hactenꝰ tā ipſi ꝙ parētes eorū ꝑ lōga colētes retro tēpora tenuerūt) liberā habeāt obſeruādi celebrādiqꝫ licētiā. Iſtō etiā pꝫ: extra de iude. ſara. ⁊ eorū ſer. capi. Sicut iudei. Et ca. iudei. nō permittit eos erigere nouas ſynagogas bene tñ reparare antiquas permittit: vt pꝫ in ca. Conſuluit. Iſtud etiam patet. xxiij. queſtio. 5. ad fidem.

¶ Secūda concluſio probatur de baptiſmo ⁊ eiꝰ effectu. capi. maiores. §. Itē queritur. ⁊ quadrageſima quinta diſtinctione de iudeis. hoc inſuper ꝑ legem Ceſareā patet. ff. de ritu nup. Si pater. et C. in eadē rubrica. Nullis. ¶ Tertia ꝯclō ē ꝓbāda de paruulis īfideliū: ⁊ ī primis recitabo modū doctoris ſancti tenētis oppoſitū: ⁊ aliqua ſuorum motiuoꝝ vt ⁊ concluſionē ipſam ⁊ ſuas rationes ſimul infringamꝰ. Dicit ſic: duplex ē ratio ꝙ īfideliū paruuli nō baptiſantur iuitis parentibꝰ vna quidē propter periculum fidei. Si enim pueri nōdū vſum ratiōis habētes baptiſmū ſuſciperēt poſtmodū cum ad perfectā etatē puenirēt de facili poſſent a parētibꝰ induci vt relinquerēt qđ ignorantes ſuſceperūt: quod vergeret in fidei detrimentū. Alia vero ratio eſt qꝛ repugnat iuſtitie naturali. Filius enim naturaliter ē aliquid pr̄is ⁊ primo quidē a parentibꝰ nō diſtinguitur ſecundum corpꝰ q̄diu in matris vtero continetur: poſtmodum vero poſtꝙ ab vtero egredit anteꝙ vſū liberi arbitrij habeat continetur ſub parentū cura ſicut ſub quodam ſpirituali vtero. q̄diu enim rationis vſum non habet puer non differt ab animali irrationali. Unde ſicut bos vel equus ē alicuius vt vtatur eo cum voluerit ſecundum ius ciuile: ſicut proprio inſtrumento: ita de iure naturali eſt ꝙ filius anteꝙ habeat vſum rationis ſit ſub cura patris. Unde contra iuſtitiam naturalem eſſet ſi puer anteꝙ habeat vſū rationis a cura parentum ſubtrahatur: vel de eo aliquid ordinetur inuitis parentibus. Potiſſima ratio ī qua iſte doctor ſtat eſt: qꝛ repugnat iuſtitie naturali paruulū baptiſare inuitis parentibus: ⁊ licet ita dicat: nō video ꝙ illud probet. Et arguitur ſic. ſi aliquis chriſtianus haberet infidelem ſeruum: vt crebro in vſu eſt: ⁊ ancillam puer natus ē res domini ſui Inſti. de rerū diuiſione. §. ita mea que ex animalibus domino tuo ſubiectis nata ſunt eodē iure tibi acquiruntur. hoc patet. C. de rei ven. l. pꝫ ⁊. ff. de rei ven. l. Si frumentū. §. idē ſcribit T. ſic. filij illi ſunt res noſtre: ergo poſſumus parentibꝰ cōtradicētibꝰ illos baptiſare ſicut proprios filios. Negas ꝯſequentiā: quia ſeruꝰ matrimoniū ꝯtrahere pōt credere in deum: ⁊ credere contradicenti domio: qꝛ ius ſeruitutis nō preiudicat iure naturali modo paruuli q̄diu ſunt tales ſe habēt more brutorū ⁊ debēt a parentibus dirigi. ¶ Cōtra hoc arguitur ergo video ꝙ parēs vellet ſuum filium ſuffocare: vel alia quauis via opprimere poſſum ⁊ debeo paruulo ferre opeꝫ eum de manibꝰ truculenti patris capiēdo: ergo ſi viderem paruulum morientem: ⁊ haberem aquam: ⁊ pater eſſet propinquus prohibens nō modo poſſum paruulum baptiſare. ſꝫ debeo. Hec conſequētia eſt bona: non credo ꝙ doctor ille vel aliquis ſuorū negaret antecedens: ⁊ bonitas conſequentie pꝫ Si teneor ei ſuccurrere ad ſaluandā vitā corporaleꝫ a fortiori teneor ſuccurrere ne anima perpetuo puniatur pena damni. ¶ Secūdo arguitur. ad idem ſiue paruulus ſit in periculo vite vel non habeat dominiū ciuile in hoc paruulo. ⁊ licet pater habeat aliquod dominiū naturale in eo ſi pater prohiberet euꝫ mittere ad diſciplinā anteꝙ paruulus poteſt ſe dirigere: ego dominus poſſum et debeo iſtum paruulū contradicente patre mittere ad ſtudiū: vt ī diſciplina proficiat: qꝛ ipſe ptāte pr̄is ī puulo abutitur. ego autē eū ſtudioſe educo: et quilibet vtens rōne recta diceret me ſtudioſe agere ⁊ patrē nocēter. ergo ſi precipiam baptiſari: ⁊ pater prohibeat. mihi ⁊ nō patri parendūꝫ eſt. Ancilla quam dñs proſtituit ab eo capitur. C. de epiſcopis. Si lenones. nec valet dicere ꝙ ante vſum ratiōis nō pōt inhibere bōas cōditiones vel malas vt cuilibet palā ē: ⁊ mores tātū ſpectāt ad ius diuinū ⁊ ad paruulū ſicut fides Nullā apparētiā video q̄cquid alij dicāt quī licite dñs ſerui pōt paruulū cuiꝰ ē dñs cōtradicētibꝰ parentibus baptiſare: nec erit in iactura fidei ꝙ ē vna rationū eiꝰ: qꝛ nō dabit patri: ⁊ ſiue hoc ſit pſona priuata ſiue publica. ¶ Preterea arguitur ad idem cōſentiente matre ad baptiſmū: ⁊ diſſentiente patre poſſum ipſum baptiſare. ergo nō requiritur cōſenſus parētū. Forte in illo caſu dicis vnius parentis conſenſus ſufficit vel adhuc non baptiſandus: vel qꝛ pater debet habere maioreꝫ curā de filio q̄ mater: facile eſt omnem reſpōſionē refellere. Amplꝰ: ſi pater neqꝫ ꝯſentiat neqꝫ diſſentiat ī pſentia mea. ſi pure naturaliter ſe habeat poſſum paruulū baptiſare. ergo nō requirit cōſenſus parētū ad paruulorū baptiſmū ī pſētia parentū. ergo nō requiritur iſta directio ī parētibus. ergo eodēmodo inuitus. Semper voco poſſum qđ iure poſſum. ¶ Amplꝰ: capio vnū paruulum cuius parentes moriuntur ⁊ eſt ſolū vnꝰ ī q̄nto gradu cōſanguinitatis huic: ⁊ hoc mihi cōſtat poſſū paruulū baptiſare illo ꝯtradicēte: ⁊ ille eſt proximꝰ parēs eius: quod ſi neges ponatur aliquis in ſexto gradu: ⁊ tunc eodēmō ipſo ꝓhibente ī poſſū. ¶ Amplꝰ: ſit ſolū ſuſpicio ꝙ ſortes ē pater platonis paruuli: ⁊ nō ſit certū certitudine morali (ſemꝑ loquor de poſſeſſis a me). Iā illo prohibēte poſſū paruulū baptiſare. ¶ Preterea Si aliquis vendat mihi vnū paruulū iā eximit illum a pr̄ia poteſtate. ergo nihil iuris habet ī illo ⁊ ponatur ꝙ abdicet oē ius eiꝰ cū hoc ponatur in fine ad tres dies. dicat ꝙ diſplicet ei ꝙ baptiſem paruulū eius adhuc poſſum paruulū illū baptiſare: igitur: Sit ergo illa cōcluſio ꝙ paruuluꝫ cuius dñs ſum: ⁊ ille eſt mihi ſeruus ſeruitute legali baptiſare poſſum: ⁊ nō ſolū hoc: ſꝫ teneor cōtradicētibꝰ parentibꝰ. Probatur: etiā dato ꝙ nō ſit a me poſſeſſus ille paruulꝰ: ⁊ ꝙ Hyſpani poterant paruulos granatenſium licite baptiſare patribus ꝯtradicētibꝰ. ⁊ hoc ſic licite Hyſpani poterant occidere oēs in ore gladij in malacha: ſicut Mahometani fecerūt xp̄ianis tp̄e quo Rhodoricus ptes illas amiſit. ergo ſi tūc poterāt occidere oēs poterāt paruulos baptiſare. etiā hoc ſignificādo parētibꝰ āteꝙ eos occiderēt. ¶ Cōfirmatur hec ratio. licite poterāt Hyſpani capere paruulos granatenſium: ⁊ eos ꝑpetuo tenere nunꝙ eos reſtituendo pr̄i et ſciebāt ꝙ diſpliceret parētibꝰ eoꝝ baptiſmꝰ. nō obſtāte poterāt eos baptiſare. Nemo debet dubitare quī poterāt eos liberare a parētibꝰ. Certe ego velleꝫ ſuſcipere illud pctm: ſi aliquod eſſet ad capiēdos oēs filios Mahometiſtarū. Non video quin ſit meritū: et bene factū ē baptiſare. Fictio ē dicere ꝙ nō plꝰ baptiſentur ꝙ bruta ſuppoſito ꝙ homo applicet aquā cū oībus requiſitis ad baptiſmū vniꝰ chriſtiani: qꝛ illic ē materia ⁊ forma ⁊ itētio et cetera req̄ſita. Si quis caperet paruulū vniꝰ chriſtiani ante cōſenſū patris ſui ⁊ eū baptiꝫet: realiter ē baptiſatus: ergo eodēmō de paruulo infidelū. Teneo ꝙ licet baptiſare paruulos iudeorū quos in ſeruitutem habemꝰ / ⁊ omnes filios Mahometiſtarū ⁊ gētiliū renitētiū plātatiōi fidei quos poſſumꝰ capere: ⁊ hoc tēpore belli. ¶ Cōtra primam cōcluſionē ar̄ ſic. Zezebuthꝰ laudatur eo ꝙ coegit iudeos accipere baptiſma: ergo pria ꝯclō ē falſa Rñdet negādo ꝙ ī hoc laudet. religioſus ille priceps laudatur propter bonū animū quo volebat ampliare cultū diuinū: ſed ī illo facto reprobatur vt pꝫ oēs iſtos paſſus quos ī mediū citauimꝰ legēti. ¶ Secūdo arguit. iudei peccāt ſeruātes ſuum ritū ⁊ legalia: imo ſunt idolatre. qđ pꝫ: qꝛ prophanū eſt nunc ſeruare legalia: ⁊ error Cherinthi ⁊ hebeōis ſicut Hierony. dicit ī quadā epiſtola cōtra Auguſtinū: ⁊ hoc pꝫ ꝑ gloſaꝫ ad Galathas quīto: ſuper illo verbo. Nolite iugo ſeruitutis iterū cōtineri. Ubi gloſa margīalis: ſi ē leuior hec ſeruitꝰ ꝙ idolatria: ⁊ hoc pꝫ ꝑ gloſā ad galathas q̄rto. q̄bꝰ denuo ſeruire vultis. Et rōne patet: cum chriſto qui deus eſt incompoſſibilia attribuāt et diuinitatem ab eo negent: et multa alia imponāt Talmudici cuius doctrīa vel error eſt apud eos in precio: ſed debemus prohibere peccatum a ꝑximis inq̄tum poſſumus: ergo eorum ritus non eſt a nobis tolerandus: ſed a nobis prorſus eijciendus. Reſpondetur ꝙ multum peccant ſeruando eorū ritū: ſed non ſequitur ꝙ propterea ſunt eijciendi. Prudens legiſlator ſinit meretrices in vrbe ne peiora contingant: et ſic aliqua peccata ſunt permittenda nec peiora contingant.

¶ Secūdo: homo permittit alium peccare ꝓpt̄

[illegible] here apparet [illegible]
[illegible] ad occidendum [illegible]
[illegible] corporali et ſi viderem [illegible]
mori fame ego poſſum et debeo [illegible]
capere et mittere quare non [illegible] video
[illegible] ſpiritualiter occidere [illegible] ſi eſſet filius [illegible] aut nepos [illegible] fidelis [illegible] filius infidelis
fidelis aliquis poſſem [illegible]

rationabilem cauſam quam habet cū illo. Et pꝫ
duobus exemplis Jacob permiſit Laban iura-
re per idola ꝓ fœdere inter eos ſtabiliendo: vt ex
geneſi notum eſt. Similiter pecuniarum indigꝰ
adit vſurariū dormiētē vel in tēplo orantē: a quo
petit pecuniā ſciens ꝙ nihil dabit niſi per vſurā
iſte non peccat licet ſit cauſa occaſionalis pecca
ti alteriꝰ. In propoſito chriſtiani nō ſunt in cauſa
huius peccati quia ſic alibi facerēt: ⁊ propter vti
litatem eius ſinit chriſtianus vt teſtimoniū apud
aduerſarios habeatur ꝓbādo ꝙ chriſtꝰ erat Meſ
ſias promiſſus ī lege moſayca: cuius ipſi ſunt ſtu
dioſiſſimi: ſecunduꝫ illud poete Fas eſt ab hoſte
doceri. Per ſacras hiſtorias hoc ꝑeminētie chri-
ſtiani habent ſuper deliros Mahometanos qui
ſolo ferro dimicant: chriſtiani autem armis ſpiri
tualibus ⁊ corporalibus inuadere ⁊ reſiſtere poſ
ſunt. ſecundū illud Johā. quinto. ſcrutamini ſcri-
pturas qꝛ vos putatis ī ipſis vitā eternā habere
⁊ ille ſunt q̄ teſtimoniū ꝑhibēt de me. Etiā iudei
ſunt venūdati ī omnē terrā ⁊ timidi nec ī magna
quantitate ad reſiſtendum. Propterea nō nocet
eos habere. a Mahometiſtis rōne nihil hr̄e po-
tes. Etiā in terra promiſſionis chananei nō erāt
protinꝰ eiecti propter exercitationē filiorū iſra-
hel: ſic iſti occaſionē exercitatiōis prebēt chriſtia
nis: ⁊ ſic propter iſta copulati permittūtur ſtare ī
ter chriſtianos: qꝛ lex noſtra euangelica tanq̄ ro
ta in rota oſtenditur includi in earum lege ī ex-
ercitationem noſtraꝫ: nec poſſunt rebellare in ꝑ-
niciem reipubli. chriſtiane: ⁊ hoc dummodo ſine
contumelia creatoris viuunt continentes ſe ī li-
mitibus ſuperficialibus veteris teſtamenti. Ara
neam permittimus in domo ad imperfectiones
colligendas: ſufficit ꝙ bonum inde proueniens ī
tota republica ſit maius vel equale damno ex il
lo conſequenti non tamen conducit eos habere
vbilibet propter damna que iam homines exꝑ-
ti ſunt. Aliquid eſt bonum in tota republica ca
thegoreumatice et non in qualibet eius parte: ſi
cut bonum eſt habere vnum pontificem in tota
republica. et non in qualibet eius parte. Incon-
ſulte factum eſſet admittere debiles in fide et in
eruditos prope eos cohabitare: nunc auteꝫ ſunt
prope eccleſiam in qua preſumitur plus eruditio
nis ⁊ fidei. Et ſi alijs illud egre admitterent con
tineant ſe vbi ſunt: ſufficit ꝙ hic prudenter ſunt
eiecti. Etiam alia vtilitas ex eis ſequitur: ali-
qui eorum conuertuntur ad fidem ⁊ ſunt vtiles
reipublice chriſtiane qui non minus laudandi ſūt
q̄ꝫ ex natalicijs chriſtianis orti cum per eos non
ſtetit. Apoſtoli et columne eccleſie tales erant.
Et cuꝫ tanta humanitate ſicut alij tractādi ſunt
vt ceteri ſimiliter ad legem amoris ⁊ gratie rede
ant. Si dicas: ſi ſic expellentur de patria in pa-
triaꝫ nulli manebūt ⁊ falſificabūtur oracula ꝓphe
tarū. reliqui iſrael conuertentur in fine. Roma-
norū nono. ⁊ yſaie decio. ⁊ per conſequens nō ex
pectabūt tempus Antichriſti. Reſpondes: opor-
tuit eos ponere ī quādaꝫ inſulā. ſed quia aliquis

ſtatim poteſt eos illic inuadere dicatur alit̄ Pro-
babile eſt ꝙ antichriſtus iam venit et hoc crebro
iam defenſatum eſt in ſchola in ordinarijs ꝙ ma
hometus erat antichriſtus. a multis multa dicū-
tur de antichriſto: ⁊ qꝛ fulcimentum a ſcriptura
non habent eadem ratione contemnuntur quia
admittuntur. Ulteriꝰ dicitur. ⁊ ſi bonū eſſet eijce
re eos ab hoc loco chriſtianorum ⁊ ab illo et ſic
de quolibet particulari loco ſeorſum. Nō tn̄ ē cō
ſequens ꝙ bonum eſt eos eijcere a tota multitu-
dine chriſtianorum vt alibi practicari ſolet. bo-
num eſt ſorti ducere vitam celibem. ⁊ bonum eſt
platoni: ⁊ ſic de quolibet nō obligato (quos pau
cos inuenies) ergo bonum eſt toti multitudini.
¶ Ulterius dicitur: ⁊ ſi eſſent eiecti ab omnibus
chriſtianis in alijs regnis in magna copia reperi
untur. vt quindecim mille in cairo ſolo: homo ē
animal eſt neceſſaria apud Ariſtotelem: ⁊ queli-
bet ſingularis eius ē cōtingēs Uel capiatur iſta:
aliquis homo viuit in aliquo loco que eſt magis
ad propoſitum: illa ſecundum eum eſt neceſſaria
⁊ tamen demonſtrando hunc locum paruum ⁊ il
lum locum paruum: quelibet illarum ē contigēs
Et ſi dicis vnam ſingularem neceſſariam (demō
ſtrando magnam partem illius loci) hoc non re
fert. Poteſt dicere: aliquis homo viuit in vna leu
ca: vel ſic de talibꝰ in quibus non eſt inſiſtenduꝫ
¶ Tertio arguitur ſic. Licitum eſt priuare eos
honoribus / puta ꝙ non habeant ſeruum chriſtia
num: vt patet extra de iudeis. Multoruꝫ. ⁊ ſi ſer
uus a iudeo emptus cauſa mercemonij factus ē
vel fieri deſyderat chriſtianus ꝓ duodecim ſoli
dis redimit̄: capitulo. Preſenti. Nec ꝑmittit̄ eis
habere officium publicū: capitulo Cum ſit nimis
Similiter magna tributa imponuntur eis / ⁊ ꝑci
pitur eis egredi regnū vel ſuſcipere baptiſma: vt
Ferdinandꝰ Aragonū rex q̇ caſtelle preeſt ī no-
ſtra tempeſtate fecit: ſed hoc eſt eos ad fidē coge
re. ¶ Ad iſta dicatur: hoc nō ē eos cogere: multe
enī leges ceſarie ad liberandū iugū ſeruitutis de
clināt. nec ꝯducit ꝙ chriſtianos habēt ſeruos qui
ſunt ī lege gr̄e ⁊ libertatis: cū talis vero vult eſſe
chriſtianus gaudet libertate: nec hoc eī ē eos co
gere. De caſu Ferdinādi ⁊ animū ⁊ factū viri ī il
lo ⁊ cōtra ſaracenos nō deteſtamur ſꝫ apprie lau
damꝰ: ſꝫ totū iſtud non ē eos ꝑ verbera vel ꝑ mi
nas mortis ad fidē cogere de qua prohibitiones
date ſunt: et aliq̇d ꝯducit ꝓ aliquo tempore ⁊ in
alio nocet. ¶ Contra ſecundam concluſionem
arguitur ſic. voluntas non poteſt cogi: ergo ꝯclu
ſio falſum preſupponit: conſequentia claret: ⁊ an
tecedens patet: ſecundum Auguſtinū ⁊ Bernar-
duꝫ de libero arbitrio. Preterea ex iſta via pueri
iudeorum baptiſati cogentur ſeruare fidem quaꝫ
nunq̄ ſua ſponte ſuſceperunt. Et ſic aliquis ē co
gendus ad fidem quod eſt contra primaꝫ conclu
ſionem. Diſtinguo ꝙ volūtas nō pōt cogi: vel ꝓ
prie capto termīo: hoc ē habere ꝯtra naturalem
īcliationē eiꝰ: ⁊ hoc ē verū nec a deo cogitur nec
ab hoīe: qꝛ ſi voluntas habeat actum cum eo cō-

currit: ⁊ dato ꝙ teneat̄ ꝙ a ſolo deo producat̄ vo
luntas per illū actū tendit in obiectū: ⁊ ſic nunq̄
violētatur nec cogit̄. Scdo aliq̇d cogitur vulga-
riter quādo inducit̄ per ſuaſiōes vel per amiſſio-
nem rerū tēporaliū vel quauis alia inductione: ⁊
de illa intelligimꝰ: ⁊ ſic in iure et apō vulgariter
loquētes terminꝰ capit̄. ¶ Ad ſcōm reſpōdetur:
caſus non eſt lucidus nec ex oībus dictis ſeq̇tur
nec eiſdē repugnat: ſed oībus ꝑenſatis pro nunc
cōcedo ꝙ talis coget̄ ſeruare fidē: licet nunq̄ ſua
ſpōte ſuſcepit: licet nō ſit eadē ratio cū adulto q̇
cōſenſum coactū voluit. Modo coacta voluntas
eſt volūtas: ⁊ hoc me mouet ſicut leges Ceſaree
et pōtificie multū declinabant ad mititatē circa
ſeruos: lꝫ videret̄ eē prima frōte in iacturā dn̄oꝝ
Sic iſte paruulus baptiſatꝰ coget̄ ſeruare fidem
poſt q̄ꝫ ſigno fidei luſtratꝰ eſt dato ꝙ nūq̄ ꝯſenſe
rit. Nec incōuenit ꝙ xp̄ianus cogat̄ ſeruare fidē
cuiuſmodi eſt iſte: immo ſi reſiliret eſſe hereticꝰ:
et apoſtata in fide. Sed dices: hac via oēs iudei
priuabunt̄ ſuis paruulis qꝛ licet aliq̇s peccet eos
baptiſando: tamē cogētur ſeruare fidē ſuſceptā.
Reſpōdetur: non ſeq̇tur ꝯtineāt eos domi: ⁊ ho-
mines male agerent paſſim eos baptiſantes vt
poſthac dicemꝰ. Sꝫ ꝯtra iſta arguit̄: paruulus in
cunabulis factꝰ ſacerdos nō cogetur ſeruare vitā
celibem qꝛ nō conſenſit in ordine ſuſcipiendo: et
tamē adultus ſacros ordines capiēs cogetur ſub
pena peccati ſe ſeruare immunē ab oībus vene-
reis: ergo licet adultus coacte baptiſatꝰ cogetur
ſeruare fidē paruulus nō cogetur. Reſpōſio: argu
mentū aſſumit antecedēs dubiū eſt magis dubia
eſt illatio. Propterea ꝯceſſo antecedēte negat̄ cō
ſequentia. Unū eſt ſacramentū neceſſitatis: ⁊ ſic
eſt fides catholica in adulto. Caſtitas autē ſicut
dicit Ambroſius ſuaderi pōt: imperari autē non
poteſt. Sed dices nec imperioſe aliq̇s eſt cogen
dus ad fidē. verū eſt: ſꝫ iſta fidē ſuſceptā cogetur
ſeruare. Mō iterū ſuadeo alioquin q̇libet xp̄ianꝰ
veniens ad annos adultos poteſt ſe negare fide-
lem: ⁊ dicere ꝙ erat baptiſatus ipſo nō cōſentien
te et retrocedere a fide catholica: quod omnino
eſt illicitū. Sed cōtra oīa iſta dices: ex iſto ſeq̇tur
ꝙ malmaluci ſyri: et memphicus rex eſſent cogē
di ad fidē ⁊ non Othomānus turcus: quod nō vi
detur dicendū. Hec cōſequentia patet: qꝛ hi ſunt
baptiſati iſti autē nō. reſpōdeo concedēdo illatū
ſi haberētur: ſed ſicut vulgo dicitur. Currens per
prata non eſt lepus eſca parata: nō potes eos ad
nutum habere. ¶ Contra tertiā concluſionē vel
omniū infidelium filij ſunt inuitis parētibus ba-
ptiſandi: vel aliqui ſic / ⁊ aliqui non. ſecundū non
eſt dicendū: quia non eſt maior ratio de vno q̄ꝫ de
alio. nec primum: quia tunc omnium iudeorū fi-
lij apud chriſtianos commorantiū a parentibus
raperentur. Reſpondetur: ſaracenorum: gentiliū:
et iudeorū filij quos habemꝰ in ſeruos baptiſan-
di ſunt etiā inuitis parētibꝰ nec eis vnq̄ reſtituen
di. Sed filij iudeorū q̇ viuūt ſub chriſtianis prin-
cipibus non blaſphemātes nomen chriſti: ſed vi

uentes litteraliter in lege non ſunt ab eis rapien
di nec baptiſandi: ſed cum parētibus relinquēdi.
quia inhumanū eſſet ſpoliare eos ſuis liberis in
illo caſu: ſed vbi enormia in blaſphemiam chriſti
perpetrarēt vt innocētes paruulos cruci affigen
tes (ſicut olim repertū eſt ſcelus) illud ſemꝑ pro-
dijt in lucē quantūcunqꝫ occultū fuerit nō debet
illud manere inultū: ſed dira morte piandum ⁊ a
conſentientibus ⁊ agētibus in penā peccati poſ-
ſunt omnes eorū paruuli tolli: et tunc baptiſari.
Ob perpetratū ſcelus crebro homo meretur pu
nire in ſobole: ⁊ in bonis fortune. Sed loquor de
his qui loquunt̄ cum honore quo decet de chriſto
et de eius diua matre: et ceteris celicolis in di-
ſputationibus cum chriſtianis: ⁊ ſic dicendo non
opus eſt reſpōdere ad duo argumēta beati Tho
me que recitauimus in principio huius tertie cō-
cluſionis. Aliud eſt argumētū eius ꝙ vſus eccle-
ſie eſt maioris auctoritatis q̄ꝫ Auguſtini vel Hie
ronymi vel alicuius auctoris: ſed nunq̄ eccleſia
vſa eſt iſta violenta baptiſatione paruulorū licet
ſancti multum poterant apud imperatores vt ſil
ueſter apud cōſtantinū ⁊ Ambroſius apud theo-
doſium. ideo ꝑiculoſum videtur hanc affectionē
de nouo inducere vt preter conſuetudinē in eccle
ſia hactenus obſeruatā iudeorū filij inuitis parē
tibus baptiſentur. Reſpondetur: argumentū hoc
eſt bonum ad aliquid concludendū ſcilicet de il-
lo quod concedimus: ⁊ etiam de Mahometiſtis
qui inter nos viuunt dummodo pauci ſunt ⁊ ſi ha
beant ſicut ſuperius dictum eſt ſed adhuc addo.

Quarto et finaliter circa hanc
materiā: ⁊ quinto circa hāc di
ſtinctionē q̄ritur An politia
regalis per hereditariam ſuc-
ceſſionē eidem preſtet per ele
ctionē. Similiter an politiā
ariſtocraticam et tymocrati-
cam politia regalis anteeat.
Aliquas notaciunculas de vocabulorū acceptio
nibus premittemꝰ: poſthac cōcluſiones aliquas
ad queſtionē ponemus. Duc ſunt politie. vna re-
cta. ⁊ alia politie recte labefactatio. Et politia re
cta tres habet ſpecies: que ſunt / politia regalis
vel monarchia. politia ariſtocratica: ⁊ politia ty
mocratica. Politia regalis eſt quando vnus do-
minatur intendēs bonum commune ſubditorū.
tyrānis eſt labefactatio monarchie. ſꝫ in hoc cō
ueniunt ꝙ preeſt: ſed in hoc diſcrimen habent: di
cit Ariſtoteles octaui Ethicorum decimo. Nam
tyrannus quidē ſuum: rex autem eoꝝ qui ab ipſo
reguntur conſiderat cōmodū. Politia ariſtocra-
tica eſt illa que paucis et bonis dirigit̄ vt olim
erat inter romanos: eligebantur interdū duode-
cim approbati ⁊ boni teſtimonij quos vocabant
bonos homines a quibꝰ tota ciuitas regebatur.
De aliquibus caſibus dicitur ꝙ facti ſunt tēpore
bonorum hominū. de alijs autē tēpore cōſulum.
Et hoc patet ex termino / ares. i. virtus. Hinc in
lucem abijt maiores in populo: et qui eum regē-

re habẽt optimates appellantur: quia optimi de
bent preeſſe. Sed ſi illi pauci nõ intendãt cõmu-
ne bonũ: ſed pro proprio laborãt emolumẽto op
primẽtes alios: tunc eſt trãſgreſſio ariſtocratice
politie ⁊ eſt obligarchia. Iterũ habemꝰ ex domi
nio paucorum duas politias. vel in politia multi
dominaturi et hoc eſt diſtinguendũ: vel circa bo
num cõmune laborant proportionabiliter pro di
uitibus ⁊ in opibus: ⁊ tunc eſt politia tymocrati-
ca. Si laborant pro proprio cõmodo in iacturã
diuitũ tunc eſt illius politie labes: et vocatur de-
mocratica. Et creberrime iſte politie ſũt mixte:
apud agyropilõ optimorũ poteſtas: ⁊ cenſu pote
ſtas vocanẽ vel politia popularis. Iſtis notatis
pono cõcluſiones. ¶ Prima eſt. Politia regalis
politie ariſtocratice et tymocratice preſtat.

¶ Secunda concluſio. Politia ariſtocratica po-
litiam tymocraticã antecellit. Ex iſtis duabꝰ ſe-
quitur ¶ Tertia concluſio: correlarie ꝙ monar-
chia in regno cenſu poteſtatẽ anteit. ¶ Quarta
concluſio. Conducibilius eſt habere regẽ per he
reditariã ſucceſſionẽ q̄ per electionẽ. ¶ Quinta
concluſio. Oppoſito modo eſt in malicijs oppo-
ſitis. Iſtis politijs puta popularis poteſtatis la-
bes eſt minima ⁊ tyrannis eſt peſſima. ¶ Prima
concluſio probaẽ ſic: ſcilicet ꝙ politia regalis eſt
optima. In toto vniuerſo eſt vnus deus quoniã
pluralitas principũ eſt mala. xij. methaphiſice.
Motus ſpherarũ inferiorũ a motu primi mobi-
lis regunẽ. In toto homine eſt vnum principale
membrũ ſcilicet cor: a quo reliqua iñuẽtia capiũt
In vno alueario p̃eſt vna apes (vt Ariſtoteles
idem de aĩalibus dicit). Et Virgilius in Georgi-
cis: ergo cõueniens eſt dare vnum monarchã in
toto regno. ¶ Et iſtud adhuc cõfirmatur ratiõe.
Nihil eſt ꝙ rempubli. magis augeat q̄ pax: et ꝙ
eam magis eneruat q̄ bellũ: ſcõm illud Saluſtij
in Iugurtha. Cõcordia parue res creſcũt: diſcor
dia magne delabunẽ: ſed ſic eſt cũ vnꝰ toti reipu.
preeſt optime ſeruaẽ trãquillitas: igiẽ. Et hoc pꝫ
in prĩcipe militie exercitꝰ. Nã da duos: diuiſis ca
pitibus: vt crebro in vſu eſt. Scindiẽ in cõtraria
vulgꝰ in exercitꝰ interniciũ. Tot ad hoc exẽpla
adducere poſſum eorũ que in hac tẽpeſtate ꝯtige
runt ꝙ nõ eſt opꝰ recurſu ad monumẽta maiorũ.
¶ Preterea arguiẽ ad idẽ: ⁊ iſtud debet multum
mouere. Semꝑ politia regalis alijs duabꝰ poli-
tijs erat diuturnior / ſtabilior / et magis aucta / vt
patet legẽti veterũ annales. Sꝫ ex p̃teritis pars
prudẽtie eſt augurari de futuris ⁊ ꝯcludere de p̃-
ſentibꝰ: igiẽ. Rurſus qd̃ approbaẽ ab oĩbꝰ eſt ſoli-
diꝰ q̄ illd̃ qd̃ a paucis admittiẽ: pauci citiꝰ delirãt
q̄ multi: ſed ab orbe ꝯdito ferme vbicunqꝫ loco-
rum ⁊ oĩm tẽpore erant politie regales: ⁊ nõ alie
due: ergo iudiciũ eſt ꝙ ip̃a alijs duabꝰ p̃ſtat. Am
plius in politia ariſtocratica maior ſeq̃tur labes
q̄ ĩ politia regali: ⁊ ipſa eſt magꝰ violẽta. ğ ip̃a eſt
peior. Cõſequẽtia claret: ĩ iſtis ꝓprie nõ capimꝰ
cõparatiuũ: ⁊ añs pꝫ: da optimates in quocunqꝫ
numero libet in idem redit: facile ſeq̃tur eorũ diſ
ſenſio: ſint duo. Sicut Alexãder reſpõdet ad Da
rium poſt primã victoriã: nec celũ duos ſoles nec
regnũ duos reges ſuſcipere põt: vel duos recto
res quocunqꝫ nomine voces. Et propterea ope-
ribus factis in ſecundo die non benedixit deus.
Super quo verbo dicit vna gloſa. Numerus bi-
narius eſt infamis: quia primo ab vnitate rece-
dit. Et licet hoc facile eſt impugnare: aliquid co-
loris habet. Finaliter iſtud patet ex iacturis que
regulariter cõtinguũt in duabus alijs politijs ra
riſſime in politia regali: quia difficilimũ eſt ariſto
craticam ſine tymocratica: ⁊ cõmuniter miſcẽtur
vt patuit inter romanos vbi erant prouocatiões
nunc ad plebẽ nunc ad ſenatũ: ſed in tali mixtio-
ne ſeminarie diſcordie ſunt in promptu quia vel
iudices erũt nobiles: ⁊ ſic multa ĩ fauorẽ nobiliũ
concludẽt. Si ignobiles pro plebe oĩa faciẽt. Si
des tertiũ membrũ ꝙ ſint mixti ex his vel in nu
mero pari erãt nobiles cum ignobilibꝰ vel in nu
mero maiori. Si primum: quis ꝯcludet / nobilis
vel ignobilis? Si plures pro vna parte ſunt iteꝝ
lites et diſſenſiones. Sed dicet mihi quiſpiam: li
cet hoc argumentum prima fronte aliq̃d coloris
ſecũ affert tamẽ contra me concludit: qꝛ ſic argu
mentaris Rex in toto ſuo regno eſt nobiliſſimus
ergo pro parte nobiliũ concludit: ⁊ ſic murmura
bunt plebei. Sed iſta obiectione nulla primo aſ-
ſigno ꝙ multũ in hac parte mouere debet ꝙ in-
ter nobiles et patricios romanorũ ex vna parte
et plebem ex altera creberrima ſciſmata ſuborta
ſunt: hoc patet eorũ annales legẽt poſt eiectum
Tarquiniũ ſuperbũ: ⁊ apud genuenſes: et potiſſi
mum a quinqꝫ vł ſex ãnis p̃teritis ĩ regno nõ au
des hanc q̃rimoniã oẽs ſunt reges: qꝛ leuat a ple
beis ſtipẽdia a nobilibꝰ honores ⁊ militiã in bel
lo pro tuenda republi. ⁊ nobiles ⁊ ignobiles hu-
manitate ꝓſequitur ſicut filios: ſicut dicit Ariſto
teles octaui Ethicorũ decimo: ſic inquiens. So
cietas eñi patris ad filios regni pre ſe fert effigiẽ
Nati nanqꝫ patri ſunt cure. Et ad hoc fulciendũ
poetam citat: ait inquit Homerus. iouem pa-
trem appellat: ipſum nanqꝫ regnũ imperium eſt
ſuapte natura paternũ. Hinc homerus agamen-
nonẽ laudans paſtorẽ grecorũ appellauit Regis
eſt vnicuiqꝫ tribuere quod iuſtũ eſt ſecundũ illud
maronis. Parcere proſtratis ⁊ debellare ſuꝑbos
Et ſicut ille benardita poſtea benedictꝰ maximꝰ
pontifex dicebat romanũ pontificẽ non habere
ꝯſanguineos cũ aliq̃d p̃ter rationẽ ab eo exige-
rent vnionem ſanguinis introducentes. ſic regẽ
imaginabere nec nobilẽ nec ignobilem. ſed per-
ſonam neutram: ⁊ Ariſtoteles vocat eos in poli
ticis ſemideos. ⁊ hoc eſt verũ dum obtuitũ vniꝰ
oculi ſuper nobiles iactat. Altero oculo plebi cõ
niuens quod nullo pacto in multitudine conue-
niet vt ex reuolutis tẽporibus deprehendere po
tes. ¶ Secunda ꝯcluſio probaẽ. politia illa me-
lior vel minus mala que maxime ad politiã opti
mam accedit: ſꝫ ariſtocratica politia eſt huiuſmo
di: quia in ea eſt paucitas. Secũdo hoc poteſt cõ

firmari ex minori labe que ex ea ſequuta ẽ q̄ ex
tymocratica. igitur. Certe nulla eſt peior peſtis
in vna politia q̄ regi ab indomitis ignobilibus
et multo ſatius eſt a nobilibus regi. Et cum igno
bilis genere ſim ex affectione non adducor vt cla
re intueris: ſꝫ res ita ſeſe habet ⁊ Ariſtoteles. 3.
politicorũ. Et nobilibus communiter nobiles or
tos eſſe dicit in teneris annis rectius educantur:
ſtemmata maiorũ pre oculis habent que eos ad
facta laude digna incendũt: vt cõmuni diuerbio
dicũt. Aſperius nihil eſt miſero dum ſurgit in al-
tum Reſpubli. gallica vix vnq̄ talẽ cladẽ paſſa eſt
ſicut ab effrene vulgo ignobiliũ: vt patuit illa tẽ-
peſtate qua Ioannẽ francorũ regem Richardus
vicallie princeps in angliã victor traduxit. Per
idem tempus eo ꝓceſſum eſt vt Stephanꝰ Mar
cellus mercatorũ parrhiſienſiũ p̃poſitus. Con-
flauum campanũ mareſchallũ ſpectante delphi-
no interemit: et parrhiſienſes caputiola delphi-
no: ⁊ aulicis dant Idẽtidem tunc inſolẽs turba
agricolarũ fex hominũ in beluacenſiũ territorio
duce Guillermo calleto ſurrexit: que ſi extincta
non fuiſſet per nobiles florẽtiſſimum regnũ euer
tiſſent. ¶ Tertia cõcluſio probatur: quicquid eſt
melius meliori vel minus malo nõ refert: eſt me
lius minus bono ſed monarchia in regnis eſt me
lior politia ariſtocratica vt ex prima patuit: ⁊ ari
ſtocratica tymocracie p̃ſtat ex p̃miſſa: conſequẽs
eſt politiam regalẽ tymocraticã longe antecelle
re. ¶ Quarta concluſio probatur. Illud eſt ꝯdu
cibilius in republi. quo cõcordia in ea magis ali-
tur: ⁊ ipſa magis incrementum accipit. Quia ille
eſt potiſſimus finis in politia terrena ciues cõcor
diter viuere: et eos inſufficientibꝰ opibus coale-
ſcere: ſed hoc fit per hereditariã ſucceſſionem re-
gum. Quod probo: quia da oppoſitũ inſtitutio re
gum ibit per electionẽ: ſtatim nobiles: et facino-
roſos viros: ⁊ cordatos videbis ad arma ruere p̃-
cipites: qꝛ facile erit inuenire in vno regno tres
vel quatuor factiones: vel binas lites cõtinuan-
tes ſine fine. Difficilimũ eſt duas domos equali-
ter potẽtes: vel paulo inequaliter potentes: mu-
tuo equaliter viuere. cõſidera vel longa cõtinua-
ta odia inter vrſinos: ⁊ colũnẽſes / ⁊ vbilibet: ſed
iſtud non cõtingit vbi eſt hereditaria ſucceſſio. ſci
tur ad quẽ ſpectat hereditas. Inſuꝑ: interea tem
poris quo eligereẽ rex eſſent graſſationes ⁊ ſcele
ſti viri: ⁊ diu duraret ſciſma crebro eligendi.
¶ Tertio ſic arguitur: ſi repẽte aliquis exaltare
tur. ⁊ inopinate egre res ſecundas talis ferre po-
teſt: hoc non cõtingit in hereditaria ſucceſſione:
hoc heredem nõ latet ab exordio quo rõne vtiẽ:
quare ꝓpter dyadema regni adeptũ nõ fit inſolẽ
tior. ¶ Quarto ſic arguitur: accipe duas domos
equales ſcilicet a. ⁊ b. ſi vnꝰ de familia a. eligaẽ in
regẽ. egre domꝰ. b illi paret ſi antea erãt familia
res: electꝰ rex eadẽ familiaritate vteẽ. Et nimia
familiaritas parit ꝯtẽptũ: vel minori ⁊ alter indi
gnabiẽ mõ indignatio ſciſma miniſtrat. ¶ Quin
to ſic arguiẽ. Dat duas domos in republi. habere
inueterata odia inter ſe vt. c et. d. ſi vnus de. c. fa-
milia eligaẽ in regẽ d. domũ opp̃met ne viciſſitu
dine rex ipſa dñetur: ⁊ fortaſſe penitꝰ eradicabit.
Si dicas: dabunẽ ei ꝯſules. e. tota republi. quorũ
cõſilio ⁊ ope oĩm moderabitur. Cõtra: tũc erit po
litia tymocratica vel ariſtocratica vel ex his cõ-
flata ⁊ nõ regia. Et ſic de maiori bono in minꝰ bo
num deſcẽdes. ¶ Sexto ſic aẽ: qñ ſunt certi here
des inſtituẽdi tũc bñ erudiunẽ in moribꝰ: ⁊ in te-
neris annis in honore a magnatibꝰ habentur: ⁊
ab alijs diſtãt ſicut parui dij gentiliũ quos ſemi-
deos licet falſo putabãt ⁊ talibꝰ multo faciliꝰ pa
rent q̄ ante equalibꝰ. ¶ Septimo ſic arguiẽ: quã
do ſumꝰ aſſueti habere vnã domũ ꝯtinuo regnã-
tem illã domũ cõmuniter plus diligimꝰ q̄ regem
de nouo inſtitutũ. Vide q̄ affecti ſunt inferiores
picardi ⁊ Flamingi ſuo principe qd̃ nõ reproba-
mus: vbi varie domꝰ ſuccederẽt eis nõ ſic immo
biliter adhererent: ⁊ ſic eſt in alijs regnis dũ rex
habenas regni prudẽter moderaẽ ab oĩbus ſuis
laudaẽ oĩbus eſt cordi in prãdio ⁊ in cena pro eiꝰ
valitudine opem dei implorãt. ¶ Octauo argui-
tur. Ex iſta inueterata affectiõe ſpem maximã in
futuris expectãt ⁊ principẽ dũ in iuuenilibꝰ ãnis
eſt Alexandro Macedoni Iude machabeo / vel
alteri magnanimo anteq̄ ſciãt q̃d futurũ ſit com
parant. Et ex iſto amore in hoſtiũ regis odiũ in-
cendunẽ: ita ꝙ verbo et facto ⁊ maledici: ⁊ male-
factores fiunt. Citius longeuus leodienſis ſe in
flumẽ p̃cipitari ꝑmiſit a diro ſatellite Burgundo
anteq̄ diceret viuat Burgundꝰ: ⁊ tantũ pertina-
cie in iuuenibꝰ inuenies qd̃ in vna patria dico in
multis alijs intelligo. ¶ Nono arguiẽ ſic. ſi filiꝰ
regis nõ debet ſuccedere patri ĩ regnũ pater col-
ligeret opes reipubli. per fas ⁊ nefas: vt filiũ di-
taret et extolleret neglecto bono cõmuni ſolum
oculũ ad bonũ particulare haberet: iſtud nõ ꝯtin-
git dum liberi eiꝰ vel ꝓxime ei ꝯiuncti ſuccedãt.
Filium reputat aliũ ipſummet qꝛ eſt ſuus effectꝰ:
et qꝛ cauſa in illo relucet. Propterea Ariſto. viij.
Ethicorũ dicit patrẽ plus diligere filiũ q̄ ecõuer
ſo: hec lex data ade ⁊ oĩbus filijs eiꝰ. Propterea
Dauid mirũ in modũ gauiſus eſt de hereditate ei
a dño in ſua poſteritate cõceſſa. vt pꝫ ſecũdi Re-
gum ſeptimo. Quis ego ſum dñe deꝰ meus: ⁊ que
domus mea: qꝛ adduxiſti me huc uſqꝫ. Sꝫ et hoc
parũ viſum eſt in ꝯſpectu tuo dñe: deꝰ meus: niſi
loq̃reris etiã de domo ſerui tui in longinquũ: iſta
eſt eñi lex Adã dñe deꝰ. ¶ Quinta ꝯcl'o ꝓbatur
auctoritate Ariſtotelis et ſua rõne. Illud qd̃ op-
poniẽ optimo ẽ peſſimũ: tyrãnis politie regalis
opponiẽ: ⁊ ita ꝯſequẽter: igiẽ ꝓpoſitũ. Itẽ quin-
to politicorũ: oẽm labẽ ꝯtingentẽ in duabꝰ vlti-
mis politijs ꝯtingere oſtendit in tyrannide ⁊ ali-
quas alias: ergo ꝓpoſitũ. ¶ Cõtra primã cõclu-
ſionẽ arguiẽ ſic. de politia regali ad ariſtocrati-
cã vt emendetur reſpu. deſcẽdiẽ: ergo ariſtocrati-
ca eſt melior. antecedens pꝫ: de Tarq̃nio ſuꝑbo
ab vrbe eiecta in policiã ariſtocraticã vel tymo-
craticã deſcẽſum eſt: igiẽ. Cõfirmaẽ a ſigno: flore

